et ideo alij peccatoribus ad deum redire volentibus compari debetis. Sicut in suo similitudine dicit beatus Gregorius / de apostolorum principe Petro: prout recitatur distinct. l. considerandum. q; ideo permisit cum dominus cadere / vt is qui futurus erat pastor / in sua culpa disceret qualiter alijs misereri debuisset: et vt ex sua infirmitate cognosceret q; misericorditer alienas infirmitates toleraret. hecille. Insuper per hoc quod additur de aduena / q; non erat affligens: insinuat q; predicis peccatoribus bono corde ad deum rediuntibus / non sunt graues penitentie imponende / sed leues etc. Vel non affliges. i. non despicias: sicut pharisei publicanus / et Simo peccatricem Magdalenam. Aduene enim et ipsi fuistis in terra Egypti. Omnes enim peccauerunt / et egēt gratia dei: vt dicit Apost. Ro. iii. Viduel supple anime / que perdidit spiritum suum / Chyllum / peccato: et pupillos supple spiritum / cui scilicet Chyllum mortuus est: nec in eis corde adhuc resurrexit: non nocebitis. Ac si aperte diceret: Peccatoribus vobis cōsistite / nolite esse molesti: sed corripite eos in spiritu lenitatis / considerātes ne et vos retemini. Galat. vi. Debent enim patres confessores considerare / vel se similia fecisse / vt in similia posse decidere. Unde Jo an. viij. legitur / q; cum adultera oblata esset / Chylo vt lapidaretur / digito scripsit / I terra / et postea se erigens ait: Qui vestrum sine peccato est / primus in cam

## Clausula septima. So. ccccxliij.

eam lapidem mittat. Sic cum peccatrix anima cadit ad pedes confessoris / vt cōstitatur: tunc ipse digito discretionis debet terram cordis sui exarare / et infirmitatem suā discutere / atq; se humiliare: post vero eā alloqui / et sibi cōdignam penitentiam cum lenitate inuigere. ¶ Moraliter et secundo: et conforiter ad glo. interit. per aduenam / pupillum / et viduam / q; sunt miserabiles p sone quo ad mundum: intelligitur boni et iusti / qui communiter reputantur miserabiles / q; ad iudicium mundanorum. Vult autem et peccatores / qui abundant diuitijs / reputantur felices. Ps. Beatum dixerūt cui hec sunt. Sed a parte rei / Beatus populus / cuius dominus deus eius. Clamat ergo dominus / et imperat / vt boni peccatoribus supportentur / et subleuentur / dicens: Aduenam / id est iustum / qui tendit toto corde ad patriam celestem: et qui dicit ad dñm illud verbum Dauidicum: Aduena ego sum apud te / et peregrinus / sicut omnes patres mei: id est / sicut omnes iusti / qui me precesserunt: non contristabis / tu supple iudei / aut inique homo: neq; affliges eum. Similiter viduel / q; in die iudicii exprobrat sponsum suum Chyllum: et quem modo presentem non habet: et pupillo / cui mortuus est mundus / non nocebitis. Letera exponit vt prius.

¶ Moraliter et tertio: iuxta illud: Si pecuniam mutuiam etc. notandum q; per mutuantē pecuniam potest recte intelligi peccator / q; mutat auditibus diuiti verbi bonam pecuniam

quando illis pdicat verbum salutis. In mutuatione tamē hmoi pecunie vnus plus accipit q; alius: sicut q; dñs dat vni maiorē gratiā doctrine / et verbi / q; alteri: sicut q; innuitur in illa parabola Mart. xvj. de talentis / que inequaliter tradidit dñs seruis suis. Et signanter dicit in terra / dederis populo meo pauperi: quia cōter pauperes sunt audiores ad audiendum predicationē / q; diuites. Unde Augustinus: Surgūt indocti / et rapūt celos etc. Et Chyllum / Mart. xj. Pauperes euangelizantur. Nō autē hoc dicit de diuitibus / qui occupantur in negocijs secularibus. Pro mutuatione autem hmoi pecunie / absq; vfura / possunt sumptus necessarij recipi ab his qui dant eam: quia iuxta domini sententiā / dignus est operarius mercede sua. Luce. x. Laure tamē debet predictam pecuniam mutuantis / me vigeant populus quasi exactores: id est / ne sint nimis solliciti circa temporalia: q; sic de facti possent amittere eterna. Nō debent ergo querere temporalia / nisi ad necessitatem / et non ad voluptatem / siue superfluitatem. Unde Apost. j. Timor. vj. habentes vicium / et quibus regamur / his contenti simus. Ibi enim reprobatur immoderatum quēdum / et postolus. ¶ Moraliter et quarto: iuxta predictum verbum: Si pecuniam mutuā dederis etc. notandū q; hic dominus non solum cōdēnat vfurarios / qui vltra fortem erigūt: nec solum dominos / q; exactoribus excoziant subditos: verum etiam tanq; credito

res



res auaros / id est debitorum non valentes soluere / viget ad bonorum suorum cessionem / distractionem / excōcationē. In hoc similes seruo nequā qui tenēs suffocabat alium / dicens: Redde quod debes. Qui rogabat eū / dicens: Patientiā habe in me / dando terminos solutionis: et omnia reddam tibi. Et ille noluit: sed misit illum in carcerē. Per quod designatur quod talis alius in misericordiam non habebit a deo / spatium penitentię. *Matth. xlii.*

**Moraliter** et quinto: iuxta illud: Si pignus a proximo tuo etc. notandum quod istud est contra creditores auaros / in pignora necessaria debitoribus non reddendo: et multo magis impignorando modo illicito / et nimis grauando: ut predam capiēdo / vel vnum pro alio pignorādo: que pignozatio in clericum per laicam sententiā a canone condemnatur / secundum Petrum de Palude.

**Moraliter** et vi. Notandum quod tunc pignus a proximo nostro accipimus / quando irrogat nobis aliquid iniuriā. Quod autem precipitur pignus acceptū reddendū danti / ante solis occasum / designat statim iniurias acceptas reddendas: ita ut sol non occidat super iracundiam nostram: ut habetur Ephe. iiii. Et istud est contra nolentē dare veniam petenti / aut tardū et difficilem ad remittendū. Qui enim alius offendit / debet alius preuenire in petendo veniam: iuxta illud *Matth. v.* Uade hinc reconciliari fratri tuo. Et Augustinus in regula de communi vici-

ta clericorum: *De illis* (inquit) est qui quibus ira sepe retetur / ita mentem impetrare festinat / ut sibi dimittat cui se fecisse agnoscit iniuriam: quod qui tardius irascitur / et ad veniam petendam tardus inclinatur. *Hec ille.* Sed caueat ille cui irrogata est iniuria / ne sit implacabilis / aut nimium durus / et difficilis ad remittendum irrogatam sibi iniuriam: ne similiter deus agat cum eorum de festuca faciat trabem. Unde in oratione dominica precamur dominum / dicentes: Dimitte nobis debita nostra / sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.

**Allegorice** et primo: Per aduenam non contristandum: intelligitur populus gentilis / vel Iudaeus nouiter conuersus ad fidem Christi / qui non est contristandus aut iniuste molestus verbo aut facto a populo Christiano: in summo benigne et charitative suscipiendus / et tractandus: dicendo illud ps. Venite filii / audite me / timorē domini docebo vos: id est instruam vos libenter / propter deum in his qui sunt religionis Christiane. Diuis autem contrariū faciunt multi qui se fideles dicunt (sed vitiam boni) qui tales volantes ad baptismum gratiam / vocant irrisorie marranos nos. Hoc etiam malum operatur in eis principes catholici / quod si prius debebant in terris eorum sub tributis / sicut cōmuniter fit extra regnum Francie: tunc cum baptizantur / sibi consueuant bona sua: ut fertur. Unde videtur quendam huius generis lamentabiliter sita desinat / tem /

tem / et dicentem quod hac de causa multi retardantur a baptismo. Causa autem cur tales aduenae non sunt contristandi aut affligendi / tangitur cum subditur: Aduenae enim et ipsi fuistis in terra Egypti: id est in statu gentilitatis et infidelitatis. Nūquid enim ecclesia catholica in exordio suo primitiuo sumpta est ex Gentilibus et Iudeis: ut patet Actuum. vi. Sumus igitur in eadem condemnatione cum predictis / quoniam non immediate. Et ideo qui eos irident aut abominantur / irrident seipos. *Hinc Psalm. xlii.* Gladus eorum intret in corda ipsorum. Timendum est igitur quod fertur: Si leseritis eos / vociferabuntur ad me: ego audivi clamorem eorum: et indignabitur furor meus / percussitiamus vos gladio. i. bello etc.

**Allegorice** et secundo: Ista postumus referre ad prelatos ecclesie / qui tunc dant pecuniā populo fideli / quando illi administrant spiritualia: et signant sacramenta ad salutem necessaria. Pro quorum tamē administratione non debent vigere populum dei / quasi exactores. Nec episcopi pro administratione ordinum / aut tonsurę: nec curati / aut eorum vicarii pro sepulchris: et huiusmodi quoniam diuitibus laudabiles consuetudines sunt obseruande. Sed a pauperibus et es-

duos suos curatos / conqueritur dominus *Esai. li.* dicens: Populum meum exactores sollicitauerunt. Hoc autem glossa fertur. exponit de sacerdotibus veteris legis / qui nimis auare exigebat decimas et primitias a populo. Sed hodie illud saltem congrue exponere de sacerdotibus noue legis / per simile.

**Allegorice** et tertio: iuxta illud: Si pignus a proximo tuo acceperis etc. Notandum quod pignus recte possunt intelligi sacramenta veteris legis / que dederat Moyses de mandato domini populo Iudeorum / quasi in pignus / et figuram sacramentorum noue legis. Sed quod est quod pignus vestimenti subetur reddi / ante solis occasum: nisi quod antedicta sacramenta ceperunt cessare ante Christi mortem: ex quo scilicet ceperunt regnare sacramenta noue legis / et signanter ex quo Christus baptizatus est. Precipue autem ex quo ipse in cruce pendens / dicitur: Consummatum est. Tunc enim fuerunt sepe dicta sacramenta mortua. Mortuifera autem post sufficientem promulgationem noue legis. Notandum autem dicitur in textu: Propter enim est solum quo operati sunt / et relaxande. Unde de illi populo Iudeorum: et per caput iustificacione sua solent differre / a ceteris nationibus. *Alles*

**A**llegorice et quarto: iuxta illud: Vidue & pupillo non noceritis. Si leseritis eos &c. notandum quod illud potest referri ad primitias ecclesiam quod erat vidua: quia non habebat pensionem corporalem et visibilem sponsum Christi sicut nec modo: quibus non deesset ab ea semper presentiam spirituales aut sacramentales semper illud Mart. vii. Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Precepit itaque dominus imperatoribus regibusque principibus huius seculi ne nocerent predictas vidue. i. primitias ecclesie sicut etiam moderati aut pupillo id est nouo populo Christiano dicens illud Ps. Nolite tangere Christos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Item illud Zacha. ij. Quicquid tetigerit vos tanget pupillam oculi mei. i. quicquid fieri vobis fiet mihi. Item Matth. xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Quod quidem verbum potest in bonam et in malam partem exponi. Sequitur: Si leseritis eos: supplicet corporaliter sicut olim fecerunt tyranni: vociferetur ad me: et ego audiam. i. et audiam clamorem eorum. Ps. Clamauerunt iusti et dominus exaudivit eos. Item idem alibi: Clamauerunt ad dominum cum tribularerunt: et de necessitatibus eorum liberauit eos: et indignabit furor meus: et opprobrosos predictarum viduarum ac pupillorum: percutiamque vos gladio &c. Unde frequenter comparatur est quod huiusmodi tyranni dura et miserabili morte interierunt.

**A**llegorice et quinto: iuxta illud: Si pecuniam mutuum dederis populo meo pauperi &c. notandum quod per pecuniam mutuum danda pauperi: possumus intelligere beneficium ecclesiasticum: quod mutuo debet dari. i. gratis: et sine recompensa: quod sicut domini episcopi facientes tales collationes clericis: gratis acceperunt: aut saltem de iure accipere debuerunt huiusmodi potestatem dignitatem pastoralis annexam: ita etiam gratis debet dare beneficia ecclesiastica dicente Christo Mart. x. Gratis accepistis: gratis date. Iura tamen non prohibent quin gratiosum munus moderatum tamen et gratis oblatum non possit licite recipi: et laudabiles consuetudines obseruari. Ne autem illis simoniacis quod huiusmodi consuetudines honestas volunt conuertere in legem dicentes quod ista sunt iura pontificalia: ut sunt multi clerici tenentes dioceses ad firmam: et qui libenter puerterent lapides in nummos: tunc ad satisfaciendum dominis suis: ad replendum marsupia sua. Quod autem huiusmodi pecunia. i. ecclesiastica beneficia debeant gratis et libere dari: manifeste innuatur cum subditur: Non vendebis cum quasi exactor.

**A**llegorice et sexto: iuxta illud: Si pignus a proximo tuo. &c. notandum quod illi clerici curam dant pignus proximis suis consistens in vestimento: quod ab alijs clericis predictibus accipiunt multam pecuniam quantum forte valet beneficium ad decem annos: sub colore firme: et nihilominus resignant illis de iure

erit beneficium: quod ad apertam simoniam pertinet: quia facta resignatione resignans non magis amplius curatus: quamuis possit retinere pensionem: que non debet ascendere ultra tertiam partem valoris fructuum beneficij. Quid igitur iuris? profecto ille qui recipit predictum pignus a proximo suo: modo predicto: debet ipsum restituere ante solis occasum: id est quantocyus. Non quidem illi a quo habuit: quia veteris commisit simoniam: sed ipsum debet resignare inter manus superioris.

**A**nagogice per aduenam significatur ecclesia trisiphana: ex hominibus congregata: que recte dicitur aduena. i. de hoc mundo misera ad celi palatium veniens. Nec aduena nunquam tristat: sed semper leta manet. Joan. xv. Tristitia vestra vertetur in gaudium: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Si autem illiciter per viduam et pupillum: quibus non est nocendum: intelligitur multitudo beatorum: quibus nemo nocere potest. Unde apostolus Rom. xvij. Si deus pro nobis: quis contra nos? Item Apocalyp. xvj. Non esurient neque sitient amplius: neque cadet super illos sol: neque villus estus. Per pecuniam aurem mutuatam intelligitur gratia quam mutauit dominus omnibus angelis quando primum conditi sunt: ut per bonum usum illius possent acquirere et emere regnum celeste: sicut fecerunt omnes primo. Sed statim mali peccando posterunt obicem: ne primum consequerentur celeste: quod

boni perseverando in gratia adepti sunt. Et si dicatur: quod deus cum gratia sua est fortior: quam diabolus cum malicia sua: sicut cum malo usu sui liberi arbitrij. Hoc gratis conceditur: tanquam indubitanter verum: nihilominus ipse deus non viget arbitrium: sed ipsum dimittit: et dimittit in plena libertate sua: sicut fecit de homine cadito. Iuxta illud Eccli. xv. Deus ab initio constituit hominem: et reliquit eum in manu consilij sui. Pater ergo: quod nec agere: neque homo vegetur a deo ad bene operandum. Ecce quomodo due primae partes prececedentis clausule exponi possunt anagogice de angelis.

**A**llegorice et secundo: tertia pars eiusdem clausule potest exponi de eadem ecclesia triumphantis: que consistit ex hominibus beatis: in huiusmodi: per pignus quod quis accipit a proximo suo vestimentum: et quod ante solis occasum mutuat restitui: potest recte intelligi corpus humanum: quod in morte: spiritu volante in celum: accipit dominus in pignus: propter offensam primi parentis: quod quidem pignus dominus reponit sub terra: usque ad generalem omnium resurrectionem. Per solis autem occasum: intelligitur solus mundus huius. Adueniente igitur et occurrente huius solis naturalis occasus: ipse idem deus et dominus noster Iesus Christus redet vnicuique spiritum beato suum vestimentum. i. corpus proprium: quod est vestimentum anime: ut possit cum illo dormire. i. eternum quietescere: et ut perpetuo

beatificetur in anima et corpo-  
re. Nam predictum veſtimen-  
tum tunc mirabiliter immuta-  
bitur: prout pulchre inſinuat  
pume Lozinthiorum decimo-  
quinto dicens: Seminatur in  
corruptione: ſurget in incorru-  
ptione. Seminatur in ignobili-  
tate: ſurget in gloria. Semina-  
tur in infirmitate: ſurget in vir-  
tute. Seminatur corpus ani-  
male: ſurget corpus ſpiritus  
le. Ita tamen tantum intelli-  
genda ſunt de corporibus ele-  
ctorum. Quia ſicut ſubdit / ibi  
idem apoſt. omnes quidem re-  
ſurgemus: ſed non omnes im-  
mutabimur. Nam teſte pſalm.  
non reſurgit impij in iudicio:  
ſcilicet per predictam immu-  
tationem. Per hoc autē quod  
ſubdit: Si clamaverit ad me /  
credulam cum: quia miſeri-  
coriam ſum. Intelligitur deſide-  
rium animarū beatarū / quod  
habent de reuntione cum cor-  
poribus ſuis: quod tunc com-  
plebitur / iuxta illud pſalm.  
Deſiderium anime eius tribu-  
it ei domine ꝛc.

## Octava clauſula.

**N**is nō detrahes /  
et principi popu-  
li tui non male-  
dices.  
Hiſtorialiter /  
poſtquam in pre-  
cedenti clauſula poſite ſunt  
quatuor regule ex parte do-  
mini regulantes vim rationa-  
lem in ordine ad proximum in-  
feriorem: hic conſequenter  
ponitur alie due regule regu-  
lantes eādem vim rationalem

in ordine ad proximum ſupe-  
riorem: cum dicitur: Dijs nō  
detrahes: et principi populi ꝛc.  
Ponuntur ergo hic due regu-  
le: Nam per primam prohibet  
dominus inferioribus ne de-  
trahant de ſuis ſuperioribus /  
dicens: Dijs non detrahes: ſci-  
licet in occulto: vel dijs non  
detrahes: id eſt iudicibus re-  
punitentibus propter peccati-  
uum: quia in hoc tenent locū  
dei / qui te per eorum manus  
punit: ꝛ principi populi tui nō  
maledices: ſcilicet: imprecan-  
do et penam.

Circa autem hunc breuem  
textum mouentur aliqua dus  
dia.

Primum igitur dubiū / quid  
intelligitur per deos / quibus  
non eſt detrahendum: Reſpon-  
detur ſecundum glo. interli. q̄  
intelliguntur per eos ſacerdo-  
tes / qui certam tunc temporis  
erant iudices populi. Nā ſpūs  
omnis detractio ſit mala / per-  
nicioſior tamē ꝛ damnabilior  
eſt illa que ſit de dijs .i. de ſa-  
cerdotibus ꝛ iudicibus: vt di-  
cit predicta glo. Unde ꝛ de ſa-  
cerdotibus euangelicis ſpecia-  
liter prohibetur ne fiat detra-  
ctio: prout habetur ſexta que-  
ſtione prima / ſacerdotes .vbi  
Theophorus papa ait: Sa-  
cerdotes qui proprio ore cor-  
pus domini conſciunt: ab om-  
nibus ſunt obediendi ꝛ timen-  
di: non dilacerandi aut detra-  
hendi.

Secundum dubiū: vtrum  
omnis ſubditus maledicens:  
id eſt: malū dicens de principe  
populi ſui: male agat: Dicēdū  
q̄ quis poteſt dupliciter loqui  
in

in malam partem de principe  
populi ſui. Primum quidem mo-  
do per modum compaſſionis:  
ſiue per modum correptionis:  
ꝛ ſignanter illis qui poſſunt ꝛ  
volunt prodeſſe ꝛ non obeſſe:  
et hoc de ſe bonū eſt ꝛ ad cor-  
rectionem fraternā pertinens.  
Secundo modo per modū dif-  
famationis ꝛ ſcandalizationis:  
et hoc nō procedit ex charita-  
te: ſed ex zelo inuidie aut vin-  
dicte: et hoc grande peccatum  
eſt / dicente maxima thopica:  
Luius ſinis malus eſt / iſum  
quocq̄ malum eſt.

Tertium dubiū: Cur ſpe-  
cialiter prohibetur / vt nemo  
maledicatur principi populi ſui:  
Reſponſio: quia ꝛ ſi omnis in-  
ordinata maledictio de prin-  
cipe ſit mala / peior tamen (ce-  
teris parib⁹) eſt illa que ſit de  
principi ſuo. Maxime cum ra-  
tionabili ſit fauore proſequē-  
dus / a ſubditis / q̄ ab alienis.  
Et quia Semet fecit totum  
contrarium erga Dauid regē /  
cui etiā maledixit: ideo a Sa-  
lomone filio eius interfectus  
eſt. iij. Reg. ij. Hic Eccl̄s. x. di-  
citur: In cogitatione tua regi  
non detrahas / ꝛ in ſecreto cu-  
biculi tui nō maledixeris diti-  
ti: q̄ ꝛ aues celi portabunt vo-  
cem tuam.

Quartum dubiū: quare ſa-  
era ſcriptura vtriusq̄ hoc modo  
loquendi / dicens: Dijs non de-  
trahes: Nā per hoc poſſunt he-  
retici ſumere fundamentum ſui  
deos: cum tamen dicat Chri-  
ſtus Joā. x. Ego ꝛ pater / vnum  
ſumus. Et Athanaſius in ſyma-

bolo: Et tamē non tres dij: ſed  
vnius eſt deus. Pro ſolutione  
huius queſtionis notandum q̄  
deus poteſt ſumi tripliciter:  
ſcilicet proprie / participatiue /  
abſiue: ſiue ſurſurpartive. De pri-  
mo modo ſepe loquitur ſcriptu-  
ra. De ſecundo modo loquitur  
in pſal. Ego dixi dij eſtis: ꝛ ſi-  
lij ꝛc. Participat eſt homo de  
diuinitate per hoc q̄ eſt intel-  
gens / volens / memorās. De ter-  
tio modo loquitur ſimiliter ſcri-  
ptura in pſal. dicens: Omnes  
dij gētium / demonij. Ad pro-  
poſitum igitur deſcēdentes di-  
cimus / q̄ litera preſens ex cir-  
cuſtantia ꝛ modo loquēdi ſa-  
tis innuit q̄ loquitur de dyſſi-  
dicis per participationem: et  
non per eſſentiam.

Quintum dubiū: Cum mul-  
te ſint ſpecies peccati lingue /  
per que offendi poſſunt dij: cur  
tū hic exprimitur detractio /  
cū dicitur: Dijs nō detrahes:  
Dicēdū q̄ pp̄t grauitatē delicti.  
Unde Apoſto. Ro. ij. vbi ex-  
primit multa genera peccato-  
rū / ſolū de detractioe ait: Su-  
rrones / et detractores / deo  
odibiles. Et Salomon Prover-  
biorū ſexto: Sex ſunt que deus  
odit: et ſeptimum: quod detra-  
ſtatur anima eius: ſcilicet quā-  
do quis ſeminat inter fratres  
diſcordias. Et precipue domi-  
nus detraſtatur illum qui detra-  
hit de ſuperioribus ſuis / qui-  
bus debet reuerentiam. Unde  
Cham qui deriſit pudenda pa-  
trous / dicendo plures eſſe  
deos: cum tamen dicat Chri-  
ſtus Joā. x. Ego ꝛ pater / vnum  
ſumus. Et Athanaſius in ſyma-  
gum. vij.

¶ Moraliter et primo / iuxta primam partem dicentem: Dijs non detrahes. Notandum qd dii participatiue dicuntur sancti cũ deo regnantes. Talib9 aut dijs (salm̄ aliquib9) nonnulli detrahunt: qui eorũ gloriã & honorem (quantũ in ipsis est) diminuant: saltem in estimatiõne hominum: vt alios quibus specialiter afficiuntur / siue ratione status / siue ratione nominis / supra ceteros extollant. Dic h̄icõrũ de duob9 doctoribus / quorũ vnus vocabatur Jo. alter Petrus / qui sepe contendebat quis esset maior / ecce Io. sanct9 / scz Jo. vel Petr9. Quib9 tandem apparuerunt monentes eos ne de hoc contenderent in presenti / quia in pace conregnabant in celo. Ferme etiam in eadem condẽnariõne sunt illi scholastici / qui inordinare contendunt de pceptõibus suis: etiam vsq; ad graues inuectiua9 & libellos famosos. Sic enim vidim9 interdum Paris9 accidere.

¶ Moraliter et secũdo / iuxta eandem sententiã: Notandum / qd per deos possunt intelligi demones / qui dicuntur dii a gentibus: et sic nũcupantur in sacra scriptura: dicente propheta Dauid: Omnes dii gentium demonia. Illi ergo homines talibus dijs detrahunt / quantum in se sint omni virtutis digni / qui illis attribunt in confessione omnia peccata que fecerunt: dicentes / Diabolus decepit me. Diabolus sic vel sic voluit: tanquam ipsi nullum haberet peccatũ: sed tantum diabolus. Sed vt

dicuntur Proverbiorum deest mo octauo: Iustus in principio accusator est sui. Nam vt dicit Augustinus super psal. Diabolus potest suadere et sollicitare peccatum: sed cogere non potest. Et est hic notandum / qd hec detractio valde placet diabolo / quod est contra naturam aliorum / de quibus detrahitur: Nam vt dicit idem Augustinus vbi supra / quando ipse diabolus audit / qd sibi attribuitur peccatum / quod quis fecit: tunc plane intelligit qd se non accusat: sed ipsum diabolum. Dum autem peccata sua talis confiteri distulatur / indulgentiam nõ meretur accipere. Hec August. Dijs ergo predictis predicto modo non detrahes. Quia vt ait Ambrosi9: Non est / qd cuiquam nostram ascribamus etiam: id est / culpam: nisi nostre voluntati.

¶ Moraliter et tertio / iuxta illam secundam partem predictę clausule: Et principi populi tui non maledices: scilicet illi imprecando penam. Notandum / qd etsi nulli sit absolute maledicendum: minus tamen principi. Iuxta illud Ecclesiastes decimo: In secreto cordis tui nolĩ maledicere regi. Quisimmo pro eo est orandum / et signanter a subditis. Unde apostolus prime Timoth. ij. Obsecro (inquit) primum omnium / fieri obsecratiões / orationes / postulationes / gratiarũ actiones pro omnibus hominibus: pro regibus / et omnibus qui in sublimitate constituti sunt: vt sint duces & comites / vt dicit

cit glossa / vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate et caritate. Cuius ratio subditur / cum dicitur: Hoc enim bonum est et acceptum coram saluatore nostro deo / qui omnes homines vult saluos fieri / et ad agnitõnem veritatis peruenire.

¶ Moraliter et quarto / iuxta idem ptopositum. Notandum / qd non solum pro principe fidelis est orandum / et non maledicendum: verum etiam pro principe infidelis: et hoc signat̄er ab illis fidelibus qui sunt de dominio eius: et hoc vt possint quietius deservire Christo. Sic enim informabat Hieremias Iudeos in captiuitate Babylonica degentes: Dicens ex parte domini: Querite pacem ciuitatis ad quam vos transmigrare fecit: et orate pro ea dominum: quia in pace illius erit pax vestra. Item aut principis / dependet bonum subditorum. Unde non solum monet idem Hieremias Iudeos predictos vt orarent pro ciuitate Babylonica / verum etiam pro vita Nabuchodonosor / et filiorum eius: vt patet Hieremie vicesimonono. Scripsit autem Hieremias hęc epistolam ab Hierusalem in Babyloniã ad Iudeos / qui erant ibi in captiuitate.

¶ Allegorice et primo / iuxta illud verbum: Dijs non detrahes. Notandum / qd huius contrariarum faciunt nonnulli / male sentientes de fide / et de potestate sedis apostolice / siue ecclesie Romane / qd dicunt qd

a tempore Siluestri pape nullus sanctus fuit rite canonizatus.

¶ Allegorice et secundo / quantum ad illud quod sequitur: et principi populi tui non maledices. Notandum conformiter ad gloss. interlinia. qd istud exponitur de Christo: cuius principatus factus est super humerum eius: vt dicitur Esa. nono. At vero huic principi populi fidelis grauit̄er maledixerunt / et multipliciter impij Iudei / vt cum dixerunt qd in Beelzebub principe demoniorum eiciebat demonia / vt legitur Luce vndecimo. Item quando vocauerunt eum Samaritanum / et demonium habentem. Ioan. octauo. Item quando vocauerunt eum hominem peccatorem. Ioannis quinto. Item potatorem vini. Unde Matthei vndecimo dicebant: Venit Ioannes non manducans neq; bibens: & dicunt / demonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens: et dicunt: Ecce homo vorax & potator vini / publicanorum & peccatorum amicus. & cetera.

¶ Allegorice et tertio / per principem populi cui non est maledicendum / in quantum huiusmodi designat ecclesie palatium / cui non est maledicendum. Unde legitur Actuum vicesimotertio / cum dicitur Paulõ qd malediceret sibi sacerdoti: Respondit / nesciebam fratres / quia princeps sacerdotum esset. Scriptũ est enim. s. Exodi. xxiij. principem populi tui non maledices.

**C**onagoge: diabolus statim post creationem suam egit contra hec duo precepta. Et primo contra primum: dum dixit in corde suo de bonis angelis quod frustra et inaniter volebant subesse deo per obedientiam: et quod ipse volebat esse similis altissimo. Et sic decimoquarto. Secundo egit contra secundum preceptum: et in dies agere non cessat dum principi populi maledicere non cessat: dicens quod iniuste agit cum eo: privando eum perpetuo gloria celesti: atque cruciando igne inferni. Nam tanta est in eo superbia: quod non vult recognoscere propter inculpam suam: sed increpat atque inculpat suum iustissimum principem populi maledicere. Hinc Psalmi ait: Superbia eorum quae te oderunt ascendit semper.

Nonna clausula.

**D**ecimas et primitias tuas non tardabis offerre. Primum tuorum dabis mihi. De bobus quoque et ovibus similiter facies. Septem diebus sit cum matre sua. Die octavo reddes cum mihi.

**H**istorialiter postquam in precedentibus posite sunt regulae a domino regulantes vim rationalem in ordine ad proximum superiorem: hic consequenter ponuntur aliae regulae regulantes eandem vim in ordine ad deum: et signatim in offe-

rento illi decimas primitiasque primogenita bouum et ovium. et animalium mundorum. Dicit ergo dominus sic: Decimas et primitias tuas non tardabis offerre: supple mihi. Differunt autem decime et primitie: quod decime sunt de omnibus donis: scilicet tam de animalibus: quam de his que gignit terra: prout mandat dominus Deuteronomio decimoquarto: Decimas (inquit) partem separabis de cunctis fructibus tuis: qui nascuntur in terra per annos singulos: scilicet frumenti: vini: et olei: et generaliter omnium bonorum que gignit humus. Primitie autem erant primitias fructus: qui offerebantur domino. Hec autem duo genera oblationum dabantur domino in recognitionem: quod ipse erat initium et consummatio omnium bonorum illo anno collectorum. Et hec omnia erant pro ministris templi: eo quod sacerdotes erant in his que ad deum pertinebant. Mandabat autem dominus ut talia cito et sine magna dilatione offerrentur: quia ex quo erant deputata ad usum ministrorum templi: et non liceat detinere rem alienam inuito domino: patet quod debebat statim offerri: praeter haec dum vel agnum: qui debebant septem diebus dimitti cum matre: et die octavo offerri: ut dicitur in textu. Nam talia erant nimis tenera ante octavum diem. Sequitur: Primum tuorum filiorum tuorum dabis mihi. Locus ratio postea dicitur. De bobus quoque et ovibus: per que intelligantur animalia

animalia munda: similiter facies. hoc supple excepto: quod sint cum matre sua septem diebus: ut dictum est.

**C**irca autem hunc textum possunt moveri aliqua dubia.

**P**rimū igitur dubiū: Quis plus gravatur multitudinem oblationum offerendarum domino: populus Hebraeus: vel Christianus? Respondetur: quod primus populus: scilicet Hebraeus. Nam ut notat dominus Petrus de Pal. super hunc passum: lex antiqua tres decimas instituit. Prima fuit pro levitis deputata. Levite enim non acceperant possessionem inter fratres suos: sed soli sustentabantur decimis: que illis dabantur. Et de tali decima dicitur Levite dabant decimam sacerdotibus: ut patet Numeri. xviii. vbi vtrūque ordinatur a domino. Secundam decimam levabant Hebraei de illis novis partibus que remanebant: et de ista faciebant expensas suas: cundo in templum quod erat in Hierusalem: vel inde redeunt domum tribus festis principalibus: videlicet in Pascha: Pentecoste: et scenoppegia. Et istam decimam levabant singulis annis: ut patet Deuteronomio decimoquarto: vbi sic ait dominus: Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos etc. Deinde tertio anno de novem partibus post secundam decimationem remanentibus: levabatur tertiam decima in usum pauperum: prout habetur Deuteronomio vicesimo sexto. Ecce igitur tri-

plex decima: ad quam tenebatur Hebraei antiquitus: et hoc absque remissione plenaria cum etiam terre nascentium: que fiebat anno septimo: iuxta illud Deuteronomio septimo: Septimo anno facies remissionem. Taceo de primitiis et primogenitiis et aliis ad que obligabatur populus Hebraei: ad que minime tenetur hodie populus Christianus. Et quisbus omnibus patet: quod multo plus gravabatur multitudo et qualitate oblationum populus Hebraeus: quam gravatur populus Christianus. Bene ergo merito: lex antiqua vocabatur lex oneris: moderna autem lex honoris.

**S**ecundum dubium: Quid sunt primitie? Dicitur de Pal. quod primitie erant primi fructus: quos offerebant Hebraei in predictis tribus solennitatibus. Nam in pascha offerebant spicas: ut patet Deuter. iii. In pentecoste vero offerebant novos panes. Levit. xxiij. Propter quod dicebat festum novorum. In scenoppegia vero offerebant annonam in caratello. Deuteronomio vicesimo sexto. Et dicebantur primitie: quicquid de aridis et liquidis inter quadagesimam partem et sexagesimam dabatur vltrosecundum Deuteronomium ex maiorum traditione magis quam ex lege determinata: quia dabantur per modum oblationis: ut patet Deuteronomio vicesimo sexto: vbi sic ait dominus: Lumenque intraveris terram quam dominus deus tuus daturus est tibi

est tibi possidenda: et obtinueris ea: atque habitaueris illa: tolles de cunctis frugibus tuis primitias: et panes in cartallo pergesq; ad locum quem dominus deus tuus elegerit: ut ibi innotetur nomen eius: accedesq; ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis: et dices ad eum: Prostitit hoc coram domino deo tuo: quod ingressus sum in terram: pro qua iuravit patribus nostris: ut daret ea nobis. Suscipiesq; sacerdos cartallum de manu tua: ponet ante altare domini dei tui: et loqueris in conspectu domini dei tui: Syrus persequeretur patrem meum: qui descendit in Egyptum: et tibi peregrinatus est in paucissimo numero: creuitq; in gentem magnam et robustam etc. Et nota quod cartallum idem est quod canistrum: siue coplinus: vel vas.

**Tertium dubium:** Cur dominus mandavit in antiqua lege primogenitum sibi offerri? Dicendum: quod hoc fecit in recognitionem beneficij liberationis primogenitorum Hebræorum: ab angelo percutiente primogenita Egyptiorum: ut habetur supra. xiiij. ca.

**Quartum dubium:** Cur hodie primogenita non offeruntur domino? Dicendum: quod cum huiusmodi preceptum fuerit iudiciale: non ligat modum: nisi per ecclesiam universalem statueretur. Item quia Christus pro omnibus primogenitis se obtulit deo patri in templo. Luc. ij. Item in crucis patibulo: iuxta illud Esaiæ liij. Obiit: est: quod ipse voluit: et ipse pro omnibus alyis primogenitis satisfecit: et sufficit plenius

time: ipse enim fuit veritas: quæ adveniente figure cessaverunt.

**Quintum dubium:** Utrum primogenita hominum poterat reddi? Ad hoc distinguendum est: quod aut huiusmodi primogenita erant de tribu Levi: aut de alia tribu. Si de tribu Levi: sic non poterat reddi: eo quod tota illa tribus erat domino dedicata. Si autem de alia tribu: sic poterat reddi: sed: quinq; scelis argenti.

**Sextum dubium:** Quantum valeat scelus argenti? Ad hoc dicitur Ra. Sa. quod quilibet scelus valeat quinq; solidos: non tamen ipse scificat cuius monete. Et ideo videtur melius dicendum: confortanter ad de Lyra: quod valor determinatus est nobis incertus: quia monete et pondera auri et argenti multum et frequenter variantur: secundum tempora et varias regiones.

**Moraliter et primo:** per decimas et primitias intelligunt iura ecclesie: in quacunque materia consistant: que quantum ad solvenda sunt. Nam talia retinere in iura ecclesie sacrilegium est: et crimen par crimini Jude traditoris et furis. Talia etiam bona in parte sunt bona pauperum: et ideo fures sunt qui illa iniuste detinent. Et notanter dicitur: non tardabis offerre: id est: sponte et pleno corde illa solves. Qui enim iniuste et contra iura solvit: dicitur tarde solvere. Scriptum est enim de veteribus Eccl. xxxv. Bono animo gloriam redde deo: et non minuas primitias manu tuarum. In omni dato hilaritatem fac vultum tuum: et in exultatione sanctifica decimas tuas. Quia ut dicitur

est Apost. ij. Corin. ix. Hilariter daturus diligit deus. Solvenda igitur sunt decime hilariter: et non ex tristitia: aut ex necessitate.

**Moraliter et secundo:** et conformiter ad I. Ido. numerus decimarum perfectionem designat. Unde numeri ipsi sequentes per ipsum multiplicantur. Nona sius autem siue novenarius: significat imperfectionem. Quid est ergo quod iubemur solvere et reddere domino decimam: nobis retinendo novem partes: nisi quod deo debemus attribuire omne quod perfectionis est in nobis. Novem autem omne quod imperfectionis est: deo gloriam: nobis autem confusionem.

**Moraliter et tertio:** iuxta illud: non tardabis offerre. Notandum: quod circa solutionem decimarum se habent homines multipliciter. Quidam enim cito solvunt cito et integre: ut boni. Alii cito: sed non integre: et isti sunt mali. Alii autem tarde: et hi sunt peiores. Alii nunquam et isti sunt pessimi.

**Moraliter et quarto:** per primitias quas tenebant Iudei offerre domino: intelligit inchoatio boni operis: que deo est attribuenda et consecranda. Precipit autem Lev. iij. ut caput hostie et cauda simul domino offerantur: per quod designat quod non solum inchoatio boni operis debet deo attribui: verum etiam finis et consummatio: quia (ut inquit Apost. Philip. ij.) deus est qui operatur in nobis: et velle et proficere pro bona voluntate sua. Et Rom. ix. Non est volentis in eis currentis: sed dei misericordiantis. Item. ij. Corin. iij. Non

sumus sufficientes cogitare: aliquid a nobis: quasi ex nobis: sed sufficientis nostra est deo est. Et breviter: ut dicit Esaiæ xxxvj. omnia opera nostra operatus es in nobis: dominus scilicet principaliter et primarie: sed minus principaliter et secundarie homo est causa effectiva suorum bonorum operum: et non mere passiva: siue se habens: ut opinatur heretici Lutheriani.

**Moraliter et quinto:** Notandum: quod quidam heretici: ut Pelagiani attribuit homini initium bonorum operum: consummationem vero soli deo: sed huius contrarium sufficienter patet ex predictis. Item per hoc quod olim offerebat caput bestie quod immolabat: cum cauda (ut dicitur est) per quod designatur: quod principium et finis boni operis debent deo principaliter attribui. Alii autem illi attribuit principium boni operis: sed consummationem illi: atque finem ipsi homini. Sufficit (inquit) humana ad sponat voluntatem humanam ad bonum: qua disposita potest ex se in bono perseverare. Et datur exemplum de horologio: quod indiget dirigente in principio. Sed postmodum movet cum instrumentis suis sine humano auxilio: sed hoc est simile hereticum: et contra predicta. Alii autem grauius erraverunt: dicentes quod cum homo habeat liberum arbitrium: et sit dominus suorum actuum: potest seipso inchoare bonum et ipsum consummare: sicut et malum. Et isti non plus dicunt requiri ad bene agendum: quam ad malum: quod est manifestissime falsum et hereticum. Nos autem catholici ponimus

utrumque

vruntq; specialiter dependere a deo: inritum scz boni operis / quinimo primā voluntatem ad bonū: r continuatōne atq; cō summationē illi: vt omnia o- pera nostra bona merito dicat operari in nobis: vt dicit Esa. vbi supra.

¶ Moraliter r ferro / r cōfo- miter ad fratrem Petrum Bercho- rian. p primogenita hominū r animalū mundorū q̄ iubebat dñs in lege offerri: inrelli- gunt initia bonorū operū / que ideo dicunt primogenita: quia sunt initia sequentiū operum. Vel qz hereditas eterne glorie talib; ope: bus / sicut veris et primogeniti hereditib; / debet. **Z**alia ergo primogenita. i. bo- na opera nostra debēt deo of- ferti. i. ad dei laudē gloriā et honorē referri r ordinari. Si aut cōtigit r q̄ habeam; pri- mogenitū asini. i. aliq; bonū op; qd̄ habet aliquā asinitatē vel soliditatē admittā: vt po- te qz factum est indiscrete / vel cū intentione aliorū vane glo- rie: proculdubio nos tenemur ipsum cū eue. i. cū bono r sim- plici opere cōmutare / et bonā outnam r simplicē intentionē sibi apponere: r sic poterit illd̄ qd̄ pri; asiniū fuerat / dño cō- placere. Si vō ipm; cōmutare noluerim; / ipsum pro certo in- terficere. i. penitus submouere debemus. Verbi gratia: Si q̄s ieiunat / vel aliud bonū opus facit / ad vanā gloriā: illud est primogenitū asiniū. Si vero mala r inanis inritio submo- uerit / tunc asini primogenitū cū oue spiritualiter cōmutat. Si vero malā intentionē tollere

reuerit: tunc suū asinū primoge- nitū. i. bonū opus stolidē r in- aniter factum redimere nō di- gnatur. Qz propter illud opus tanq; in nullo meritozū r pe- nitus nihil valēs / debet inter- fici. i. destrui r cōfundi: r apud deū r homines cōdemnari: qz reuera asin; nō est offerendus dño / nisi fuerit cōmutatus cū oue. Nec bonū opus mala intē- tionē / vel sine discretione fa- ctū deo placere dignoscit / nisi fuerit cōmutatum r simplici volun- tate: qz scz per ouē in sacra pagi- na designat. Hec dicit; Petr;.

¶ Moraliter r septimo r con- formiter ad eundē Petrum. Dñi plati ecclesie habēt primogē- nitos suos. Illi aut sunt hi q̄ se debēt per bona exēpla operari r documēta deo offerre. Si vō habēt aliq; primogenitū asini. i. aliquē malū subditū / pro certo debēt eū p virib; / p oue mutare. i. bonū r simplicē efficere. Qz si nequeāt / debent eū interficere. i. dure corrige- re r punire / vel carceri manci- pare. Nam dignū est de medio tolli q̄ sua stultitia et malitia noluerit cōmutari: vt possit spi- ritualiter domino immolari / et digne ad ipsius seruitiū ap- plicari.

¶ Moraliter r octauo: Illud potest exponi de paruis priora- tibus / in quibus sunt pauci fra- tres. Si vero aliquis p̄sides in talibus prioratibus habeat aliq; bonū primogenitū asini. i. atque malum subditum vel sociū / debet si potest ipsum mu- tare cū oue. i. cum aliquo sim- plici r bono fratre. Qz si pre- latus superior noluerit facere / tunc

illud potest ad eius interfectio- nem. i. ad ipsius rigorosam pu- nitōnē r correctionē operari / dare: vt sic suam asinitatem r soliditatem effugiat.

¶ Moraliter r nono / iuxta il- lud: Primogenitū filior; tuorū dabis mihi. Notandū qz non- nulli in matrimonio degentes vouēt primā prole (quā habi- tū sunt) religio. Accidit aut frequēt vt parēres sint ma- gis affecti ad primā prolem / qz ad sequētes / r hoc ppter noui- tate r paucitate. Propter qd̄ magis delicate r sollicitē eam nutrit; r r consequens efficac- min; habilis in posterū ad re- ligionē / ppter austeritatem il- lius. Cū bonū est qz hi qui in- traturi sunt religionem / primo discāt in seculo dure viuere / si- cut fert fecisse mater bñ Ber- nardi de septē filiis suis. Hinc scriptum est Thieno. iij. Bo- num erit viro / cum portauerit iugum domini ab ad. i. Lauda- mus igitur zelum predicatorū parentum / afferentium primo- genita sua domino deo in reli- gione / in qua bene viuif. Sed modum reprobamus: vt pote qz delicate primum eos enu- rriant. Aut sine ipsorum pri- mogenitorum pleno assensu: quia constat qz votum ipsorū parentum eos non ligat / nisi postmodum illud approbent.

¶ Moraliter et decimo: iuxta oblationem faciendam domi- no de primogenitis boum r o- uium. Notandū qz illi offerunt domino primogenita boum / qz suam inuentum (que fortis est) dedicant domino: dicētes cum regio propheta ad domi-

num: Fortitudinem meā ad te custodiam. Illi autem offerunt primogenita ouium: qui parū volunt operari in vinea domi- ni in diebus sue iuuetutis / sed volūt supportari plus debito / r istud cōmuniter inuenitur in claustro. In cuius figurā legit Job. i. boues arabanti: r asine pascebantur iuxta eos.

¶ Moraliter r vndecimo / per primogenitū boum aut ouū / atq; alior; animalū / quod de- bebatur esse cū matre sua p dies septē / r die octauo reddi domi- no: designatur ferus boni ope- ris / q̄ debet in septenario vir- turum cū matre sua. i. cū diu- na gratia nutriti: vt perfectum opus possit deo gratius offer- ri. Unde etiam in figura huius legitur Leuiti. xxi. Septē die- bus erit sub vbre matris r c.

¶ Allegozice r primo per dea- cimas domino offerendas pos- sunt intelligi viri et mulieres / qui in celo constituent decimū ordinē / secundū Grego. Nouē aut partes / nouē sunt ordines angelorū / tam in celo regnan- tium. Vult ergo dñs de; vt de- cime integre / r fidelit sibi sol- uant; qz vult oēs homines sal- uos fieri / r ad veritatis supple- celestis agnitōnē puenire: vt dicit Apoll. j. Thimo. ij. r hoc voluntate antecedente / quic- qd̄ sit de voluntate cōsequēte.

¶ Moraliter et secundo / per primitias deo offerēdas / inrelli- gi possunt primi parētes: qui quam primum conditi sunt / se- ipsos mediante gratia dei ob- tulerūt dño / se r sua in ipm; re- serētes. Sed i tali pposito pa- rum p̄stitērūt a serpēte decepti / qui

## Exodi vicesimosecundo,

qui fecit vt amorem sui preferat amori dei.

**¶ Allegorice** z tertio primicie fuerunt sancti innocentes: qui oblati sunt deo/ quando p Christo primi mortui sūt. Qui enim ante eos mortui sunt/ nō propter Christū mortui sunt/ sed pro defendēda dei lege: vt Wachabet. vel pro iustitia et veritate: vt Esaias z Hieremias. Sed hi directe passi sunt/ propter Christū/ quandoquidem in ipsis querebatur Christus. Hinc Mar. ij. dicitur: Videns Herodes quoniam illulus esset a magis: quia scilicet non redierunt ad eum Christū adorato quem querebat occidere/ iratus est valde. Et mittens supple satellites suos/ occidit oēs pueros/ qui erāt in Bethlehē/ z in omnibus finibus eius zc. Unde de talibus innocentibus scribit Apoca. xiiij. vbi sic dicitur: Hi empti sunt primicie deo z agno: id est/ ad honorem dei patris z filij sui Iesu Christi. Vñ sicut primicie fructuum delectabiliores sunt/ z gratatius recipiuntur q sequentes fructus: ita dicendū est de istis sanctis innocentibus suo modo. Ecce quid significatur p primicias.

**¶ Allegorice** z quarto potest dici q primicie fidei Christianae: fuerūt Christi apostoli: qui omnes (de templo Juda) fuerūt per Christū oblati deo patri/ z signanter in eorum mortis articulo. Nam omnes Jo. dēpto/ volauerunt ad celos per coronam martyrii. Joan. xv. Si me (inquit illis Christus) persecuti sunt/ supple impij Iudei: et

vos persequentur. Nec adhuc ipse Joā. fuit omnino immunis a martyrio: qz z multa propter Christum passus est: quāuis in pace vitam sinterit.

**¶ Allegorice** z v. Per primogenitum filioꝝ dei designatur Christus. Quāuis enim ipse deus pater habeat multos filios per adoptionem: primus tamen filius eius est ipse Christus: iuxta id quod scriptum est Ro. viij. Primogenitus in multis fratribus. Non tamen est dei patris filius sicut z ceteri/ scz per adoptionem/ sive per gratiam: sed naturaliter z substantialis. Hec igitur primogenitus filioꝝ dei datus est ipsi patri in cruce: id est oblatus: z hoc in redemptionem ceterorum filioꝝ eius: qui aliter redimi non poterant. Et vt dicit August. de verbis domini. ser. xxxvij. multos filios dei fecit vnicus filius dei. Emit sibi fratres sanguine suo/ probauit reprobatos/ redemit veditos/ honorauit iniuratos/ viuificauit occisos. Dubitas q dabit tibi bona sua/ qui nō est dedignatus suscipere mala tua? Hec ille.

**¶ Allegorice** z sexto: iuxta illud: De bobus quoqz z ouibus similiter facies: Septem dieb/ sit zc. notandum q hic presignatur generalis corporū resurrectio: que fiet die octauo/ id est/ in octaua etate. Nā per septem dies/ id est/ per septē etates/ qbus ducitur vita presens/ pulli boum et ovium/ id est/ humana corpora sunt cum matre sua/ scz terra. Eccles. iij. De terra facta sunt omnia/ z in terra pariter reuertunt. At vero die

octauo

## Clausula decima. Fo. ccccxxij.

octauo reddentur huiusmodi corpora creatori suo. Unde Job xix. dicebat: Scio q redēptor meus vltim: et. in nouissimo die de terra surrecturus sum. Sequitur: Reposita est hec spes mea in sinu meo. Et de hoc aliquid quādo posita est similitudo/ quā ponit Chrysol. in tract. de reparatione lapsi/ vcz de filio regis/ qui primum vilibus induit. Denum occurrente etate presciosi/ abiectionibus. De hoc figura legitur Gen. xij. de Joseph/ quem rex pharao fecit e duci de carcere/ z preciosis induit. Applicatio est facilis.

**¶ Anagogice** Beati i celo nō solum soluit domino decimas z primitias/ verum etiam quietudine habent z sunt/ totum offerunt z dedicāt factori suo. Ibi etiam super omnes est primogenitus dei patris/ id est Christus: q ratione diuinitatis recte dicitur primogenitus ante oēm creaturam/ tam angelicā q humanam: quia ab eterno. Dicit etiam recte primogenitus/ ratione humanitatis: z si non tēpore/ tamen dignitate. Unde Apoc. Ro. viij. vocat eum primogenitum in multis fratribus. Item Coloss. i. Et heb. j. Similiter z Ioānes Apoc. i. Dic igitur primogenitus postq dedit et obtulit se deo patri in cruce pro nobis: nūc totaliter offert se eidē in celis: vt sit sibi aduocatus noster. Per boues autē z oues/ intelliguntur homines et angeli: quozū similiter primogeniti. i. q digniores z sanctiores fuerunt/ z sunt/ deo offeruntur in celis. Prius nempe fuerunt septem dieb/ cum matre

sua: id est/ cum ecclesia militante/ qdū viatores fuerunt: sed nūc postq occurrit dies octauus: id est/ stat⁹ beatitudinis: redduntur totaliter dño deo/ nunq ab eo recessuri aut separandi. Hinc Christus Joā. vi. ait: Eum qui venerit ad me/ nō etiam foras.

### ¶ Decima clausula.



Tri facti eritis mihi. Carnem que a bestijs fuerit percussata/ non comeditis: sed proiecitis canibus.

**¶ Historialiter** Postq in precedenti clausula posite sunt certe regule/ dirigētes hominem in ordine ad deum/ quo ad oblationes sibi offerēdas: hic consequenter ponuntur alie due leges/ dirigētes hominem ad se ipsum/ scz de ipsius sanctificatione. Prima est de sanctificatione interiori. Secunda autē de sanctificatione exteriori: ubi Carnē que a bestijs zc. Quante igitur ad primā sanctificationē dicit dominus: Viri sancti eritis mihi. Ad quos autē viros loquatur dñs/ statim dicitur in solutione ad primū dubium. Similiter de sensu illius precepti iudicialis: Carnē que a bestijs zc. dicitur in solut. ad secundum dubium.

**¶ Primum** igitur dubium: ad quos dirigetur dictum verbum domini/ dicitur: Viri facti zc. Quidam dicūt q dirigatur generaliter ad omnem populum Iudaicum. Et qñs solum fiat mentio de viuis in textu/ tamē

sub



## Exodi vicesimosectido,

sub viris comprehenduntur et mulieres. Et secidum hoc sensus est: Viri sancti eritis mihi: id est in communi vita gentiliū separati. Sicut illa dicunt sancta que sunt separata a cōiūni vīu alioz: sicut patet de carne consecrata. Alij dicunt: quod dirigitur ad solos viros. Unde solum nominantur in textu. Nam sicut illi maiori discretione vitare debent. Alij autē dicūt: quod dirigitur solum ad sacerdotes: de quibus etiam specialiter dicitur supra. xix. Sacerdotes quod accedunt ad dñm sanctificantur: ne percussat eos. Item Leviti. xix. Sancti estote: quia ego sanctus sum. Itē quod specialiter ipsi sacerdotes debeant pollescere sanctitate: testatur dñs non solum per Leviticū: verū etiam per Psal. dicentem: Sacerdotes eius induam salutari. Itē sibi: Sacerdotes tui induant iustitiam: et sic de multis alijs passibus sacre scripture.

¶ Secundum dubium: Utrum illud preceptum: Carnem que a bestiis etc. sit preceptū morale: vel iudiciale? Ad hoc dicit Hieron. quod est morale. Duplex tamē est preceptū morale: sicut dñm Petri de Pal. scilicet morale nature: et morale discipline. Preceptum quidē morale nature: ut illud: Non facias alij quod tibi fieri nō vis. Tho. iiii. Preceptum autē discipline: tale est predictum preceptum: propter quod inter iudicialia est incertum. Modo autē non tenet: quod sicut Augusti. contra Faustum: reuocatum fuit per illud verbū Apost. i. Tim. iiij. Omnis creata

tura dei bona est: et nihil reprobandum quod cum gratiarum actione percipitur.

¶ Tertium dubium: Utrum Iudeis licebat vesci carnibus? alias mundis ex lege: quibus suffocatis a bestia siluestri: quibus nō presgularis: sed integris manentibus? Ad hoc dicit de Lya. quod non. Unde dicit quod ipsa Hebraea habet: Carnē que a bestiis fuerit dilacerata vel dissipata. Nō solum (inquit) erat Iudeis phibitum comedere carnes: quare vnam partē bestie comederāt: sed etiam carnes animalis occisi a quacūq; bestia siluestri vel domestica: etiam dato quod nihil comedisset de occiso: vt supra dictum est de boue occiso ab alio boue corrupta.

¶ Quartum dubium: Nūquid huiusmodi carnes poterāt vendi gentilibus? Videtur quod non: quia dicitur in presenti textu quod proiciēde erant canibus. Igitur. Dicendū quod vt aliquando dictum est supra: poterāt vendi vel gratis dari gentilibus conuersantibus inter Iudeos. Ipsi enim non erant obligati ad tale preceptū: nec phibeat Iudeis talis venditio seu gratuita donatio. Igit. xx. Et quod dicitur Iudeis: quod huiusmodi carnes debebant proicere canibus: subintelligendum est: vbi nulli gentiles comparabāt: quia nō vbiq; inueniebant. Rursum dicitur gentiles quodammodo canes erāt: dicente Christo mulieri Chananee. Matth. xv. Non est bonum sumere panem filiorum: et mittere canibus.

¶ Quintum dubium: Utrum moraliter Christiani teneant abstinerere

## Clausula decima. Fo. ccccxxiij.

nerere a suffocato: et signanter d transferunt de gentilitate ad baptismū: Videtur quod sic: quia ita precepit et declarauit beatus Jacobus minor: Hierosolymitanus episcopus: vt legit Actuum. xv. dicit enim sic: Usus est enim spiritui sancto et nobis nihil vltra imponere vobis oneris: que hec necessaria: vt abstineatis vos ab imolaris simulachrorum et sanguine: et suffocato: et fornicatione: a quibus custodiētes vos bene ageritis. Ad hoc dicit dñs Hugo Lardi. quod dictū beati Jacobi fuit postmodū reuocatum per beatum Paulū scribentem Tit. i. et dicitur: Omnia munda mundis. Predictū igitur preceptum Jacobi non durauit nisi ad tempus: scilicet quoad usque gentiles et Iudei ceperunt simul pacifice in vnu cohabitare. In principio autem Iudei abhorrebāt gentiles: cum videbant eos vesci suffocatis a bestia: quod erat eis iterdictū a lege: vt patet hic. Cessante autem scandalo cessauit prohibitio Jacobi.

¶ Moraliter et primo iuxta illam primam partem: Viri sancti eritis mihi. Notandū quod et si ad omnes homines videatur extendere predictum verbum: vt dictū est: et ita etiam nobis precipitur Luce. i. Seruamus illi in sanctitate et iustitia corā ipso omnibus diebus nostris: specialiter tamē videtur debere dirigi ad predicatores veritatis. Pro quo notandū quod sanctus latine dicitur agros: Sic ceid est sine terra: ab alio quod est sine et gyos: quod est terra. Verbum igitur domini dicitur

sanctus: id est sine terra: sicut sine terretreitate: secundum illud Psal. Purgatum septuplū. Predicatores ergo diuini verbi debent esse sancti: id est sine terreno affectu: non querentes lanā sed animas. Et talis erat magnus ille predicator Paulus: qui dicebat Corinthiis quibus predicabat. ij. Cor. xij. Non quero (inquit) que vestra sunt: sed vos. Et Phil. iij. Nō quero datum: sed requiro fructum. Item talis erat Christus vicarius Petrus: id dicit paschalio sedenti in porta templi Actiu. iij. Argentum et aurum non est mihi. Itē quādo Christus vocauit Petrum et Andream fratrem eius. Matth. iij. dixit eis: Venite post me: faciam vos fieri piscatores hominū. Nō autem dixit: faciam vos fieri piscatores pecuniarum: vel ranarum. Modo autem rete predicatōis proicitur non ad pisces: sed ad ranas: quia predicatio non fit hodie ad hominū salutem: sed ad propriam laudem: quod significatur per ranas loquaces. Et nota quod moraliter predicatores quasi omnes videntur fecisse fedus cum morte: id est cum diabolo: et pactum cum inferno: tale scilicet quod diabolus habeat animas: et ipsi pecunias. Quasi ipse diabolus videatur dicere predicatores illud Senecę decimo quarto: Da mihi animas: cetera tolle tibi.

¶ Moraliter et secūdo: iuxta illam secundam partem que dicitur: Carnē que a bestiis fuerit phibita etc. notandū quod illud recte potest exponi de illis de quibus dicitur

detrahatur in hunc modum: Carnem id est hominis vitam que a bestiis id est a detractoribus fuerit pregestata. i. motibus venenose detractionis dilacerata: non comedetis. i. non vobis incorporabitis per imitationem: sed proijcietis canibus. i. tanquam abominabile longe a vobis peccatis. Nam viri honesti siue etiam mulieres cum audiunt de aliquo detracti et signanter a magnis personis quas credunt verum dicere facile credunt ira esse: et nunquam talia dicerent nisi ita esset: propter quod spernit eorum sortium talium qui a bestiis fuerunt pregestati: id est a detractoribus dilacerati: quibus forte iniuste sicut sepe compertum est. Non est ergo cito de proximo malum credendum: quia ut habetur Ecclesia. xix. qui cito credit i leuis est corde. Unde Eva que cito credidit serpenti vituperatur.

¶ Moraliter et tertio: et conforter ad fratrum Petrum Berthouien. Per comedere in scriptura intelligitur imitatio. Ille enim alium comedere dicitur qui vitam et exempla eius sibi mentaliter incorporat: et etiam mores ipsius imitatur. Per bestias autem intelliguntur motus brutales et carnales. Per carnem vero intelligitur persona luxuriosa. Igitur caro id est carnalis vel luxuriosa persona quam bestia. i. motus carnales per luxuriam suffocauerunt: et spiritualiter occiderunt: non debet a nobis comedere: id est per imitationem recipi et assumi: quinimmo talis persona debet canibus. i. alijs peccatoribus eo

medenda et imitanda relinquenda et canibus etiam id est demonibus inferni condemnari. Et reuera istud est verum: quod tales sic carnales et immundi non sunt digni manducari. i. amari vel imitari ab hominibus: sed potius a bestiis et a canibus: quia scilicet mores eorum non sunt rationabiles aut humani: sed potius bestiales: inutiles et canis. In cuius figura dicitur. iij. Reg. xvj. Canes comedent Jezabel in agro Israel.

¶ Allegorice et primo: iuxta illud: Viri sancti critis mihi: notandum quia illa verba domini que dirigebatur ad Iudeos: diriguntur ad populum Christianum: qui debet polleare (pre ceteris nationibus) vite sanctitate: quia non fecit dominus talis omni nationi sicut illi: et iudicia sua. i. precepta et sacramentalia non manifestavit eis. Nec est alia natio tam gravis que habeat deos appropinquantes sibi: sicut deus noster adest nobis: scilicet tam spiritualiter quam sacramentaliter. Sed prohibet (seclusa infidelitate) non est alia natio tam mala et perversa quoad multa: sicut est natio malorum Christianorum. Nam generatio infidelium est mala: sed generatio Iudeorum est peior: generatio autem malorum Christianorum: ceteris paribus est pessima: quia tanquam ingrati sumus deum qui eam genuit per sacramentum baptismi dereliquit: et oblita est domini creatio sui.

¶ Allegorice et ij. iuxta illud: Carnem que a bestiis et. Notandum conformiter ad glossam interli.

interli. quod si id possumus exponere de hereticis: qui sunt magis bestie quam rationales creature. Caro igitur que pregestata fuerit ab huiusmodi bestiis: id est homo qui deceptus ab huiusmodi hereticis fuerit: et pertinax fuerit in suo errore: non comedatur: id est non permittatur habitare cum ceteris fidelibus: ne decipiat eos. Fertur enim quod lana ovium occisa a lupo: inde fiat panis: quod generat vermes: ita et hereticus suffocatus a lupo. i. deceptus ab alio heretico: de facili generat vermes et pediculos. i. alios hereticos. Quia nunquam quod natum est facere alterum tale quale ipsum est.

¶ Allegorice et tertio: possumus eandem litteram exponere de eisdem hereticis in hunc modum: Carnem id est doctrinam: que a bestiis id est ab hereticis fuerit pregestata: id est inuenta et dogmatizata: non comedetis: id est vobis non incorporabitis: eam tenendo imitando: defendendo: sed eam proijcietis canibus: id est eam reprobabitis cum suis hereticis et fautoribus: atque imitatoribus. Quia etsi talis doctrina interdum aliqua vera contineat: est tamen tota suspecta: et per consequens rejicienda propter falsa et erronea: atque veritati contraria que immisceet. Haec exemplum de potione amara: aut bolo: sicut immisceatur aliquid dulce ut possit fieri. Tunc dicitur in iure distinctio decima quinta: in primis. Item ca. Montanus. quod sicut heretici damnati sunt ab

ecclesia: ita et scripture coram. Similiter consortium et communitio eorum sunt fugienda: vicesima quarta in questione prima aduocavit. Ecce quomodo proijcendi sunt canibus.

¶ Allegorice et quarto: Carnem que a bestiis fuerit pregestata: non comedetis. i. legalia et ceremonie legis veteris que visus hodie obseruantur a bestiis. i. a Iudeis: non recipietis nec acceptabitis: vos superbie Christiani. Alias iudaizaretis. Unde expresse dicitur de consecrat. distinctione. iij. peruenit. quod diem sabbati seruare nec illum festiuare debemus: ne iudaizare videamur. Sed omnia ista proijcenda sunt canibus: id est Iudeis relinquenda: quantum ad eorum perditionem.

¶ Anagogice prima pars preteritis clausule optime obseruatur in celo: tam ab angelis bonis quam ab hominibus iustis. Ibi enim omnes sunt sancti: id est sine terreno affectu: sed cor suum totaliter eleuantes in deum per amorem et contemplationem. Similiter ibi plene obseruatur ab ipsis sanctis. Secunda pars eiusdem clausule: quia non comedunt carnem a bestiis pregestata: id est in nullo modo delectantur in rebus carnalibus et vitiolis: neque etiam ex mutuo visu corporum: post generationem resurrectionem: etiam immunes quam primi parentes in statu innocentie. Sed omnes tales abominabiles relinquunt canibus: id est damnatis: quibus tamen nulla erit delectatio etiam immunda.

Exodi vicesimotertio.  
C prima clausula.



**N**on susci-  
pies vocem  
mendacij /  
nec iunges  
manum tu-  
am vt pro  
impio di-  
cas falsum  
testimoni-  
um. Non sequeris turbam ad fa-  
ctedū malū: nec in iudicio plu-  
rimorū acquiesces sententię vt  
a vero deues. Pauperis quo-  
que non miserere nisi iudicio.  
C postq̄ in precedenti capitu-  
lo posite sūt multe leges regu-  
lantes nūc vim cōcupiscibilē  
nūc irascibilē / nūc etiā ratio-  
nalem / secundū varietatē ma-  
reriorū: hic consequenter po-  
nunt alie leges a dño / ordinā-  
tes ⁊ regulantes eandem vim  
rationalem / quantū ad psonas  
diuersorū statū. Et p̄mo / quā-  
tum ad aliquas psonas requisi-  
tas in iudicio. Et q̄ in iudicio  
p̄mo ⁊ principaliter requirit̄  
iudex: ideo p̄mo loquit̄ ad iu-  
dicē dñs / dicens: Tu supple tu-  
der: qualiscunq̄ sit non susci-  
pies: supple in iudicio vocem  
mendacij / supple scienter. Vel  
tu iudex ante omnia observa  
hāc regulam / quāru ad partes  
que debent aliquid proponere  
in iudicio corā te: vt nunq̄ aus-  
dias vnā partē sine alia: q̄ q̄  
vna pars audir̄ in absentia al-  
terius / potest multe mendacia  
immittere ad iustificatiōē luc-  
caus. Nūc ergo subicit dñs:  
⁊ aliud aperte loquitur / dicens:  
Nō suscipies vocē mēdacij. Et

nota / q̄ hic est q̄sto de mēda-  
cio pernicioso: quia omne men-  
daciū quod scienter fit coram  
iudice: est mortale peccatum.  
Secūdo loquitur dñs ad testē  
qui adducitur in iudicio / cum  
subditur: Nec iunges manū tuā  
vt pro impio dicas falsum testi-  
moniū. i. alicui non promittas.  
Unde quidā glo. dicit: q̄ ma-  
nū iungere est ad dicendū falsū  
testimoniū alicui firmiter  
se obligare. Et nota / q̄ hic mo-  
dus loquēdi est sumpt̄ ad his  
qui obligationes faciēdo ma-  
nū manu se tangūt. Dicit autē  
quidam / nescio si triumphoici  
Nec iunges: ⁊ non iunges. i. mu-  
nera nō accipies / vt dicas falsū  
testimoniū. Et istud est  
sumptū ex communi modo lo-  
quēdi multorū: quo dicit a-  
liquē vnā esse manus alicui des-  
dit munera. Tertio loquitur  
dñs corā motem multorū / quā-  
si in iudicio / aliquando plus  
petunt q̄ debeāt / vel etiā plus  
negant q̄ alijs teneant: in hoc  
grauātes aduersariū suū: ideo  
dicit: Nō sequeris turbam / ad  
faciendū malum. i. non imites  
ris plurimos dolose agētes in  
iudicio / siue sint actores: siue  
defensores. Dicit ergo: Nō se-  
queris turbam ad faciendū ma-  
lum. i. propter societariē nō  
facias malum: vt multi dicunt  
esse faciendū. Quarto loquit̄  
domin⁹ iterum ad ipsum iudicē  
dicens: Nec in iudicio. glo.  
interli. id est dū iudex residet  
plurimorum acquiesces sententię  
re: si supple sit iniusta et ini-  
qua. Unde subdit: Ut a vero  
deues. Unde Deuteronomij  
xviij

xviij. Iuste quod iustum est ex-  
queris. Quinto iterum loquit̄  
dñs ad iudicem / iustificās ei⁹  
iudiciū / quantum ad actum /  
dicens: Pauperis non miserere  
beris in iudicio: intuitu scilicet  
⁊ habens aliunde viuere: ⁊  
assignaret pauperi: quia pau-  
per est: Nō enim ibi esset equi-  
tas / sed impietas. Non enim sunt  
facienda mala: vt inde euent-  
ant bona.

C Circa autem hanc clausulā  
mouentur aliqua dubia.

C P̄imum igitur dubium est  
de teste falso / qui non potest  
per viam iuris conuicti de fal-  
sitate seu mendacio: et quem  
iudex ( vt priuata psona ) scit  
q̄ deponit falsum. Et pro ma-  
iori aggrauatione casus: sunt  
duo vel tres qui ita false depo-  
nunt contra innocentem. Nūc  
quid in illo casu dicitur iudex  
debet suscipere voces eorum?  
Istud dubium est graue: circa  
quam sunt contrarie opinio-  
nes / quod etiam monet beatus  
Thomas. ij. ij. q. lxxij. artic. ij.  
Unde vt plenius ⁊ clarius in-  
notescat veritas / conformiter  
ad eundem doctorem / tria fa-  
ciemus in presenti. Nam

Tertio soluentur rationes ad-  
uersariorum.

C P̄mo igitur beatus Tho-  
mas tuetur suam partem ⁊ opi-  
nionem multipliciter. Et limi-

liter post eum magister Tho-  
mas Laitranus / quondā gene-  
ralis ordinis predicatorū / nūc  
autē card. tituli sancti Sixti.  
Hic ergo et eorum sequaces dis-  
cunt / q̄ bonus iudex: tā ecclē-  
siasticus q̄ laicus / debet iudi-  
care s̄m allegata ⁊ probata: et  
p̄ferri si sit sup̄remus / nec pos-  
sit alteri committere iudiciū.

In primis em̄ dicit beatus Am-  
bro. super psal. Beati immacia-  
lati. Et recitatur. iij. q. vii. iudic-  
cat. q̄ bonus iudex nihil ex ar-  
bitrio suo facit: sed s̄m leges ⁊  
iura pronūciat. Hoc autem est  
iudicare secundum ea que in  
iudicio proponuntur. Igitur.

Item extra / de officio ordina-  
rij. c. si sacerdos. dicit q̄ iudex  
debet iudicare s̄m allegata et  
probata. Idem etiam dicitur  
ff. in antiquis. de officio p̄es-  
sidis. l. illicitas. Ratione etiam  
sic arguit beatus Thomas: Tu  
dicare ( inquit ) pertinet ad iudi-  
cem / secundum q̄ fingitur pu-  
blica potestate: et id debet in-  
formari in iudicando / non se-  
cundum q̄ ipse nouit tanq̄ pri-  
uata persona / sed s̄m q̄ sibi in-  
notescit tanq̄ persone publicę.  
Ubi ergo sibi innotescit tanq̄  
persone publicę per testes vel  
accusatores falsos ( quos non  
potest conuincere de falsitate:  
nec potest casū aliunde pro-  
uidere ) potest et debet ad con-  
demnationem innocentis pro-  
cedere. Nec in hoc habet cul-  
pam / sed falsi testes / siue accu-  
satores. Debet autem conscien-  
tiam quam habet vt priuata  
persona deponere / et in domo  
relinquere / et aliam cum ve-  
nit ad iudiciū sibi assumere:

ſcilicet hanc: Omnis mihi ac-  
cuſatus tanq̄ reus mortis ab  
accuſatoribus quos non poſ-  
ſum per viam iuris repellere/  
nec aliter providere: eſt a me  
cōdēnandus. Iſte innocēs eſt  
hufuſmodi. igitur.

¶ Secundo adducende ſunt  
rationes aduſtarioum: que  
quantiſ multre ſint / niſi omi-  
niū tantum tres adducemus.

¶ Prima igitur talis eſt: Si ſem-  
per liceat iudicare ſecundum  
allegata et probata: ſequitur /  
q̄ in caſu liceat iudicare inno-  
centem: etiam ſcitur inno-  
centem. Hoc autem eſt contra ius  
naturale: et ſimiliter cōtra ius  
diuinum. de quo dictum eſt in  
principio preſentis clauſule:

Non ſuſcipies vocem menda-  
ci. igitur. Inſup ſubditur po-  
ſtea in preſenti ca. Innocentē  
et iuſtū non occides. igitur.

Inſuper extra de regulis iuris  
ca. qui ſcandalizauerit. ſic di-  
citur: Ut ilius ſcandalum na-  
ſci permittitur / q̄ veritas deſe-  
ratur. Patet ergo / q̄ vitius  
eſt permittere vt ſcandalizen-  
tur actor et ciues et negata ſe-  
tentia a iudice contra verita-  
tem / q̄ veritatē deſerere. Se-  
cunda ratio talis eſt: Teſtes p̄  
quos contra veritatem inno-  
centis conuictus condemnan-  
dus eſt / veniūt in veſtimentis  
ouū / intrinſecus autem ſunt  
lupi rapaces rerū alienarū / vt  
vixit. Et ideo ſi iudex certus de  
innocentia alterius / iuxta eo-  
rū dicta iudicat / miniſter eſt  
homicidarum. Tertia ratio ta-  
lis eſt: Homo in iudicando de-  
bet cōformari diuino iudicio:  
q̄ dei iudicium eſt: vt dicitur

Deuter. j. Sed dei iudicium eſt  
ſecūdu veritatem: q̄ vt dicitur  
Eſaie. xj. de Chriſto / et ſimilit-  
er ponitur Rom. ſecūdo: Non  
ſecūdu viſionē oculoſū iudis  
cabit in eę ſecūdu auditū au-  
ritum arguet: ſed iudicabit in  
iuſtitia pauperes / et arguet in  
equitate pro manuſectis terre.  
Ergo iudex non debet ſcđm  
ea que coram ipſo probantur.  
ſerre ſententiam / cōtra ea que  
ipſe optime nouit. Sic enī ſa-  
ceret contra cōſcientiam. Lon-  
ghenam / quādo ſcilicet ſit con-  
tra eam. igitur et.

¶ Tertio / predictę rationes  
ſunt ſoluende. Ad primam igit-  
tur dicitur cōformiter ad La-  
ietanum / q̄ occidere per ſe in-  
nocentem: ſic q̄ per ſe intendi-  
tur occiſio innocētis / eſt de ſe  
malū et contra omne ius et eſſe-  
tatem. Sed occidere inno-  
cētē p̄ accidēs: dādo. ſ. operā rei  
licite neceſſarie: vt facit vr̄es  
publico officio: non eſt contra  
ius naturale aut diuinum / vel  
etiā ſcriptū. Et ad regulam iu-  
ris dicit predictus Latetanuſ  
q̄ iudex / in caſu iſto nullā deſe-  
rit veritatē quā amplecti de-  
beat: q̄ dat operam rei licite  
quantiſ per accidēs / in detri-  
mentū veritatis cōſiſtentis nō  
quidē in iure / ſed in facto ver-  
tatur actio ſua. Ad ſecūda ra-  
tionem dicitur / q̄ licet teſtes  
iniqui deponentes ſciēter con-  
tra innocētē / veniāt intrinſea-  
cus vt: lupi: iudex tamen nō  
eſt miniſter eoz: ſed iuris. Nec  
poſteſt oſtendere iuridice eos  
eſſe tales. Et ideo nō incurrit  
reatū / ſequēdo eos. Nec p̄ ipſi  
vni-

venit ſcđm alii: ſed p̄ falſos te-  
ſtes / qui abutiſtur iure teſtū.  
Ad tertā rationē dicitur / q̄  
iudex human⁹ nō ſemper tene-  
tur iudicare: ſicut iudicat de⁹:  
ſed ſicut vult de⁹ / q̄ homo iu-  
dicet. Statuit autē de⁹ vt ho-  
mo iudicet ſcđm veritatē pu-  
blicā: vt patet ex eo q̄ ſtatuit  
q̄ in ore duozū vel triū teſtū  
ſket omne verbū. Et cū dicitur  
in minorē / q̄ dei iudiciū / et ſi-  
militer Chriſti / eſt ſcđm veri-  
tatē. Hoc concedit gratis: ſed  
hoc ideo eſt / q̄ ipſe intruct oia  
nude et aperte: nec accipit ſciē-  
tiam a reb⁹. Similiter teſtib⁹  
non indiget. Sec⁹ autē de iudi-  
ce humano. Patet ergo / q̄ ho-  
mo iudex debet iudicare ſcđm  
allegata et pbata iuridice: q̄  
tunc ſiq̄ falſe deponāt teſtes /  
ſed nō poſteſt eos cōuictere de  
falſitate. Nec vt dicit dñs La-  
ietanuſ / teneſ remittere iudi-  
ciū ad ſuperiorem: p̄ ſc̄rim vbi  
pars aduerſa inſtāter petit ſen-  
tētiā / quā cōmode differre nō  
poſteſt. Patet etiam poſteſt cōtin-  
gere / q̄ ipſe iudex non habeat  
ſuperiorem / ſed ſit imperator: in  
quo caſu nō poſſit inuenire cui  
ſubdelegare poſſit. Nec etiam  
teneſ renunciare officio. Et ſi  
ſiat inſtātia de Pilato / qui p̄-  
ceſſit contra Chriſtū ſecūdu  
allegata et pbata. Falſum eſt /  
q̄ ſi bene diſcuſſiſſet accuſa-  
tiones Iudeozū: vr̄q̄ inueni-  
re potuiſſet q̄ teſtimonia eoz  
fuſſent falſa. Hoc autē non ſe-  
cit: q̄ ſiſ (vt dicit euāgeliste)  
ſc̄iret q̄ per inuidiā Chriſtum  
tradidiſſent. Principaliſ igit-  
cauſa ſentētie mortis in Chri-  
ſtū / fuit timor perdēdi officii

ſpecture in ipſo Pilato / aut ſi  
currēdi mortē. Quē quidē tri-  
morem mūdānum tūc habuit /  
quando Iudei dixerūt ei: Si  
hūc dimittis / non eſt amicus  
Cęſaris. Patet igit diſcuſe qd  
dicendū ad primū dubium.

¶ Secūdu dubiū: Quot mo-  
dis cōtingit mentiri mortalis-  
ter in iudicio? Reſponſio qua-  
tuor modis. Primo quidē con-  
ſentiendo / vt in aſſeſſore vel  
aduocato. Secdo loquendo / et  
hoc tripliciter. Primo quidē  
iniquā ſententiā ſcienter pro-  
ferēdo: vt in iudice. Secūdo  
accuſando: vt in actorē / ſc̄dō  
deſendendo: vt in reo / qui ſi  
ſcienter negat veritatem iuris  
dice interrogatus / mortaliter  
peccat: et dicitur iudicem cui  
interroganti ſecūdu formā iu-  
ris teneretur veraciter reſpōde-  
re. Forma autē iuris eſt: vt fiat  
interrogatio de re plene nota /  
aut ſeminota. De re autē omni-  
no occulta reſpōdere nō teneſ.  
Et in hoc multi etiā clerici et  
religioſi decipiunt: putantes  
q̄ niſi caſus de quo interrogā-  
tur per ſuperiorem / poſſit per  
multos pbari: nō teneat fatē-  
ri veritatē / ſed aut cā ſcienter  
negant / aut tacent.

¶ Tertiu dubiū: Utrū omne  
mendaciū ſit mortale peccatū:  
ita q̄ nullū ſit veniale tñ⁹? Cui-  
deſ q̄ ſi / q̄ omne tale prohibe-  
bet Eccl̄. vij. Noli velle men-  
tiri omne mendacium. igitur.  
Item omne mendaciū eſt con-  
tra preceptum decalogi / vbi  
dicitur: Nō falſum teſtimoniū  
dices cōtra primū tuū: ſupra  
xx. ca. Ad etiam hic prohibet.  
igit et. In oppoſitū eſt bea⁹  
Sg iij Auguſt.

August. sup. psal. 2 recitatur xxi. q. ij. p. iij. ubi describit aliqua mendacia mortalia et aliqua venialia. Dicendum q. non omne mendacium est mortale: sed aliquid sic et aliquid veniale. Illud autem est mortale quod est contra charitatem dei aut proximi. Et de tali mendacio loquitur psal. cum ait ad dominum: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. I. pernitiosum. Quia nullus perdit supple eternaliter nisi pro mortali peccato. Item Sap. i. Quis quod mentitur supple pernitiose occidit animam: videlicet in uocacione peccati: ut dicit iterum. Item Apoca. xxi. inter peccatores quibus debetur pena in stagno ardens igne et sulphure: quod est mors secunda: spectantur numerantur mendaces. Omnes iste igitur auctoritates et similes intelligende sunt de mendacio pernitioso: quod est contra charitatem dei aut proximi: et non de quolibet. Est igitur aliquod mendacium quod est veniale tantum: ut est mendacium officiosum aut iocosum: quorum neutrum est contra charitatem dei aut proximi: quous sit preter dictam charitatem.

¶ Quartum dubium: Quot modis contingit falsum testimonium de proximo dicere? Vide solutio nem huius dubij supra ca. xx. huius sub sexta clausula: dubio tertio.

¶ Quintum dubium mouet propter illud verbum: Pauperis non miseraberis in iudicio. Queritur ergo: cur additum est a domino in iudicio? Ad hoc dicit August. ut de proverbiis. xxii. Principes quod libenter audit verba mendaciorum: quia officiosos ministros habet in-

mur si contra iustitiam pauperum fauimus: causa misericordie. Deinde subdit: dicens: Bona est misericordia: sed non debet esse contra iudicium. Iudicium illud sane appellat scriptura quod iustum est. Non prohibet ergo dominus facere proximo misericordiam: quod ait: Si obtuleris boui inimici tui aut subjugali eius errantibus: reducens reddes ei: ut scilicet non te prohibita facere misericordiam. Nec ille. Solum ergo prohibet hic dominus misericordiam pauperi impendi: quia pauper est. ¶ Sextum dubium est de coherencia huius sententie cum illa Ecclesiastici iij. ubi dicitur: In iudicando esto pupillis misericors: ut pater. Dicendum quod hec duo aduersantur: nisi sane intelligantur. Nam sapienter dicitur sibi non vult aliud nisi ut pauperes et pupilli dulciter et charitatiue tractentur in iudicio: et diligenter atque fideliter expediantur cause eorum iuste. Ubi autem cause eorum sunt iniuste: non est illis miserandum in iudicio: ut hic dicitur: Non est ergo parcendum pauperi quia pauper est: dummodo inueniatur reus et culpabilis.

¶ Moraliter et primo iuxta illud primum verbum presentis clausule: Non suscipies vocem mendaciorum. Notandum quod istud specialiter tangit principes et placos: atque personas in officio publico constitutas. Tales enim summopere cauere debent ne facile prebeant aures voci mendaciorum: videlicet falsis relatoribus: iudicatoribus: et detractoribus. Quia dicitur: Ad hoc dicit August. ut de proverbiis. xxii. Principes quod libenter audit verba mendaciorum: quia officiosos ministros habet in-

pro: videlicet adulatores: detractores: et huiusmodi. Et de hoc habemus historiam de Saul: quod adulationibus et detractoribus Doech et aliorum similibus persequeretur David iustum. Et ut dicit de psal. conuenienter homo mouetur ne suscipiat vocem mendaciorum: quia mentiri non inest homini a natura: cum naturaliter voces sint signa conceptuum mentis: dicente philosopho. j. Perhibet. quod voces sunt note earum que sunt in anima passio-nu. Homo autem mentiendo assumit huiusmodi voces ad aliud significandum: quod habeat in corde. Parer ergo quod agit contra naturam. Propter quod oppositum est mentiri. Propter quod Ecclesiastici. xx. dicitur: Opprobrium neque in homine mendacium. Et dicitur signanter nequam. i. non equum: quia veritas verbi est ad equum eius ad mentem.

¶ Moraliter et secundo iuxta illud: Nec iunges manum tuam etc. Notandum quod ille dicitur manus suam ad manum alterius iungere: qui alteri prebet auxilium et fauorem ad male operandum: vel quise alij sociat ad malum. Quamuis enim coniunctio societatis designat: siue i bonum: siue in malum. Sed in parte capit in mala partem: et hanc coniunctionem tanquam pernitiosam: atque periculosam prohibet dominus: quod ut inquit psal. cum peruerso peruerteris. Et Ecclesiastici. xiiij. Qui committauerit superbi induet superbia. Et ibi datur exemplum de pice: quam qui tangit inquinatur ab ea. Et ut dicit Hieronymus tertia parte epistolarum suarum epistola. lxxxv. Nichil

magis nocet homini quam mala societas. Talis enim est iunctio hominum: qualem societate fructur. Nunquam cum agno lupus habitat. Vir certe castus luxuriosi societate fugit. Deum concludit: dicens: Plusquam impossibile puto hominibus diuinus posse permanere in bonis operibus: qui malorum assidue conuersatione vitur: dicitur psal. Lum sancto sanctus eris: et cum peruerso peruerteris. Nec tunc.

¶ Moraliter et tertio hic prohibet dominus ne faciamus aliquid malum promissionem: et que nata est vergere in deteriorem naturam. Propter quod oppositum dicitur adimpleri. Solent enim homines facientes promissiones: siue bonas: siue malas: iungere manum ad manum: quod licitum est: et tenendum in bonis promissionibus et licitis. Secus autem in malis. Propterea dicit Hieronymus: et ponitur vicesima secunda questio. iij. in malis. quod in malis promissionibus rescindenda est fides: et in turpi voto mutandum decretum. Quinimo peius est tenere illicitum promissionem quam peiora: ut dicitur ubi supra: capitulo vnusquisque. Et ibi datur exemplum de herode et salatrice. Adem etiam dicitur distinc. xiiij. duo. Non est ergo iungenda manus in faciendo malam promissionem.

¶ Moraliter et quarto et contra formiter ad dominum Petrum de psal. iuxta illud: Non queris turbam etc. Notandum quod per turbam que a turbado dicitur: quod facilliter turbatur: et diffacilliter placatur: potest intelligi

humana conſcientia | que frequenter turbat per remorſum. Aliquando etiam coringit eā turbati per errorem: et tunc non eſt ſequenda: vt notum eſt. Nec etiam agendum eſt tunc contra eam: quia edificat ad gehēnam: ſed deponenda eſt: et loco illius lumēda bona et recta conſcientia: que ſequenda eſt. **L**o-  
muniter eſt dicitur: q̄ non cō-  
tingit meli⁹ piſcari: q̄ in aqua  
turbida: quia tunc piſces non  
vident retē: propter quod fa-  
cilius capiunt. Sic nunq̄ dia-  
bolus melius et facilius piſca-  
tur animas: q̄ in aqua  
eſt turbata per errorem iudicij.  
Tunc enim nō recte videt ho-  
mo que agenda ſunt: aut fa-  
gienda: et ideo recedendū eſt  
ab ea. In cuius figurā legitur  
Mar. vij. q̄ cum dominus vos  
luisset ſanare hominē cecum et  
mutum: apprehendit eum de  
turba ſeorum: et miſit digitos  
ſuos in auriculas eius etc. Ap-  
plicatio eſt facilis.

**M**oraliter et quinto | iuxta  
idem verbū: Notandū q̄ mul-  
ti pro deſenſe ſui peccati al-  
legant multitudinem taliter o-  
perantium: eū tamen hic dicat  
dñs: Non ſequeris turbam: ad  
faciendū malū. Sup quo glo.  
interli. Non te defendas: q̄ cū  
multis peccas: vel ideo nō eſſe  
peccatū dicas. Non enim minus  
ardebunt: qui cum multis ar-  
debunt: vt dicit Auguſtinus  
Homel. v. Nō ergo querāt pec-  
catores ſibi comites ad ſuppli-  
cium: nec gaudeant quia plu-  
res inuenerint. Deinde ſubdit  
predictum verbū: dicens: Nō  
enim propterea minus arde-

bunt: quia cum multis arde-  
bunt. Non enim hoc eſt ſani-  
tatis certum conſilium: ſed ma-  
lvolentie malum ſolarium. **P**ec-  
cator ille. De hoc etiam loquens **E**c-  
cl. xxi. ait: Stupa collecta ſy-  
nagoga peccantium: et cōſum-  
matio illorum flamma ignis.  
Sicut ergo vbi plus eſt de ſua-  
piſ: tibi fit maior flāma ignis:  
ita et vbi erunt plures damnas-  
ti: tibi erit maior cruciatus.

**M**oraliter et ſexto | iuxta ſe-  
cundū verbū: Nec plurimorum  
aquietes ſententia: vt a vero  
deſeſ. Notandum q̄ iſtud eſt  
contra aliquos puſillanimes:  
qui querentes pacem ſuam: ſu-  
uis in reliquo habeant bonam  
doctrinam: et ſalubre conſilium:  
non deſit etiam illis interdum  
auctoritas: negligunt tamen  
ſe opponere murum pro domo  
domini: ſiue i materia electio-  
nis de futuro paſtore: ſiue con-  
ſilij dandi in materia ardua:  
ſiue alias. Sed inuituntur de  
facili maiori parti: quauis nō  
ſantiori. Quauis iura faueant  
ſantiori parti: et preſertim vbi  
fit comparatio meriti ad me-  
ritum. Quauis dicatur extra  
de electio. c. dudum. q̄ in ele-  
ctione preualeat numerus di-  
gnitari eligētium. Hoc tamen  
ſecundum glo. fallit in duobus  
caſibus. Primus eſt: quando  
vterq̄ numerus eſt par. Secū-  
dus eſt: quādo vnus numerus  
modicum excedit alium. Nul-  
lus ergo in materia electionis  
de futuro paſtore: ſiue in ma-  
teria conſilij: debet ſequi ma-  
iorem partem: ſed ſantiorē. Et  
quauis non preualeat talis  
pars: ipſe tamen faciēdo quod  
debet

debet animam ſuam liberat: etiam quauis eſſet ſolus de parte ſua. Unde noſtris tem-  
poribus accidit vt in eccleſia  
Remenſi: cum celebraretur e-  
leccio de futuro archiepiſco-  
po: quidam canonicus elegit  
quendam honeſtum doctorem  
Pariſienſem: cui cognomen-  
tum erat Stādon: virum toti⁹  
ſanctitatis: et nullum benefi-  
cium habens aut cupiens: quā-  
uis non preualeat: obſtanti-  
bus armatis preceſſit. Qui ta-  
men tunc electus fuit a pluri-  
bus: citato de medio ſublatus eſt:  
cuius cauſam remitto dei iudi-  
cio. Et quāuis Ariſtoteles di-  
cat: q̄ loquendum eſt vt plu-  
res: ſubdit tamen q̄ ſentiendū  
eſt vt pauci. Quauis ergo ſa-  
ciores reſpectu turbe: ſunt ta-  
men ſantioris conſilij: et ideo  
ſequendi. Sic ergo cum aliqd  
petitur in conſilij: et videtur  
tibi ſecundum deum et con-  
ſcientiam oppoſitum eius qd  
ab alijs ſentitur: quantumcū-  
que ſint tui amici: non debes  
illis acquieſcere: quia ſecun-  
dum Tullium cōtrarietas o-  
pinionum non ſoluit veram a-  
miticitiam. Unde Proverbiorū  
xxviii. dicitur: Qui cognoscit  
in iudicio faciem: ſcilicet ami-  
ci: nō bene facit. Iſte pro buc-  
cella panis deſerit veritatem.  
Item Ariſtoteles. j. Ethicorū  
ait: Duobus criſtibus ami-  
cis: ſanctum eſt prehonorare  
veritatem. Itē legitur de Boe-  
tio: q̄ cum reſideret in aula  
imperatoris: contra omnes a-  
lios ſuſtinebat iuſtitiam. Et p-  
hac re habuit multa pati. Un-  
de et finaliter in exitum miſſus  
eſt.

**A**llegorice et primo: Notan-  
dum iuxta illud primum ver-  
bum: Non ſuſcipies vocem mē-  
daci. q̄ contrarium hui⁹ egit  
Pilatus. Nam cū audiſſet Iu-  
deos accuſantes Chriſtum de  
tribus: dicētes: Hunc inueni-  
mus ſubuertentem gentem no-  
ſtram: prohibentem tributum  
dari Ceſari: et dicentem ſe re-  
gem Chriſtum eſſe: omiſſa  
duobus primis accuſationib⁹:  
quia de prima non curauit: q̄  
ſentilis erat: nec ſimiliter de  
ſecunda: eo q̄ audiſſet ipſum  
Chriſtum dixiſſe Iudeis: Red-  
dite que ſunt Ceſaris Ceſari:  
et que ſunt dei deo. Mat. xxiii.  
tantum interrogat Chriſtū  
de tertia accuſatione: dicens:  
Unde es tu? Tanquam dice-  
ret: Eſt verū q̄ dicas te Chri-  
ſtum regem eſſe: finaliter eū  
audiſſet Iudeos dicentes:  
Omnia qui ſe regem faciunt: cō-  
tradicit Ceſari: magis timuit:  
ſupple q̄ prius. Vel magis ti-  
muit homines q̄ deum: et ma-  
gis perdere officium prepoſi-  
ture: vel vitam corporalem: q̄  
vitam eternam. Unde propter  
hanc ſolam cauſam tulit in  
Chriſtum mortis ſententiam.  
Ecce igitur quomodo ipſe Pi-  
latus ſuſcepit vocem mēdaci:  
contra Chriſtum: quia ſalu-  
tarius erat et mēdoſum: q̄ ipſe Chri-  
ſtus dixiſſet: aliquando ſe re-  
gem terrenum: ſupple iſſe. Nō  
tamen negauerat ſe regem celi  
eſſe. Sed tale regnum nullum  
preiudicium afferebat impera-  
tori Romano: qui ſolum dōmi-  
nabatur in terris. Et hoc eſt  
quod

quod ait ipſe Chriſtus Pilato quærenti an verum eſſet q̄ rex eſſet: vt Judei dicebant? Rex (inquit) ſum ego: ſed regnum meum non eſt de hoc mundo: ſi regnum meum eſſet de hoc mundo: miniſtri mei vtrique decertarent: vt non traderet Iudeis

¶ Allegorice ⁊ ſecundo iuxta idem verbum: Notandū q̄ per vocem mendaci non ſuſcipiēdā i poteſt recte intelligi vox hereticū vel Judei: quia quilibet eorum eſt mendax. Hereticus quidem i ſentendo oppoſitū catholicæ veritatis. Iudeus autem i dicendo nouum teſtamentum falſum ⁊ Chriſtū non veniſſe. Sed talibus mendacijs non eſt adhibenda fides: quia vt ait Athanaſius: Pec eſt fides catholica: quam ſupple tenet eccleſia Chriſtiana: quam niſi quiſq̄ integram inuolucramq̄ ſeruauerit: abſque dubio in eternum peribit. Et Apoſto. Gala. i. Si quis vobis euangelizauerit præter id qd̄ accepit: anathema ſit.

¶ Allegorice ⁊ tertio iuxta illud verbum: Non iunges manum tuam ⁊c. Notandum i q̄ per hæc verba non ſolum prohibetur nobis i ne iungamus manum: vt p̄d̄ impio dicamus falſum teſtimoniū: verumeriā ne faciamus falſas amicitiaſ ⁊ que cedant in detrimentum alterius. Contra quod fecerūt Herodes et Pilatus: qui facti ſunt amici: vt fortius nocerent Chriſto.

¶ Allegorice ⁊ quarto poſſum⁹ hæc eadē verba referre ad hereticos: quibus illi iungūt ma-

nus i qui eis fauent verbo vel facto. Vel licet non faueant eorum dictis: fauent tamē eorum perſonis. Et de quolibet tali merito poteſt dici illud. i. Paralipomenon. xix. Impio præbes auxilium i ⁊ his qui oſderunt dominum amicitia iungis: idcirco irā domini merebaris. Hoc autem eſt ferme commune malum in materia heretiſ: q̄ heretici habent ſemper fautores. Qui quanto fuerint grauiorē ⁊ periculoſiorē: tanto habent maiorē fautores: ita vt de quolibet tali heretico poſſit veraciter dici illud Pſal. Montes in circuitu eius. Quia autem ſequitur: ⁊ dominus in circuitu populū ſuū: hoc nunc ⁊c. referatur ad populum fidelem.

¶ Allegorice et quinto iuxta illud: Non ſequeris turbam ad faciendū malum. Notandum i q̄ illud poteſt rationabiliter referri ad ſtatum primitiue eccleſie: quando quidem erant pauci fideles: ⁊ multi infideles et idololatri: qui etiam atrociffime ⁊ crudeliſſime perſequebatur fideles: ſicut ſpecialiter patuit de apoſtoliſ. Beatus ergo erat: qui tunc non ſequebatur turbam ad perſequendū Chriſti fideles. Et talis fuit Ni chodemus: qui venerat ad Jeſum nocte. Joan. iij. Item Samael: vt patuit in cōſilio inito contra apoſtoliſ poſt Chriſti paſſionem. Actuum. v. Laſus etiam fuit Joſeph decurio: de quo dicit Luce. xxiij. q̄ nō conſenſerat cōſilio ⁊ actibus Iudeoꝝ contra Chriſtū. Si miſiter in fine ſeculū: quando erit

erit tanta tribulatio: vt ſi fieri poſſit moueatur ⁊ electi: vt dicitur Mat. xxij. Ille valde ſeligis erit: qui non ſequetur Antichriſtum ad faciendū malū. Sic enim poſt ſe omnem hominem trahet: ⁊ ante ſe innumerabiles: vt dicitur Job. xxi. Talis etiam non ſequens turbam ad faciendū malum: fuit ille ſanctus Theobias: de quo legitur eiusdem. i. ca. q̄ cum ceſſerit adorare idola ipſe ſolus fugiebat cōſortia eorum: et ibat ſolus adorare dñm i Hieruſalē.

¶ Allegorice ⁊ ſexto iuxta illud idē verbum: ⁊ ſequens notandum i q̄ Pilatus forum cōtrarium fecit: Ipſe enim ſequutus eſt turbam: vt faceret malum: quando ad inſtantiam et impoſunitatem turbarū tradidit voluntati carū Chriſtū. Nam cum inualeſcerent voces populi contra ipſum Chriſtū: ipſe Pilatus adiudicauit fieri petitionē eorum: vt dicit Luc. xxij.

¶ Allegorice ⁊ ſeptimo iuxta illud: Pauperis non miſereberis in iudicio. Notandū i q̄ iſtd̄ eſt contra iudices illoſ: q̄ parcunt hereticis ſimulantibus pauperatē. Et dicit de Pal. exemplum de illis qui vocant pauperes de Lugduno: q̄ condonant diuites a tempore beati Silueſtri: qui recepit nomine eccleſie diuitias a Conſtantino imperatore ſibi assignatas. Pec em̄ eſt nequiſſima paupertas: de qua poteſt intelligi illud Eccli. xiiij. Nequiſſima paupertas in ore impii. i. heretici: qui diuitias condemnant: de quibus implent opera pietatis: ⁊ que ſunt inſtrumenta virtutum.

¶ Anagorice i nullo loco me lius implent q̄ in p̄ſenti clauſula continent ſiḡ in celo. Ibi em̄ nō auditur vox mendaciſ: ſed veritatis. Nec eam iuſcipit ibi ille equiſſimus iudex Chriſtus: q̄ nec fallere iur falſi poteſt. Non eſt etiam qui ibi dicat falſum teſtimoniū: cū etiā ipſe ſupremus iudex teſtimonio noſtro non indigeat: quia omnia nuda ſunt ⁊ aperta oculis eius. Itē nullus poteſt ibi ſequi turbā ad faciendū malū: tum q̄ ibi nullū poteſt haberi exemplū peruerſe imitatioſ: tum quia nullū poteſt ibi haberi deſideriū male actionis. Pauperis deniq̄ nullus in celo miſerebitur: q̄ de facto nullus pauper ibi aderit: ſed oēs diuites erunt per abundantiam bonoꝝ glorie. Prouer. c. Benedicito dñi i ſupple illa: de qua Mat. xxv. Venite benedicti ⁊c. diuites facit. Merito ergo de ipſis beatis tandē dici poterit illud. i. Corin. i. In omnibus diuites facti eſtis i illo. i. p̄ illū: ſc̄z Jeſum Chriſtū. Itē Pſalm. Gloria ⁊ diuitie in domino eius: id eſt: in celo.

¶ Secunda clauſula. Occurreris boui inimici tui: aut aſſino erranti: reduc ad eū. Si videris aſinum odieris: relacere ſub onere non pertranſibis: ſed ſubiciuas bis cum eo.

¶ Hiſtorialiter poſtq̄ in præcedenti clauſula dedit dñs certitas regulas: quibus regulantur certe perſone: requirit ad humanum iudiciū: hęc cōſe-



quenter ponit idem deus et do-  
minus alias regulas: sicut leges  
regulantes homines erga ini-  
micos suos non reddendo illis  
malum pro suo inimicitia: sed  
magis quod bonum est: scilicet  
beneficium. Hinc. i. Petri. ij.  
dicitur: Non reddentes malum  
pro malo: scilicet in factis inu-  
rosis: neque maledictum pro ma-  
licio: sed in verbis contumelio-  
sis: sed e contrario benedicen-  
tes: scilicet: reddendo bonum pro  
malo. Unde Hier. xvij. Num-  
quid redditur pro bono malum?  
Hoc enim tantum perfectorum  
est: sic enim fecit Christus Ju-  
deis. Dominus igitur volens in-  
ducere quemlibet Judaeum ad  
vite perfectionem: ait: Si occur-  
reris boui inimici tui / aut as-  
ino erranti: reducere. Hec enim  
verba tam per se nota sunt: ut  
expositione obscurant: ut dicit  
glossa interli.  
¶ Circa hunc textum mouen-  
tur aliqua dubia.  
¶ Primum igitur dubium: verum  
idem beneficium debeamus a-  
mico: quale et inimico: scilicet  
reductionem bouis sui / aut asini  
errantis: Videtur quod non: quia  
nullum preceptum de hoc da-  
tur / sicut de animalium inimici.  
Dicendum quod sic: quod et vno se-  
quitur reliquum: maxime cum plu-  
ribus rationibus teneamur di-  
ligere et benefacere amico: et  
inimico. In dilectione igitur ini-  
mici: sufficienter precipitur no-  
bis dilectio amici: et similiter  
beneficium sibi exhibendum. Sed  
quia natura sufficienter monet  
nos ad benefaciendum amico  
et benefactori. (Unde et canis na-  
turaliter mouetur ad protegere  
dum magistrum suum. Sola asini  
gratia mouet hominem ad be-  
nefaciendum inimico) ideo so-  
lum fuit opus dare preceptum  
de auxilio prestando boui aut  
asino inimici: et non amici.  
¶ Secundum dubium: Quia intel-  
ligitur in presenti per bouem  
aut asinum inimici? Dicendum  
quod dominus hic pauca dicit: et  
multa intelligit atque comprehen-  
dit: scilicet: omne animal pertinens  
inimico: quod reducendum pre-  
cipitur: ne a feris deuoret. Jus-  
ta dei enim erant crudeles: et ideo  
lex idcirco eos ad pietatem: etiam  
circa animalia bruta domestica:  
ut per hoc ad maiorem pietatem  
circa homines inducerentur.  
¶ Tertium dubium: Cur hic po-  
nuntur presentes leges? Dicen-  
dum quod ponitur incidentaliter.  
Quia est ex litigijs et controuer-  
sijs: que solent oriri: ex humano  
iudicio: consequenter solent fre-  
quenter homines concipere odia  
et inimicitias inter se: ideo ne  
ex talibus odijs denegent sibi  
mutuo pietatis beneficia: ponit  
tur a domino predicta leges de  
boue et asino errantibus redu-  
cendis: et de animalium faciente sub-  
onere suo releuando: ita autem  
precipitur a domino: ut per tale  
beneficium exhibitum indu-  
cerentur Iudei ad mutuum ami-  
nitiam.  
¶ Quartum dubium: Quomodo possunt  
ista stare cum illo verbo Matt.  
v. Audistis quia dictum est anti-  
quis: Diliges amicum tuum: et  
odio habebis inimicum tuum: et  
reducere asinum / aut bouem er-  
rantem inimici ad eum: et est dili-  
gere inimicum: et illi opere et fa-  
cto benefacere. Dicendum quod  
quia

¶ Quis olim apud Iudeos com-  
mune prouerbium esset: quod dili-  
gendi essent amici: et odiendi  
inimici: non tamen hoc habeba-  
tur ex lege: sed ex falsa traditi-  
one hominum: qui reputabant  
licitum odire inimicum: et non  
amicum esse diligendum. Quia  
quidem humanam traditionem  
sanctam vanam et damnabilem: res-  
probauit Christus Matt. v. di-  
cens: Audistis quia dictum est an-  
tiquis: Diliges amicum tuum:  
et odio habebis inimicum tuum.  
Ego autem dico vobis: Dilige  
et inimicos vestros: et scilicet  
eodemo opere: ut tibi dictu-  
tur. Illa igitur glossa Aureliana.  
Et odio habebis inimicum tuum:  
addita fuerat ab aliquibus anti-  
quas male intelligentibus legem:  
quasi arguentes a contrario sen-  
sus: quod in Tullio: cuiusdem mo-  
dis est amicus benefacere: et ini-  
micis male. Sed decipiebatur  
tam illi quod Tullius: quia in ami-  
co et inimico: est natura commu-  
nis: que diligibilis est. Vel di-  
cendum: quod inimicus non est di-  
ligendus: in quantum inimicus  
et malus. Quia si diligeretur in-  
quantum inimicus: hoc peruer-  
sum esset: sicut si odiret amicum:  
quia amicus est. Unde expro-  
brando dixit Iob regi David  
ij. Reg. xix. Dilige odientes te:  
et odio habes diligentes te.  
¶ Quintum dubium: Utrum te-  
neamur benefacere inimico no-  
stro? Videtur quod non: quia hoc  
ad perfectionem vite pertinet:  
ut dicit glossa super illo verbo  
Matt. v. Benefacite his qui ode-  
runt vos. Igitur. Homo autem  
de communi lege non tenetur esse  
perfectus: quibus quilibet et si-  
gnanter religiosus teneatur te-  
nere ad perfectionem. Dicitur  
quod benefacere inimicis extra cas-  
um necessitatis: est perfectio-  
nis: et tamen cadens sub consilio. In  
articulo autem et casu necessita-  
tis non est perfectio: sed ne-  
cessitatis: et cadit sub precepto.  
Hoc autem intelligitur quan-  
do non habet ille qui est in ne-  
cessitate: qui tuum cum: in  
posito igitur / inimicus cuius  
bos vel asinus errans occurrit  
tibi: vel est alius qui potest esse  
reducere ad dominum suum: et  
paratus est hoc facere: et tunc  
non teneris. Vel non est alius  
et tunc teneris. Et idem dicen-  
dum est de asino iacente sub  
onere suo modo.  
¶ Sextum dubium: Utrum sint  
eadem opera consilij in nouo et  
veteri testamento? Idem dubium  
incidentaliter mouetur: propter  
solutionem ad precedens. Ad  
quod respondetur: quod non. In  
antiquo enim testamento virgi-  
nitas erat vituperabilis. Hinc  
Judic. ij. legitur: quod filia Iepre  
intelligens se immolanda a pa-  
tre: impetrauit ab eodem patre  
spatium duorum mensium: ut des-  
ficeret cum sodalibus suis suam  
virginitatem. Maledicebatur  
etiam in antiquo testamento: quod  
non relinquebat semen super terram.  
Et tamen hodie est opus  
magni consilij: iuxta virgini-  
tatem: dicente Apost. i. Cor. iij.  
De virginibus preceptum  
non habeo: consilium autem do-  
net. Itaque non legitur quod in veteri tes-  
tamento paupertatis status ca-  
deret sub consilio: qui tamen  
hodie cadit: dicente Christus  
Matt. xix. Si vis perfectus esse



se /vade et vende omnia que habes et da pauperibus etc. Multa igitur sunt consilia tempore Evangelij que olim non fuerunt consilia.

¶ **S**eptimum dubium: Quomodo ista possunt simul stare i veritate / quod olim mandauerit dominus bouem aut asinum inimici errantem / ad eum debere reduci: et similiter asinum lapsum sub onere debere releuari: et nihilominus in eundem bellum contra Chananeos ioccupantes terram promissionis quam dederat dominus filiis Israel possidendam: ut haberetur infra hoc capitulum: vbi etiam mandat ipse dominus quod dicti filij Israel destruant eos: nec tueantur eis fedus. Et idem repetit dominus Deuter. viij. vbi adiungit: Nec misereberis eorum / scilicet seipsum gentium / que ibi describuntur. Et post pauca: Deuotabis omnes populos quos dominus deus daturus est tibi. Non parceret eis oculus tuus / et cetera. Similiter legitur Iosue. vij. quod filij Israel de mandato domini percusserunt in ore gladij boues / et asinos / et iustitias. Dicitur in introitu illius. Hoc autem valde aduerfatur his que supra dicta sunt. Igitur. Pro solutione huius dubij: notandum quod inimici Judeorum erant in duplici differentia. Quidam enim de gente aliena. Quo ad primum: notandum quod inter Judeos poterant esse odia et inimicitie: sicut nunc inter multos Christianos. Et de talibus inimicis specialiter intelligit quod hic dicitur / scilicet de reductione

animalis errantis. Unde esse poterat dominus dicere id quod hodie clamat per Apost. Roma. xij. dicentem: Si esurierit inimicus tuus: ciba illi. Si sitit: potu da illi. Hoc enim facies carbonem ignis: cogeres super caput eius: id est: prouocabis eum ad mutuam charitatem. De alijs autem inimicis Judeorum qui erant de gente aliena: id est: de numero et secta gentium / isti erant: similiter in duplici differentia. Quidam enim passiue se habuerunt quando filij Israel applicuerunt in terram illam promissionis. Alij autem illis resisterunt quantum poterant: loquendo igitur de primis: potest intelligi quod hic dicitur. Erant enim inimici Judeorum: quantum ad fidem / et ritum / sed non quantum ad mutuan conversationem. Unde quando filij Israel veniebant ad aliquam ciuitatem Chananeorum / primum offerebant eis pacem. Et si eam recipiebant / mittebant eos inter se viuere: nec eos occidebant: sicut patuit de Baalonitis: Iosue. ix. Un de hoc loquitur dominus Deuteronomio. xij. dicens: Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem: offeres ei primum partem: et si cepert / et aperuerit tibi portas / cunctus populus qui in ea est / saluabitur: et seruiet tibi sub tributo. Qui autem fedus inire noluerit / et cepert contra te bellum / oppugnabis eam. Cumque tradiderit dominus deus tuus illam in manus tuas: percutes omne quod generis masculini est in ea in ore gladij: ad sex mulieribus et in

fani

fantibus inuatis / et ceteris que in ciuitate sunt. Omnem preterea exercitum diuides: et comedes de spolijs hostium tuorum / que dominus deus tuus dedit tibi. Sic facies cunctis ciuitatibus / que a te procul valde sunt. Et non sunt de his vrbibus / que in possessionem accepturus es. De his autem ciuitatibus que dabuntur tibi / nullum omnino permittes viuere: sed interficies i ore gladij / Ethel videlicet / et Amorreum etc. hec vbi. s. Et sic patet ad questum. ¶ **Q**uartum dubium: Quid persequendum est in inimico: Istud dubium incidentaliter mouetur propter ea que dicta sunt in solutione ad precedens dubium. Ad quod respondetur / quod id quod licite et meritoze oditur in primo: est eius peccatum. Unde psalmi. Iniquos (inquit) odio habet: legem tuam dilexi: id est: in hoc contra legem tuam non egi. Quinimo deus quis diligat omnia que sunt: et nihil odiat eorum que fecit: ut habetur Sapient. xj. nihilominus oditio habet peccatores: scilicet in hoc quod peccatores: ut dicitur Eccli. xij. Nam in hoc quod dicitur homo peccator / duo dico. Primum: quia homo est: et hoc est quod deus diligit: tanquam opus suum. Secundum: quia peccator: et hoc odit deus: et perfectus tanquam alienus ab eo. Et hoc est quod punit de se deus in dominat. Qui autem puniat tibi hominem: est de peccatibus: quia scilicet inuenit in eo peccatum / quod odit deus. Ecce igitur quid principaliter odit: est in homine peccator: et

persequendum. Secundo: persequendum est in homine peccatore corpus pro salute anime. Tertio: persequenda sunt in eorum res exteriores: propter eadem causam: sed semper diligenda est anima: ut prope ad imaginem dei facta / Christi sanguine redempta / et capax celestis hereditatis.

¶ **M**oraliter et primo: notandum quod sex sunt differentie retributionum humanarum / quas tangit Augustinus super illud psalmi. misse: Pro eo ut me diligeret / detrahebant mihi. Et idem rescribitur. xliij. q. iij. sex differentie. Sed de his omnibus tantum tangemus tres. Prima igitur differentia est eorum qui reddunt mala pro bonis: et isti sunt pessimi. Secunda est eorum qui reddunt bona pro bonis. Et talis retributio est eorum qui reddunt bona pro malis: et hec est retributio perfectorum. Sic enim egit Christus: quando pendens in cruce orauit patrem pro suis crucifixoribus. Similiter et Stephanus pro suis lapidatoribus. Actuum. vij. Ad quam retributionem hortatus est dominus olim Judeos: et nos hodie in ipsius dicens: Si occurreris boui inimici tui etc.

¶ **M**oraliter et secundo: et contra forniciter ad fratrem Petrum Berchoriens. Bos vel asinus / significat peccatorem: qui sepe quandoque errat: quandoque pergit: non autem peccat: quandoque errat: quandoque pergit: quandoque peccat. Si que ergo tale boue vel asinum: id est: si que diaboli seruum /

num vel peccatozem errātem  
vel in vitijs profundatum vide  
rimus: ipsum pro certo expedi  
te subleuare: et a vitijs liberare  
debemus: qz scilicet exemplis  
monitionibus et inductionibus  
ipsum debemus de fouca vitio  
rū erucere: et adiuuare monitis  
et inductionibus: et qd viā veri  
tatis reducere.

**M**oraliter et tertio: Ista ver  
ba possunt dirigi ad quēlibet  
pastorem animarum vel predi  
catozem veritatis. Per bouem  
autem errantē intelligitur ma  
gnus peccō. Magnus iniqua  
sim seculi fastū. Similiter per  
asinum errantē intelligit im  
becillia peccatorū vel qui ex fra  
gilitate peccat. Per asinū autē  
facentē sub onere intelligitur  
ille quem peccata deprimunt  
Moraliter et sexto: perfructus Iudeos qui olim relinquebant certis temporibus agros suos: hortos et vites: vna cum arboribus: colendos per pauperes ad eorum sustentationem: aperte monstratur quod tunc temporis homines erant magis pijs ad pauperes: quam nunc: cum tamen militem sub perfectione lege illi: sicut lux perfectior est tenebris: et veritas figura: atque euangelium prophetia. Unde Apoc. i. Ioh. xii. de lege gratie loquens dicebat: Adhuc vis excellentiorem vobis demonstrabo. Tenent ergo Christiani plus abundare in operibus pietatis: quam Iudei: iuxta illud Christi verbum Mat. vi. Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum et phariseorum: non intrabitis in regnum celorum.

Allegorice et primo: sex annis: sex sunt etates mundi: quibus congregande sunt fruges

bonorum operum. Septimus autem annus designat statum qui sequitur mortem: et precedit resurrectionem generale: tanquam inter hec duo medians. In tali igitur anno septimo requiescit terra humani corporis / expectans resurrectionis diem. Hinc dicitur Apocaly. xiiij. A modo iam dicit spiritus: vt requiescant a laboribus suis: scilicet mortui illi qui in domino mortui sunt: id est in fide domini. Unde legitur de sancto Germano episcopo Atrifiodoren. qd cum semel in seculum quoddam corpus in sepulchro: quod fuerat aliquando corpus cuiusdam sancti episcopi amici sui: sic ipsum allocutus est: Quid hic facis frater charissime? Luit ait: hic expecto pace futuram resurrectionem. Sed qd est qd sequitur: vt comedant pauperes populi tui etc. nisi qd illi pauperes: de quibus dicit Christus Matthei. v. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum etc. in futura predicta resurrectione edent et saturabuntur: et laudabunt dominum qui requirit eum etc. Tunc etiam saturabuntur bestie agri: id est illi qui propter dei vitam solitariam dixerunt: aut qui propter eum peregre profecti sunt peregrinationis causa.

¶ Allegorice et secundo hic per pulchre prefiguratur duplex vita: actiua. s. et contemplatiua. Sed prima actiua: per laboris sex annorum. Deinde contemplatiua: per requiem terre anno septimo: qd reuera vita actiua debet precedere contemplatiua: qd via generatiōis vide-

mus: qd imperfecti precedit perfecti: et dispositio habitū. Cui Grego. super Ezech. homil. iij. Actius inquit vita prior est tempore qd contemplatiua: qd ex bono opere tendit ad contemplationē. Has duas vitas due ille mulieres designat: Martha scilicet et Maria. Martha enim satagebat circa frequens ministeriū. Maria autē sedebat ad domini pedes: audies vba illius. Una ergo intenta erit operari: altera cōtemplationi. Et quāuis actiua bona sit: melior est tamen cōtemplatiua: qd actiua cū ista mortali vita deficit: cōtemplatiua vero immortalē vita plentius crescit. Cui Luce x. dicit: Maria optima partem elegit: que nō auferetur ab ea. Pccille. In presenti ergo per opera vite actiue congregantur fruges bonorum: meritorum: pro quibus anima in celo eter naltiter pascitur.

¶ Allegorice et tertio: pauperes (qui tempore legis sustentabantur) ex his que derelicta erant in agro: vite et horzo a diuitibus: designant pauperes animas existentes in purgatorio: que releuantur ex bonis operibus viuorum: scilicet elemosinis: et ieiunijs: orationibus: et oblationibus sacerdotum: vt dicit Grego. et ponitur. xiiij. q. ij. anime defunctorum. Propter ea nos horzatur scriptura Nestor. viij. dicens: Mitte parvas his qui non parauerunt sibi. In cuius etiam figura legitur Danielis. xiiij. qd Abachuc medio angeli tulit prandium: qd parauerat messoribus suis: ad Danielē existentē in fossa leonum.

leonū. Applicatio est facilis. ¶ Allegorice et quarto: per diuites (qui colligebant pinguiorē fruges: relinquentes reliquias anni serui pauperibus populi sui: et iterum reliquie pauperum relinquebantur bestis agri) intelliguntur viri docti et literari qui pascuntur ex mediis sacre scripture. Post quos reficiuntur medio recte docti: qui bene per pauperes designantur: quia non habent illam eminentem literaturam quam priores habent. Quod autem bestie agri sustentabuntur ex his que relinquuntur a pauperibus: designat quod diuis populis debet pasci et erudiri de necessarijs ad salutem a suo curato: alias illi imminet periculum eterne damnationis. Unde in creatione cuiuslibet curati videtur virtualiter dicere collator beneficii: illud. iij. Reg. xx. Custodi virum istum: scilicet parochianum tuum: qui si lapsus fuerit: supple in errorem aut culpam: per tuam negligentiam: erit anima tua pro anima illius.

¶ Anagogice: predicti diuites: sunt sancti dei angeli: qui habent triplices diuitias: scilicet nature: gratie: et glorie. Primum: bone: secunde: meliores: tertie: optime. Prime: magne: secunde: maiores: tertie: maxime. Prime: communes bonis et malis: dempra vulneratione naturalium quo ad malos. Secunde: autē et terrie: speciales tñ bonis. Pauperes autē: homines designant: qui habent nascendū formam pauperem: vt bene ostenditur Eccles. ix. In pau-

pere loco nutriuntur: quia in presenti cum viuunt. Item pauperes moriuntur: quia nihil deserunt de omni substantia sua. Unde Apolto. j. Timo. vi. Nihil intulimus in hunc mundum: hanc dubium quia nec auferre quid possumus. Quia est ergo qd diuites de populo Iudeorum alij pauperibus: fratribus suis relinquebant certis temporibus segetes suas colligendas: et alias terre nascendū: nisi qd illi beati angeli: qui sunt fratres nostri: quia ab eodem patre pro ducti: simili gratia educati: et ad eandem hereditatem celestem vocati: nobis hominibus relinquitur parrem fiderearum mansionum. Non enim eas totaliter occupat: sed optat nos esse participes cum eis dictorum bonorum celestium: et illarum mansionum: de quibus Ieronij. ait Christus: In domo patris mei mansiones multe sunt. Et quid est quod postea sequitur in textu: Sex diebus operaberis: septima die cessabis: etc. nisi qd in presenti laborandum est: vacādo bonis operibus: et in futuro quietandum: et in futuro quiescendum: per eternam requiem. Unde Apocalypsis sic dicimus: quare me: bone: secunde: meliores: tertie: optime. Prime: magne: secunde: maiores: tertie: maxime. Prime: communes bonis et malis: dempra vulneratione naturalium quo ad malos. Secunde: autē et terrie: speciales tñ bonis. Pauperes autē: homines designant: qui habent nascendū formam pauperem: vt bene ostenditur Eccles. ix. In pau-

## Quinta clausula.



**T**ribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitur. Solennitatem quoque azimorum cum quodam azimorum diebus comedatis azima: sicut precepit tibi tempore mensis nouorum quando egressus es de Egypto. Non apparebis in conspectu meo vacuus. Et solennitatem mensis primitiuorum operis tui: quecunque seminaueris in agro. Solennitatem quoque in exitu anni quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculi tui coram domino deo tuo. Non immolabis super fermento sanguinem victimae tuae: nec remanebit ad seps solennitatis mee usque mane. Primitias frugum terre tue deferes in domum domini dei tui.

**H**istorialiter postquam in precedenti clausula dominus per legistatorem suum Moysen instituit agricolis et viticolis de populo Hebraeorum ostendens illis qualiter se deberent habere circa cultum terre: hic consequenter agit de cultu diuino: ostendens qualiter se deberent habere circa huiusmodi cultum: et hoc dupliciter: scilicet circa tempus: et circa modum: primum in principio clausulae: secundum ibi solennitatem quoque azimorum etc.

**P**rimo igitur tangitur tempus cultus diuini: cum dicitur a domino populo Hebraeorum per Moysen: Tribus vicibus per singulos annos mihi festa

celebrabitur. Et est hic questio de festis magis notabilibus que fiebant per singulos annos praeter sabbata. Et ut tangitur in glo. interlinari huiusmodi festa erant haec: pascha: pentecoste: scenophegia. Primum celebrabatur in Aprilis: secundum in Junio: tertium in Septembri. Primum colebatur decimaquarta die lunari mensis Aprilis. Secundum: quinquagesimo die post pascha. Tertium autem: decima quinta die Septembris. De his tribus festis habes Leuit. vii. celsimotertio. Et Numeri. xxviii. z. xxix. Item Deuteronomij. xvi. Secundo tangitur modus quo celebrari debebant praedictae tres solennitates: cum subditur: Solennitatem quoque azimorum custodites. Istud est festum pasche: in quo Iudei utebantur panibus azimis: et similiter per octauas illius: ut dicitur in Iud. iij. cap. sicut precepit tibi tempore mensis nouorum. Quis autem sit iste mensis nouorum: statim dicitur: videlicet sub primo dubio. Non apparebis in conspectu meo: id est in loco sacrificij: vacuus. i. sine oblatione vel sacrificio. Sequitur: Et solennitatem mensis primitiuorum. Similiter que sic haec solennitas postea dicitur. Item de solennitate in exitu anni: id est: que fiebat immediate post exitum anni. Sequitur: Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo: scilicet in paschate: pentecoste: et in festo tabernaculorum. i. dedicationis. Quod autem sequitur: Non immolabis super fermento

fermento victimae tuae: sic optime exponit de Lya. Hoc (inquit) intelligitur de victima agni paschalis: que non debebat immolari domino donec fermentum fuisset totaliter amotum de domibus Iudeorum: ut ipse dominus iusserat supra iij. cap. Et hoc est quod dicitur hic: Non immolabis super fermento: id est: fermento existente in domo tua. Non remanebit ad seps solennitatis mee usque mane: id est: diei sequentis. Poterat tamen cremari super altare tota nocte: ut dicit idem de Lya. Primitias frugum terre tue deferes in domum domini dei tui: scilicet ad expensas tuas. Iste autem primitiae: erant primitiarum sive primitiuorum: fructus agrorum aut arborum: sive etiam vinearum: qui debebant domino offerri: ad sustentandum seruos illius: sicut et decime: ut dicitur Malachie tertio: Inferte omnem decimam in horreum meum: et sit cibus in domo mea.

**C**irca autem hanc clausulam textus mouentur aliqua dubia.

**P**rimum igitur dubium: Quid intelligitur per mensem nouorum: de quo in textu? Dicendum: quod mensis nouorum: secundum glo. interlinia. erat mensis Aprilis: qui sic dicebatur: quia tunc secundum Iosephum colligebantur spicae a Iudeis: quas igne cremantes sine torrentes: atque manibus confricantes offerebant primitias domino: de quibus pasrum imponebant sacrificio: reliquum: erat sacerdotis. Quo

facto: cuique licebat merere. Hec ibi. Dicitur ergo mensis Aprilis dicebatur nouorum: quia tunc noui manipuli spicarum offerebantur domino. In isto autem mense nouorum celebrabatur pascha: decima quinta die illius. In crastino autem eiusdem diei fiebat oblatio de nouis fructibus: qui scilicet maturecebant ante alios: ut si homo intrans campum: vel hortum suum: videret ibi aliquas spicas: vel ficum in scilicet appropinquantes ad maturationem ante alias: debebat illas colligere: et in terram apportare in solennitate paschali: que durabat septem diebus.

**S**ecundum dubium: quid intelligitur per mensem primitiuorum: de quo loquitur textus? Dicendum: quod per illum intelligitur mensis Junij: in quo colebatur festum pentecostes in memoriam donationis legis. Et dicebatur solennitas mensis primitiuorum: quia in illa offerebant Iudei dominis pasras de nouis frugibus: sicut in solennitate paschali offerebant primitias in spicis: ut dictum est. Spice tamen illae torrebantur: et excutiebantur grana: et sic fiebat sacrificium: ut dicitur Leuitici vicesimotertio. Istud etiam est de mente domini: Hugo. Cardinalis.

**T**ertium dubium: Quid intelligitur per solennitatem celebrandam in exitu anni: de qua in textu? Dicendum: quod per huiusmodi festum intelligitur festum tabernaculorum: si uij. quod

quod celebrabatur mense ſe-  
primo ſcilicet Septembri: eo  
q̄ dominus habitare fecit ſi-  
lios Iſrael in tabernaculis in  
deſerto: et conſequenter de lo-  
co illo deduxit illos in terram  
delitioſam. Et ideo in dicto  
feſto debebant habere Iudei  
ramos vitides: et fructus ar-  
borum pulcherrimos: et plene  
maturus. Vocabatur autem  
hoc feſtum ſolemnitas poſt eri-  
tum anni: eo q̄ fiebat imme-  
diare poſt exitum anni: quia  
Septembris eſt primus men-  
ſis ſimpliciter in anno: ſecun-  
dum Iudeos: vt dicit de Ly-  
ra: licet Martius ſit pri-  
mus: quātum ad feſta. Domi-  
nus autem Cardinal. ſuper il-  
lo verbo in exitu anni. dicit  
ſic: Non quia September vi-  
timus eſt in collectione fru-  
ctuum. Dicit etiam: q̄ dictus  
menſis eſt fere totus ſerialis  
apud Iudeos. Nam primo die  
eſt feſtum tubarum. Decima  
die feſtum propitiacionis: ex-  
piacionis: afflictionis. Decima  
quinta die feſtum ſcenophe-  
gie: quod durabat ſeptem die-  
bus: de quo Leuitici viceſi-  
moterzio: Item Numeri viceſi-  
midoctauo: et Deuteronomij  
decimoſexto.

Quartum dubium moue-  
tur propter illud verbū: Ter-  
tio in anno apparebit omne mā-  
ſculinum tuum &c. Queritur  
ergo vtrum in hoc precepto  
caderet diſpenſatio: Dicunt  
communiter doctores: poſſe: et  
ſignanter quantum ad feſtum  
pentecoteſtes et ſcenophegie: et  
hoc quo ad illos qui erant re-

moti a Hieruſalem. Secus autem  
rem de feſto paſche. Propter  
quod Pilatus ſcripſit titulum  
paſſionis Chriſti Hebraice: et  
Grece et Latine: vt omnes  
Iudei diſperſi per vniuerſam  
terrām: et qui conuenerant ad  
diem feſtum: item qui pertri-  
erāt in lingua nationis in qua  
motabantur: ſiue in Græcia  
ſiue in lingua Latina: poſſent  
huiusmodi titulum legere.

Quintum dubium: Quid in-  
telligitur per adipei de qua  
dicitur in textu: Nec remane-  
bit adeps: Dicit dominus Iu-  
go: adeps eſt pinguedo in-  
terior: circa teſtina: inter car-  
nem et oſſa. Aruina autem  
eſt pinguedo que eſt inter car-  
nem et cutem: que in porco dicitur  
lardus. Ex quo patet: q̄  
adeps et aruina differunt.

Sextum dubium: Vtrū mo-  
derni agricolæ teneantur de-  
ferre decimas in horreum cu-  
rati: ſiue illius cui debentur:  
Videtur q̄ ſic: ex preſenti re-  
gū in quo dicitur: primitias  
frugum terre tue deferes i do-  
mū domini dei tui. Item Ma-  
lach. tertio dominus ait: In-  
ſerte decimas omnium rerum in  
horreum meum. Item agrico-  
le magis obligantur deo et ec-  
cleſie: q̄ dominis temporalibus.  
Sed communiter te-  
nentur dicte decimas reman-  
entibus ratione poſſeſſionū  
ſuarū: vsq̄ in domum eorum.  
Igitur a fortiiori i propoſito.  
Dicendum in primitiis: q̄ primi-  
tie et decime multū differūt:  
vt ſatis patet. Et quantum po-  
teſtulus Chriſtianus hodie re-

neatur ſoluere decimas: non  
tamen primitias ſub nomine  
primitiarum. Secūdo dicitur:  
q̄ in ſolutione decimarū reman-  
eſt quid morale: ſcilicet q̄ leuite  
(q̄ deputabant cultui diuino)  
fulſerant a fratribus ſuis: et  
hoc durat vsq̄ hodie: dicente  
apoloſo: q̄ qui altario deſer-  
uit: de altario viuere debet. Ite  
in dicta ſolutione erat aliquid  
iudiciale: ſcilicet q̄ deferrent  
huiusmodi decime vsq̄ in do-  
mū domini: et illud hodie non  
obligat vniuerſaliter: ſed ſcā-  
dū eſt conſuetudini patriarū  
quā ad hoc: et ſimiliter quā  
ad ſolutionem vere decime.  
Sufficit enim eccleſie in aliq̄-  
bus regionibus et locis vt ha-  
beat vnde ſufficienter ſuten-  
tetur miniſtri ſui. Et q̄ in ple-  
riſq̄ locis eccleſia habet mul-  
tas poſſeſſiones: et redditus  
annuales et certas: hinc eſt q̄  
non erigit ſemper in talibus lo-  
cis veram decimā. Vbi tamē  
erigeret: laici ad hoc tene-  
rentur ſub pena peccari. Leuite  
autem non habebant poſſeſſio-  
nes: ideo populus tunc ſtricti-  
us tenebatur ad veram deci-  
mam: h̄ nunc. Item multi eorū  
(forſan ppter inopiā) ca-  
rebant equis et bobus: atque  
quadrigis et curribus: ideo op-  
cepit dominus vt primitiæ et de-  
cime deferrentur vsq̄ ad eos.

Moraliter et primo: tunc tri-  
bus vicibus in anno in cordibus  
noſtris feſta celebrantur: domi-  
no: quando eum colimus con-  
tritione cordis: confessione o-  
peris: et ſatisfactione operis. Et  
hec eſt ſanctiſſima et ſaluberrima

ma trinitas: de qua figurati-  
ue dixerunt Moyſes et Aarō  
ad Pharaonem: deus Hebræo-  
rum vocauit nos: vt cam⁹ viā  
triū dierum in ſolitudine: vt  
ſacrificemus domino deo no-  
ſtro. Et ſicut in die paſche et q̄  
dies ſequentes populus veſce-  
batur panibus azimis: ita et  
populus Chriſtianus debet in  
paſchæ ſanctius et purius  
uiuere: h̄ alijs partibus anni:  
quantis ſemper pure viuere  
debeat: et hoc propter reue-  
rentiam ſacre communionis.  
Item ſicut in pentecote po-  
pulus vtebatur panibus pri-  
mitiis: ita et deuoti catholici  
habent obſeruare ſeſtimia  
quatuor temporum: que occur-  
runt in dicta hebdomada. Iſti  
enim ſunt panes anime. Item  
ſicut populus Hebræus cele-  
brabat feſtum dedicationis:  
ita et nos debemus dedicare  
animas noſtras deo: per deu-  
otionem et penitentiam.

Moraliter et ſecundo: et cō-  
ſormiter ad gloſam ordinariā:  
tunc tribus vicibus per ſingulos  
annos feſta celebrantur: do-  
mino: hoc eſt omni tempore  
preſentis vite: quando in con-  
feſſione ſanctiſſime trinitatis  
per fidem ſpem: et charita-  
tem obſequia bonorum ope-  
rum exhibemus deo creatori  
noſtro.

Moraliter et tertio: tunc tri-  
bus vicibus per ſingulos annos  
feſta celebrantur: domino: quā-  
do colimus eum tribus parti-  
bus vere ſatisfactionis: que  
ſunt oratio deuota: perfectū  
ieiunium: et oſa elemoſyna.  
Iſti ſunt tres dies in quibus de-  
bemus

## Exodi viceſimotertio,

benus ambulare verſus terrā pmiſſe hereditatis celeſtis. Et vere beat⁹ eſt (ſupple i ſpe) et tandē in re) qui ſic ambulat. ¶ Moraliter et quarto iuxta illud: Septem diebus comedetis aſyma. Notandū q̄ per aſyma (quod eſt panis factus ſine fermento) qui conſuevit coqui ſub cinere) vel etiam in furno) intelligitur ſtatus penitentie. Hic em panis decoquitur ſub cinere: id eſt apprehendit per recordationem mortis) et q̄ nō ſumus aliud q̄ cinis et puluis: iuxta illud domini verbum ad primū parvū) Gene. iij. Pulvis eſt) et in pulverē reverteris. Unde et ſacerdos in die cinerū imponens cinerē in fronte hominis) dicit: Memēto o homo quia cinis eſt) et in cinerem reverteris. Septem autem dies) ſeptem ſunt crates mūdi. Tūc ergo ſeptem diebus comedim⁹ aſyma) quando in toto decurſu vite preſentis) ex quo incipimus attingere annos diſcretionis) comedimus panem penitentie: ſive in actu ſive in habitu) de quo in Pſal. Surgite poſtq̄ ſederitis) qui māducat panē doloris. Hic enim panis) et ſi ſit inſipidus et amarus) eſt tamen valde ſapidus cordi. Propter hoc igitur nos admonet Apoſt. j. Corin. v. dicens: Epulemur non in fermento veteris) neq̄ in fermento malitie et nequitię) ſed in aſymis ſinceritatis et veritatis. Dicitur etiam Leviti. xij. Comedetis aſyma ſeptem dieb⁹: id eſt in toto tempore vite veſtre ſervabitis puritatem cōſcientię. Multum ergo Gregorij per ſeptē-

nariū vniuerſitas deſignatur. ¶ Moraliter et quinto: iuxta illud verbum: Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Notandum) q̄ hic non ſolum eſt queſtio de vacatione burſę) aut manus) ſed potius cordis. Ille ergo apparet in cōſpectu dñi) vacuus) qui habet cor vacuum) gratia dei ſine virtute) aut piā affectione. Natura enī abhorret vacuum: et ideo vas quod dicit ventofa: per actionem ignis aere vacuum) ſolet de mēbris hominū ſanguinem attrahere: vt vacuitatem ſuam poſſit replere: ita in propoſito cor hominis per actionē ignis ſpiritus ſancti) debet attrahere gratiā et virtutes) quibus mediantibus) debet offerre dominum) piā affectionē et bonā voluntatem) que in caſu ſufficit ad ſalutem. Nam vt dicit Ambroſius de officijs lib. j. ca. xxx. Affect⁹ diuitū collationē aut pauperū) facit) et precij rebus imponit. Deniq̄ duo era illi) vidue) de qua Luce. xij. diuitiū numeribus) pretulit Chriſtus: q̄ totum illa quod habuit obtulit. Illi autē ex abundantia) partem exiguam contulerunt. Hec ille. Itē Grego. ſuper illo verbo Dat. iij. At illi relictis) rebus) et nauſecuri) ſunt cum) queſit ſic: Ad vocē dñi) vt ergo) piſcator) qd̄ aut) quantū) dimiſit) qui) pene nihil) habuit) Deo) inde ſoluit) dicens: Sed hac) in re) fratres) chariſſimi) affectū) debem⁹) potius) penſare) q̄ cęſum. Multū reliquit) qui) quā) rum) lber) parū) totum) deſcrit. Adreſſ) deſeruit) quando) vt ergo) etiam

## Clauiſula quinta. Fo. ccccxlviij.

etiam deſideria habendū) dere liquit. Hec ille.

¶ Moraliter et ſexto) iuxta illud verbum ſequens: Solemnitatem primitiuozū) operis tui) et. Solemnitatem) quoz) in exitu) anni) et. Notandū) q̄ tunc celebramus ſolemnitatem) primitiuozum) operis) noſtri) quando) referimus) gratiarum) actiones) deo) pro) initio) bonę) voluntatis) aut) etiā) boni) operis) de peccatis) et) cum) vt) bonū) quod) incepit) in) nobis) dignę) perficere) et) cō) ſummare. Nō) em) ſufficit) ad) ſalutē) incipere) bonū) opus) aut) habere) bonū) affectū) niſi) etiā) ſequat) perſeuerantia) vſq̄) in) finem) : quia) ſola) perſeuerantia) coronat) hominē) in) celis) dicit) te) Chriſto) Dat. x. Qui) perſeuerauerit) vſq̄) in) finē) hic) ſalu⁹) erit. Super) quo) Grego. et) ponitur) de) pen. diſtin. iij. in caſum. Incaſum) (inquit) bonū) opus) agitur) ſi) ante) vite) terminum) deſerat. Fruſtra) erit) et. Multi) em) filiozū) Iſrael) intrauerunt) deſertū) qui) tamen) ad) terrā) promiſſionis) non) peruenit) ſed) in) dicto) deſerto) mortui) ſunt: vt) dicit) Auguſtin⁹) ad) fratres) in) eremo) ſer. viij. qui) intitulatur) de) perſeuerantia. Item) ibi) concludit) dicens: Si) cepti) edificare) perſice) ſi) non) incepſi) incipe. Si) obtuliſti) florem) tue) iuuentutis) diabolos) ſaltē) fecem) tue) ſenectutis) immolare) non) differas) Chriſto. Hec) ille. Tu) vero) adde) q̄) qui) non) fecit) ſolemnitatem) primitiuozum) operis) ſui) deo) et) angelis) eius) ſaltem) faciat) ſolemnitatem) in) exitu) anni) : id) eſt) obſeruat) ſolemnitatem) in) exitu) an-

ni) : id) eſt) bonum) opus) vnde) leſtan⁹) angeli) : q̄) gaudiū) eſt) angelis) dei) ſuper) vno) peccatore) penitentiam) agente. Dat. xv. ¶ Moraliter) et) ſeptimo) iuxta) illud) : Non) immolabis) ſup) fermento) ſanguinem) victimę) tue. Notandū) q̄) illi) ſacerdotes) immolant) ſup) fermento) ſanguinem) victimę) ſue) : qui) celebrant) cum) fermento) peccati) quod) ante) ſalem) immolato) nem) expurgandum) eſt) : iuxta) illud) .j. Lozin. v. Expurgate) verus) fermentum. Et) in) peccat) dentibus) .xix. Sacerdotes) qui) accedunt) ad) dominum) ſanctificentur) ne) percussat) eos. Vel) generalius) iſtud) poſſum⁹) exponere) de) omni) bono) opere. Nō) eſt) immolandum) domino) cū) fermento) : id) eſt) i) ſtatu) peccati. ¶ Allegorice) et) primo) tribus) vicibus) per) ſingulos) annos) feſtuitatem) celebrant) domino) illi) catholici) qui) ter) in) anno) deuore) cōmunicant) ſcilicet) in) paſchate) pentecoſte) et) natiuitate) domini) ſicut) antiq̄) ſicbat) : vt) dicit) Fabian⁹) papa) et) recitatur) de) conſecra. diſtin. ij. et) ſi) non) frequentius. ¶ Allegorice) et) ſecundo) per) tres) ſolemnitates) celebrandas) domino) intelliguntur) tres) ſtatus) eccleſie) : qui) referuntur) ad) dominum) ſcilicet) ſtatus) iuſtorum) penitentium) et) beatorum. Nā) ſtatus) iuſtorum) deſignat) per) paſcha) quādo) immolabat) agn⁹) et) comedebantur) panes) aſymi) qui) erant) ſine) fermento. Juſti) autem) ſunt) mundi) et) puri) ſicut) panes) aſymi) : vt) dicit) Apoſt. j. Lozin. v. Status) autē) penitentium) deſignatur) per) pentecoſten)

ſen quando populus ſuſcepit legē que propter tranſgreſſores poſita eſt: vt dicit Apoſto. Gala. iij. vt ſcilicet reſpiciant a peccatis ſuis: per verā penitentiam. Juſto autē non eſt poſita lex: vt dicit idē Apoſto. i. Tit. j. Status vero beatorum deſignatur per tertiam ſolemnitatem ſciz dedicationis: in qua Iudei comedebat ſub vmbra culis: eo qd ipſi beati abſcondunt a nobis: iuxta illud Eſa. lxiiij. Oculis non vidit deus abſc. te: que preparatiſt expectantibus te. Et Apoſt. j. Locus iij. Oculis nō vidit: nec auris audivit: nec i cor hominis aſcendit. Nec autē tertia ſolemnitas celebrat in exitu animi. vite huius: poſt ſcilicet homo congregavit omnes fruges ſuas de agro. id eſt: merita & bona opera ſua de agro huius mundi. Unde Pſal. loquēs de veris penitentibus ait: Eſtes ſbant & flebant: mittentes ſeminia ſua. Venientes autē venient cum exultatione: portantes manipulos ſuos. Hoc autē pertinet ad ſtatum glorie. ¶ Allegorice et tertioz conſormiter ad dominum patriarcham de Pal. p. dicit tres ſolemnitates pertinent ad tres personas in diuinis. Paſcha quidem ad filium: qui eſt paſcha noſtra: ſeu qui paſcha noſtrum immolatus eſt: vt dicit Apoſt. j. Locus. v. Feſtum penitentis: ad ſpiritum ſanctū. Scenophegia autē ad patrē: non quia pater habitauerit: a liquando ſub vmbra: ſicut filius: quando incarnatus eſt: ſed quia ipſe miſit filium ſuum

in mundum: vt dicitur Joann. iij. Vel dicit qd ſcenophegia cui ſuccellit in nouo teſtamento natiuitas: refertur ad patrem: non quia ipſe incarnatus eſt: ſed quia ipſe miſit filium ſuum: natiuitatem ex muliere: factum ſub lege: vt dicit Apoſto. Gala. iij. Nos autem Chriſtiani obſeruamus ſitas tres feſtiuitates: tanquā principales rotas anni. Unde in primitiua eccleſia populus tunc conſtebatur et communicabatur: vt dictum eſt. Sed poteſt queri circa hoc ex quo tota trinitas miſit filium in terris: cur ergo dictum feſtum natiuitatis magis attribuitur patri: qd filio: aut ſpiritui ſancto? Reſponſio: id eo qd apparuit ibi potentia: cum illius debellauit acceſſas poteſtates. Vel quia generatio de matre actus: magis aſſimilatur patri: quod eſt generare: id eo ſibi appropriatur. Bene etiam competit natiuitati inſerpretatio huius nominis ſcenophegia: quia tunc pater poſuit tabernaculum filio ſuo: id eſt: corpus humanum. Unde Pſalmiſta: In ſole poſuit tabernaculum ſuum: id eſt: ſolem ſcilicet diuinitatem filij poſuit in humano corpore: per incarnationem et vnionem. ¶ Allegorice et quarto: tunc tribus vicibus in anno feſtiuitatem celebramus: quādo debite tenemus tres virtutes rheologicas: ſcilicet: fidem: ſpem: charitatem. fidem quidem de dominica reſurrectione: que facta eſt in paſchate. Spem autē de peccatorum remiſſione: que attribuitur

aterbuſt ſpiritu ſancto. Chariſtatem autem: que quaſi ſub vmbra culis manet: eo qd nos laer pro preſenti: dum deum ſuper omnia diligimus: & proximos noſtros ſicut noſ ipſos. ¶ Allegorice et quinto: conſormiter ad magiſtrum Nicolaum de Lyra. Tribus vicibus per ſingulos annos. Primum feſtum celebratur propter beneficium exitus de Egipto. Et illud fuit figura reſurrectionis domini noſtri Jeſu Chriſti: per quem exitus de tenebris culpe & ignorantie. Secundum feſtum celebratur propter beneficium legis dare: quod notatur cum dicitur: Et ſolemnitatem menſis primitiuorum. Tunc enim fiebat oblatio domino de nouis panibus: vt dictum eſt. Et illud feſtum fuit figura dationis ſpiritus ſancti: quinqueſimo die a domini reſurrectione. Tertium fuit feſtum tabernaculorum: quod celebrabatur in memoriam qd dominus fecit habitare filios Iſrael ſub tabernaculis in deſerto. Et illud feſtum notatur cum dicitur: Solemnitatem quoque in exitu anni: quia celebrabatur acta hominum. Et illud feſtum fuit figura ſolemnitatis ſanctorum omnium. Et iſte tres ſolemnitates ſciz reſurrectionis: penitentis: & omnium ſanctorum: ſunt in eccleſia multum ſolennes. Nec de Lyra.

¶ Allegorice et ſexto: ſupra ſcriptum verbum: primitias frugū terre: tue deſeres in do-

minum domini dei tui. Notandū qd per huiusmodi primitias poſteſt recte intelligi Chriſti: qui eſt primitie frugum. i. electoꝝ: quia eſt primogenitus in multis fratribus: vt dicit Apoſto. Roma. viij. Unde deus pater de eo loquens per os prophete Dauid ait: Et ego primogenitū ponā illum: excelſum pre regibus terre. Tunc ergo huiusmodi primitie declarate ſunt in domū dñi: quādo poſt qm pleri ſunt dies purgatiōis Marie: ſecundū legem Moyſi: tulerunt parentes Jeſu illum in Hieruſalem: vt ſiſterent eum domino: vt legitur Luc. ij. ¶ Vel primitie frugū terre. i. primi fructus eccleſie catholice fuerūt ſciz innocētes. Cū Joā. Apoc. xiiij. de illis loquēs ait: Qui emſi ſunt ex oibz primitie deo: & agno: & in ore eoz nō eſt inuentū mēdaciū. Huiusmodi ergo primitie declarate ſunt in domū dñi: qm Chriſto celi aſcēdēte: pariter cū eo aſcēderūt. Ideo ſubdit Joā. xvi ſupra de ipſis innocētibz: qd nunc ſine macula ſunt ante thronū dei. ¶ Anagogice: p. dicit tres ſolemnitates figurabāt maximā illā ſolemnitatem eccleſie triūphantis. Et qd veritas p. dicit eſt figura: ſicut claritas ſolis p. ſtantior eſt vmbra: id eo ſolemnitas p. dicit eccleſie triūphantis: vnica eſt & cōſtina: vbi alie reſerāt: diſcrete. De hac igitur ſolemnitate loquēs eccleſia ſic ait: filie Hieruſalē. i. anime deuore: venite greſſibus non corporicis: ſed affectibus mentis: et videte oculis interioribus: per fidē: m. r. r. m. i. d. e. ſ. i. quemlibet

quemlibet beatus qui per multas tribulationes introiit in celum: cum corona qua coronatus est: cum dominus suppleat eum victoriam: et hoc in die solemnitate et letitie. Non autem dixit in diebus solennitatum: quia ut dictum est in celo unica est solennitas: in qua letantur anime deare: similiter et vicium gaudium essentiale quod consurgit ex visione diuine essentie: de quo Joan. xvj. Gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Item eiusdem xvij. hoc est vita eterna: ut cognoscatur de verum deum: et quem misit Iesum Christum. Item ibi omnes electi comedunt panes azimos: quia gaudium eorum est purum et sanctum. Similiter nullus electus apparet ibi vacuus: quia gaudium eorum plenum est: ut predixit Christus vbi supra. Psal. Satisborcum apparuerit gloria tua. Item ibi agitur solennitas primitiuorum: similiter et solennitas in exitu anni: videlicet post congregationem frugum: quia dicti electi agunt gratias deo de inchoatione bonorum operum: similiter et de continuatione actus sancti consummatione ipsorum. Rursus ibi specialiter apparet matris sue: id est illi qui in presenti viriliter decertarunt contra carnem mundum et diabolum. Nulla etiam fit ibi immolatio: sive oblatio cum fermento: quia nullum peccatum ibi reperitur: nec adeps delectationis mundane. Denique ibi sancti angelis deferunt primitias frugum: id est animas electorum: quando moriuntur. Unde Luc. xvj. dicitur de paupere men-

dico: quod in morte eius anima spiritus declarata est ad angelis in lunum Abrahæ.

**C** Septa clausula.



**N**on coques hedum in lacte matris sue. Postquam in precedenti clausula Moyſes ex voluntate domini posuit plura precepta ordinantia populum Hebreum ad cultum diuinum: hic consequenter agit quasi incidentaliter de immolatione hedum: quod specialiter immolabatur domino: tamquam pertinens ad cultum illius. Dixit ergo: Non coques hedum in lacte matris sue: scilicet ad huc existere: id est dum tantum versatur lacte illius. Vel sic in gloſ. interli. Non coques hedum in lacte matris sue: scilicet tamquam in aqua: ita ut lac suppleat vicem aque in tali decoctione: et hoc sive decoqueretur ad sacrificium: sive ad esum: cuius ratio assignabitur in solu. ad primitiam dubium: Iosephus autem sic exponit istud preceptum: Non coques hedum in lacte matris sue: id est non comedes eum infra octauum diem: quia adhuc non differt a lacte. Hebrei autem sic exponunt: prout refert Petrus Lomest. Non coques hedum separatum in lacte matris sue: et est sensus: Separatum a carne parentum: id est quod per carnalem generationem conceptum et editum est: non comedes cum lacte coctum: vel cum aliquo lacteo caseo: scilicet vel buryto: quod dictum est. propter

ques: que non de carne: sed de ouis separantur: quas in lacte coctas: vel cum lacte comedunt. Nec ideo de lacte matris prohibetur dicitur: quasi in alio lacte liceat coquere: sed quia lacte parati possit inueniri cum omni lacte. Quidam tamen de his que domino offeruntur dixerunt intelligunt: quasi non offeras agnum vel hedum infra octauum diem: quia nondum est edibilis: nec differt a lacte matris. Hec Petrus in forma. Dominus autem Hugo Card. generalius dicit: quod hedus autem etiam agnus: si dum nutriebatur solo lacte matris: non licebat offerre ipsum domino: nec inde sacrificium facere: sed tamen quando parabatur herba. Hoc autem non fit statim post octauum diem: sed longe post: scilicet donec ablactetur. Circa predictum textum mouentur aliqua dubia.

**P**rimum igitur dubium: Quare dominus prohibuit ne hedus coqueretur in lacte matris sue? Dicendum: quod propter duplicem causam. Prima fuit: ad vitandam crudelitatem. Nam et si hedus occisus non sentiat qualiter carnes eius coquantur: in animo tamen decoquentis ad quandam crudelitatem pertineret: videtur si lac matris (quod datum est pro nutrimento) adhibeatur hedo ad consumptionem carnis eius. Secunda causa est idololatrie vitatio: quia gentiles in solennitatibus idolorum taliter coquebant carnes hedum: sive ad immolandum: sive ad comedendum. propter quod ponitur ista prohibitio post:

quam predictum fuerat de solennitatibus. **S**ecundum dubium: Quare hic magis prohibetur de hedo: ne carnes eius coquantur in lacte matris sue: quam de alio animalium iuuente: utpote de agno: vel vitulo: dicitur: quod per prohibitionem hedum intelligitur prohibito omnis alterius animalis edibilis. Vel dicendum: quod magis in speciali exprimitur hedus: quam aliud animal: quia citius edibilis est. Nam carnes eius magis cito veniebant ad temperam: tam complexionem a superflua humiditate.

**T**ertium dubium: Utrum licebat Judæis coquere aues captas in nidis: adhuc degentes sub alis matris? Videtur quod non: quia quod facit lac in hedo: hoc facit nidus in aue. Si ergo primitium prohibetur: videtur similiter secundum prohiberi. Dicendum: quod non est simile: quia lex prohibet vnum hic: et permittit secundum: ut patet Deuteronom. xxi. vbi sic dicitur: Si ambulans per viam inuenieris in arbore vel in terra nidus auis: et mater pullis vel ouis desuper incubantem: non tenebis eam cum filiis: sed abire patieris: captos tenens filios. Quod intelligendum erat: quando ipsi pulli erant apti ad escam. Nam carnes eorum cito veniebant ad temperatam complexionem a superflua humiditate. Ratio autem cur non licebat tunc capere matrem cum pullis: erat tum propter vitandam crudelitatem: tum: quia tunc macra est et minus apta ad esum. Hodie autem hoc preceptum legale non ligat: iudi-



tud fecit et partim cerimonias  
le erat.

**M**oraliter et primo: et cōfor-  
miter ad de pat. Lac est mun-  
dus: vt carnis voluptas: a qua  
donec quis separaretur: non est  
apertus vt deo offeratur. In cuius  
figuram legitur. 1. Reg. i. q  
Anna dixit Helicane viro suo  
de filio suo Samuele: Non vas-  
dam: supple in teplum: donec  
ablacterur puer.

**M**oraliter et secūdo: Hedus  
(animal fetidū) est peccator: q  
per culpam feret coram deo et  
angelis eius. Unde Mat. xvi.  
dicitur: q in die iudicii domi-  
nus constituet hedos: id est re-  
probos a iustis. Lac autem  
illic hedus decoquitur: lacte  
quādo laudatur ab alijs in de-  
siderijs anime sue: videlicet ab  
adulatoribus: quod non est fa-  
ciendum: iuxta illud Proverbi.  
i. Si te lactauerit peccatores:  
non acquiescas eis. Pec enim  
est maledicta et diabolica la-  
cratio: qui a venenosa est et mor-  
tiferas quās inducit mortē spiri-  
tualē et eternalem. Nō est er-  
go peccator: tali lacte lactan-  
dus in peccatis suis: sed dure  
inreprehendus: prout docet do-  
minus Mat. xviii. dicens: Si  
peccauerit in te frater tuus: iua-  
de et corripue eum etc.

**M**oraliter et tertio: Hedus est  
paruulus filius. Tunc ergo he-  
dus coquitur in lacte matris:  
quādo paruulus nimis delicatē  
te educatur: qdū est sub tute-  
la et cura matris: et quando ni-  
mis indulgetur libertatibus et  
voluptatibus suis. Nam postq  
fuerit sic enutritus et assuefas-  
tus: postq venerit ad etatem

virilem vit resistet a tali cōsue-  
tudine et assuefactioe. Propter  
qd legitur in legēda diu Bernar-  
di: q cum essent septem fra-  
tres in domo matris nobilitatis  
ipsa non delicatis cibis: sed di-  
ctis et asperis eos educavit: tan-  
q futuros eremitas. Unde fa-  
ctum est vt singuli religionem  
Littere. tūc nouiter instituta:  
et asperam intrauerit: et sancte  
vixerint: quia vt dicitur Pro-  
uerbio. xvii. Adolefcens ambu-  
lans iuxta viam suam: scilicet cum  
senectute non recedet ab ea. Et  
Thren. iij. Bonum erit viro q  
potauerit fugū domini ab ad-  
olefcētis sua. Et vt dicit Se-  
neca. de verborū copia: Difficul-  
ter recedit: que nobiscum crea-  
uerunt. Et Augusti. lib. de spī-  
ritu et anima. c. lvij. Peccata nō  
in longam consuetudinem fue-  
runt obseruata: cum mens ab il-  
lis exurgere voluerit: non pos-  
terit in mole male consuetudinis  
pressa. Pec ille. Dicit etiā Jn-  
doz. lib. ij. Synonimū: q vitus  
vincitur difficulter: et consueta  
do vit superatur. Et quod ino-  
leuerit non facile tollitur: spe-  
naturā cōsuetudine superatur.  
Ad vitas mores facit iugis:  
vitus in naturam se conuertit.  
Pec ille.

**A**llegorice et primo: et cōfor-  
miter ad magistrum historiā:  
Petrum scz Lomest. sancti et  
ponunt hunc textum de Chri-  
sto sic: Ne occidas Christū in  
die conceptionis sue. Quod tñ  
Iudei transgressi sunt. Dies ve-  
ro cōceptionis vocatur lac ma-  
tris: quia ex tunc in matre pas-  
ratur materia lactis.

**U**el dicitur erat prophētia q  
p̄eros.

Herodes nō occideret christū  
infantē: quāq ad hoc multū  
laborauerit. Unde Mat. ij. le-  
gitur: q angelus domini appa-  
ruit Ioseph in somnis: dicens:  
Surge et accipe puerum et ma-  
trem eius: et fuge in Egyptum.  
Futurum est enim vt Herodes  
querat puerum ad perdendum  
eū. Unde ob hanc causam ipse  
Herodes pus dixerat Magis:  
q Christus inuento et adorato:  
redirent ad eū. Non debuit er-  
go hedus Christus decoqui: id  
est partim in lacte matris sue: sed  
voluit expeccare tempus viri-  
litatis et perfecte etatis. Propter  
quod dicit Joan. vij. Tempus  
meum nondum venit. Dicitur  
Herodes: et hūmum in carne si-  
milī carni peccatrici natum: et  
pro peccatis obstarum: in lacte  
matris. id est: dū adhuc puer:  
querens eum occidere: non in-  
uenit.

**A**llegorice et secundo: et cō-  
formiter ad dicitum Petri Lo-  
mestor. Per hoc q hedus non  
erat occidendus in lacte matris  
sue: p̄figurabatur q Aposto-  
li non erāt passuri pressuras in  
mundo isto: nisi prius robora-  
ti scilicet per aduentum spī-  
tus sancti: qui dicit per Psal. iij.  
Ego confirmauit cōsūnas eius.

**A**llegorice et tertio: hoc po-  
test exponi de iuuenibus in trā-  
sitis religionem. Ergo he-  
dus non erat coquendus in lac-  
te matris sue: significat q se-  
culares nō debent nimis iuue-  
nes ad religionem adduci: sed  
quosq habeāt discretionem:  
Unde frequenter qui sub tene-  
ris annis ingreduntur religio-  
nem vt forte aliquādo sint ab-

bates: vel pilozes: habent ma-  
lum exitum: quia vit bono ma-  
guntur sine: que malo incho-  
ta sunt principio. Tales etiam  
postq peruenierit ad virilem  
etatem: solent frequēter male  
dicere illis q primo locuti sunt  
de eorū ingressu ad religionē.  
Alij autem petunt dispensatio-  
nem: quo ad egressum religio-  
nis: dicens: q ignorantes in-  
gressi sunt: in quoz dispensatio-  
ne solet cōiter summus ponti-  
fex cōscientiā eorum onerare.

**A**nagorice: Hedus q fetidus  
est: designat peccatores: q post  
presentem vitam non gustabit  
lac dulcedinis matris sue: ce-  
lestis scz triumphantis: ppter  
quā finaliter fecerat eū deus.  
ppter quod dicit mater eius:  
sed pars eius in stagno ardē-  
ti igne et sulphure: qd est mors  
secunda: vt habetur Apoc. xxi.  
Tunc ergo hedus. i. hominem  
peccatozem et reprobum nō co-  
quet deus finaliter in lacte ma-  
tris sue: id est: non sicut gusta-  
re illam ineffabilem dulcedinē  
ecclesie triumphantis: quam gu-  
stāt beati in celo regnātes. De  
que in Ps. Quā magna multitu-  
do dulcedinis tue dñe: quā  
abscōdisti timētibus te: Nam  
teste Apostolo. 1. Corinth. ii. et  
sumit ex Esia: Oculis nō vi-  
dit: nec auris audiuit: nec i-  
cerit. Et Eccli. xxiij. Hereditas  
mea (in qd dñs) sup niel et salsū.  
Et breuiter: terra illa celestis:  
est vera terra pmissionis: que  
reuera lacte et melle manat:  
quam soli iusti possidebūt: qui  
per quos designatur. Nō autē  
reprobi et peccatores: quos he-  
dus designat: vt dicitur est.

Septima clausula.



**E**cce ego mittā an-  
gelū meū q̄ p̄ce-  
dat te: & custodiat  
in via: et introdu-  
cat in locū quem  
parauī tibi. Ob-  
serua eum: & audi vocem eius:  
nec cōtemnendum putes: quia  
non dimittet te cū peccaueris:  
& est nomē meū in illo. Quā si au-  
dieris vocem eius: & feceris om-  
nia que loquor: inimicus ero  
inimicis tuis: et affligam affli-  
gentes te. Precedetq̄ te ange-  
lus meus: et introducet te ad  
Amorēū & Ethēum: & Phe-  
reum: & Chananeū: & Hēbē-  
reum: & Iebulcum: quos ego cōterā.  
Non adorabis deos eorū: nec  
coles eos. Nō facies opera eorū:  
sed destrues eos: & cōfrin-  
ges statuas eorū. Seruetisq̄  
domino deo vestro: vt bēdi-  
cam panib⁹ tuis: & aquis: & au-  
feram infirmitatem de medio  
tui. Non erit infecunda nec ster-  
ilis in terra tua. Numerū die-  
rum tuorum implebo. Terrorem  
meum mittam in p̄cursum tuū:  
& occidam omnem populū quē  
ingredieris. Lunctoꝝq̄ inimī  
corum tuorum coram te terga  
vertam: emittens scabrones  
prius qui fugabunt Eucum: et  
Chananeū: et Ethēum: ante q̄  
introcas. Non eijciam eos a fa-  
cie tua anno vno: ne terra in so-  
litudinem redigatur: & crescāt  
contra te bestie. Paulatim ex-  
pellam eos de conspectu tuo:  
donec augear: & possideas ter-  
ram. Ponam autem terminos  
tuos a mari rubro vsq̄ ad mare  
palestinorum: & a deserto vsq̄

ad fluuium. Tradam in man-  
ibus vestris habitatores terre:  
& eijciam eos de conspectu ve-  
stro. Nō inibis cum eis: sed usq̄  
nec cum dijs eorum. Non habi-  
tēt in terra tua: ne forte te pec-  
care faciant in meli si serueris  
dijs eorū: quod tibi certe erit  
in scandalum.

**E**t iustitiam: Postq̄ in pre-  
cedētib⁹ dominus deus plura  
et varia p̄cepta per Moy-  
sen legiserum suum dedit: confe-  
quenter in fine presentis capi-  
tuli pollicetur multiplicem re-  
munerationē his qui obserua-  
bunt dicta p̄cepta: & signan-  
ter promittit necessaria p̄gre-  
dientibus ad terrā promissio-  
nis: dicens: Ecce ego mittā an-  
gelum meū &c. Hec igitur re-  
muneratio est duplex in summa.  
Prima: collatio boni in p̄ci-  
pio. Secūda: amotio mali: ubi  
& auferam &c.

**P**rima igitur remuneratio  
cōstitit in collatione boni: cū  
ait: Ecce ego mittā angelum  
meum: qui p̄cedat tē: & supple-  
at in via: id est: qui te p̄gar ab  
hostibus: & introducat in locū  
quem p̄parauī tibi: scilicet  
in terram promissionis. Ecce  
igitur triplex beneficium colla-  
tum populo Israel a domino:  
per angelum suū: scilicet: p̄ceden-  
tia: id est: antecessio: custodia:  
et introductio. Sed quia hu-  
iusmodi triplex beneficiū pro-  
mittitur ex suppositione obe-  
dientie ad deū: scilicet: quo ad  
legis diuine obseruationem: et  
ideo subditur: Obserua & audi  
&c. Dicit ergo: obserua eū &c.  
scilicet: p̄cepta eius reueren-  
ter

ter suscipiendo: & audi vocem  
eius: scilicet: humiliter obedien-  
do. Nec contemnendum pu-  
tes: scilicet: opere non adimple-  
do: quia non dimittet te: quin  
scilicet fideliter custodiat: cū  
peccaueris. Deinde subdit: ra-  
tio cur sit dicto angelo obe-  
diendū: cū subdit: & est nomen  
meū in illo: id est: qui illi obe-  
dit: mihi obedit: & contra qui  
illū spernit: me spernit: vt dici-  
tur Luc. x. Quātū autē pro-  
fit obediē illi: ostenditur cum  
subdit: Quā si audieris vocē eius:  
& feceris omnia que loquor: in-  
imicus ero &c. Terroꝝ est clarus.  
Secūda remuneratio eorū  
qui obseruāt p̄cepta domini:  
cōstitit in amotione: siue in  
p̄seruatione mali: que rati-  
onatur tibi: Seruieris domino  
deo vestro: et auferam infirmi-  
tatem de medio tui: conferen-  
do tibi bonam dispositionem  
interiorum. Nō erit supple-  
mentum: sterilitis: nec infecūda: i ter-  
ra tua. Dicitur autem mulier  
infecūda: q̄ paruam prolē ha-  
bet: et que est modici aut nul-  
lius valoris. Sterilis autē: que  
nullam prolem habet. Unde p̄  
hec verba domini designatur  
multiplicationem populī Is-  
raelitici: atq̄ fortitudinem il-  
lius. Numerū dierū tuorū im-  
plebo: id est: vita tua non bie-  
nabitur peste: fame: infirmita-  
te: aut gladio: sed conseruabo  
naturalē cursum vite tue: vt  
scilicet moriaris sener: secūdū  
illud psalm. Et dies pleni in-  
uentent in eis. Deinde cum di-  
cit: Terrorem meū &c. redit  
ad promissionem bonorū: quā  
tū ad ingressum terre promis-

sionis: ostendens expulsionem  
omnium habitatorum: dicens:  
Terrorem meū mittā in p̄cur-  
sum tuū. I. ante te: ad terrendū  
populum: vt dicit Interl. Hoc  
autē fuit impletū Josue. v. vbi  
legitur: Dissolutū est cor eorū:  
nec remansit in eis spiritus.  
Sequitur: emittens scabrones  
prius: qui fugabūt &c. Notādū  
autē: secūdū Perrū 20. et de  
Pal. q̄ scabrones sunt vespe.  
Vespe autē sunt mus venenos:  
seiq̄ in estare insidiantur: aīst  
bus: q̄ gallice dicuntur gūtes:  
pez. Cū scabrones dicitur a sca-  
ber: bza: bium: quod est asper.  
Deinde cū dicit dominus: Nō  
eijciam eos &c. ponit modum  
& formam eijcendi habitato-  
res. Dicit ergo: Nō eijciam eos  
a facie tua anno vno: id est: cia-  
to & velociter. Ponitur ramen-  
hic tempus determinatum: p̄  
indeterminato: vt ibi Gene.  
xxx. Cras respondebit mihi iu-  
stitia mea: id est: in futurū. Itē  
Mar. xvij. Non dico tibi: dis-  
citur: Chylū: Petro vsq̄ septies:  
sed vsq̄ septuagesies septies.  
Cur ratio assignat: cum sub-  
ditur: ne terra in solitudinem re-  
digatur: et crescant contra te  
bestie. Ecce duplex ratio: p̄-  
ma: ne bonum amittatur: secū-  
da: ne malum multiplicetur.  
Cetera autem facile parent.  
Circa hunc textum mouen-  
tur aliqua dubia.  
Primum igitur dubiū: Quid  
intelligitur per angelum do-  
mini: de quo ipse loquitur in  
principio presentis textus et  
clausule: Dicēdum: q̄ diuersi  
doctores diuersimode hoc ex-  
ponunt. Nam Rabanus: secun-  
dk dum

am q̄ tangitur in glo. ordin. hūc passum exponit de Iosue q̄ peccasset populum Ihebricum versus terrā promissionis: ostēdens ei viam in eam erraret: et custodiens ipsum in via in precua lerent hostes contra eū. Item ne molesteretur a feris et serpentibus: et vt tandem introduceret eum in terrā quā preparauerat illi dominus: vt dicitur in textu. i. in terram promissionis. Ecce consummatio totius itineris dictorum filiorum Israel: ex quo ceperit exire de Egypto. Alij autem ad litteram exposuit hunc textum de Michaele: id tunc erat princeps synagoge: vt patet Dan. x. sicut nunc est princeps ecclesie: qui prestitit ipsi Iudæis omnia predicta beneficia. Alij autem exponunt hoc de colubina nubis que precebat de Iudæis in deserto: ostēdēdo eis viā: et similiter custodiendos eos per diē ab ardore et estu solis: et custodiendos eos noctem: similiter et viam ostēdēdo in specie ignis lucentis vt illuminaret eis: vt scz possit sibi cauere a malis bestijs. Nec defuit illis vsq; ad introitum terre promissionis.

¶ Secūdu dubium oritur propter illud verbū: Et introducat in locū quem preparauit tibi. Contra hec promissio nō fuit a parte rei ipeia: quia multi sunt mortui in deserto: vt constat: Dicendū q̄ hec promissio conditionalis erat: scilz si populus perfecte obediret deo. Et q̄ fecit cōtrariū: ideo non mirū si promissio nō fuit impleta. Vel dicendū q̄ quantum fuit

ex parte dei: promissio impleta fuit: a parte tamen rei impleta non fuit: et gentib; culpā posuit et ingratitude illius.

¶ Tertiu dubium oritur propter illud verbū: nō dimittet te cū peccaueris. Queritur ergo: quāto istud potest verificari: exponendo de angelo qui custos erat synagoge: quam dimisit in passione Christi: et trāsiit ad ecclesiam Christianorum. Unde tūc audite sūt voces in aere multorum angelorum dicentium illud Iere. ij. Curauerunt Babylonem: nō est curauerunt: derelinquamus eam: nō est curauerunt: vnusquisq; in terrā suam. Igitur. Dicendū q̄ dictus angelus custos synagoge nō dimisit Iudæos peccantes: custodiens quosdam peccato: quādo dicitur synagoga durauit: vt patet Daniel. xj. vbi fit mentio de tempore in quo propter idololatriā fuerunt in Babylonia capti: uitare redacti. Nec etiā tunc totaliter derelicti angelus synagoga: sed tantū in passione Christi: quādo impij Iudæi dererunt: non habent regē nisi Cesarē: abrenunciātes regno Christi: et se submitentes regno hominis terreni. Quia ergo tunc grande peccatū commiserunt: ideo dimisit angelus eos: et synagoga ipsorum. Vel nō dimittet te cū peccaueris: scilz cet p̄iori peccato grādi cōtrariū: qz est tunc reliquerit eos angelus ad tēpus: in fine tñ seculi ad eos reuertet: quādo scz relicta Israel saluetur: vt d. Esa. x. Et quādo fiet vnū ouilex vnus pastor. Joan. x. ¶ Quartū dubiū: cur de septē

populis habitantibus in terra promissionis: hic non ponitur nisi sex: Nā hic nulla fit mentio de Bergeseo. Dicendū ad hoc: cōformiter ad Petrum de Pal. q̄ ideo de eo non fit hic mentio: eo q̄ nō multū restitit: sed statim cessit. Aliā rationē assignat: cōformiter ad sensum morale: dicens q̄ per illos populos designant peccata mortalia: que deus cōterit in illis: qui sibi obediunt: iuxta illud Roma. vii. Conterat dñs factum sub pedibus vestris. Nāc aut vnū ipsozem peccatorum: scilz superbia: potest cōsiderari: vel vt est intrinsecus omnium aliorum: iuxta illud Eccl. x. Inuitū omnis peccati superbia: et sic nō cōnumeraf alijs: sed tñ sunt sex peccata: vel vt est speciale peccatū habēs propriā materiā: et opus deformitatis: et sic est speciale peccatū capitale: ita vt sint septē peccata capitalia.

¶ Quintū dubiū oritur iuxta illud verbū: emittēs scabrones p̄i; et. Querit ergo vtrū dñs a parte rei emiserit tales bestias ante conspectū Ihebræorum: ad fugandā idololatras de terra promissionis: Vel dicit q̄ sic: de Septē. vii. dicit q̄ misit ante scabrones exercitus sui vespas: gal. autē spei: vt illos paulari exterminarent. Quia in effectu ita factū est. Ad hoc dicit Augustinus. et ponit in gloss. ordin. q̄ hoc forsitan nō ita factum est in effectu: qz nec sub Moysē: nec sub Iosue: nec sub aliquo iudicū: aut regū legitur: t̄p̄ adimpletū: et dicit q̄ scabrones: siue scabrones: (vt dicit alia littera) quō fuerit impleta dei promissio: r̄i: q̄ quidē terrores de immā-

da cōsuetudine eorum oriebant: scilz cur: alia aialia et cadaverib; percarari solēt. Et loquitur s; Augustinus. dñs metaphouice: et nō proprie. Sed cū promissum sit terris: Terrores meum mittā in scurum eum: videt q̄ si q̄ missione scabronum: intelligant terrores: q̄ tunc sit nugatio. Ad quō dicendū q̄ terrores supra positū: promittit dñs terrores vt timorē simpliciter dicit: q̄ est sine inuasiōe. Hic autē promittit dñs terrores vehemētē: qui est cū inuasiōe timoris: et cū fuga.

¶ Sextū dubiū: quare hic positus sit metio de trib; gentib;: siue nationib;: in Iherosolima: dicitur: emittēs scabrones: q̄ fugabūt Suedi: et Chananeū: et Ethēi: et d. alio q̄ruor; dicitur: q̄ iste tres nationes erāt p̄me introitu terre: promissionis: et acrozes ad puenā filios Israel: ideo specialr hic notantur. Vel dicit q̄ has tres nationes alie etiam intelligunt: sed tñ he tres bte uitariā gratia hic nominantur. ¶ Septimū dubiū mouet: p̄ illud verbū: Ponāq; terminos tuos a mari rubro et. Querit q̄ vtrū istud sit mare rubrū: q̄ trāserūt filij Israel: scēdētes de Egypto: Ad hoc dicit Augustinus. (vt refert d. Pal.) q̄ fuit aliud mare q̄ adiacebat terre: promissionis: ex pte Quētiā. Hoc etiā videt approbare glo. Iher. Ma re aut Palestinor; de q̄ loquitur text; p̄nā est illud mare q̄ nos vocam; mediterraneū: quō adiacet t̄re promissionis ab Occidēte. ¶ Octauū dubiū oritur: p̄ illud verbū: Tradā in manib; vris scabrones terre. Queritur q̄ quō fuerit impleta dei promissio: maxime cum Iudæi nunq; pos-

sederunt totam illā terrā pri⁹  
inhabitatā ab infidelib⁹. Dicē  
dū / sicut dicitur est ad secundū  
dubium: precedēs / q̄ huiusmo  
di pmissio fuit facta sub con  
ditione: videlicet si populus  
Debeoꝝ custodiret precepta  
domini. quam conditionē mi  
nime seruauerit. Non mirū er  
go si dei promissio non fuit er  
ga eos impleta.

¶ Moraliter et primo / per an  
gelū (qui interpretat nunci⁹)  
designat conceptionē / vel de  
sideriū / boni. Tūc ergo domi  
nus de⁹ mittit angelū suū ad  
nos: quotiens inspirat in cor  
dib⁹ nostris bonū propositum /  
vel desideriū boni: tūc illud  
Esa. xxy. A facie tua domine  
concepim⁹ / et peperimus spiri  
tū salūtis. Et talis dei nūcius  
precedit nos: q̄ puenit no  
strā volūtatem: quoniam ipse  
est qui mouet intellectū ad co  
gitandū de bono: et volūtatem  
ad desiderandū et volendū bo  
num: dicente apost. ij. Corint.  
ij. Non sum⁹ sufficientes cogi  
tare aliquid a nobis: q̄si ex no  
bis: sed sufficientia nostra ex  
deo est. Item phil. ij. De⁹ est  
qui operat in nobis: et velle et  
perficere / pro bona voluntate  
sua. Non ergo pro nostris me  
ritis. Et breuiter ipse domin⁹  
omnia opera nostra operatur  
in nobis: vt dicitur Esa. xxy.  
Et hoc totū mediante angelo  
suo predicto. i. mediante bona  
morte sua et voluntate: que  
custodit nos in presenti / et tā  
dem introducer in locū quem  
preparauit nobis: scilicet in ce  
lum. hinc psalm. au. Spirit⁹  
suis bonus deducet me in ter

ram rectam: zc. Nonne igitur  
obseruare debemus tūc ac tā  
lem dei angelum: et audire vo  
cem ei⁹: et non ipsum contēne  
re? Nō enim dimittit nos post  
quā peccauim⁹: rotaliter: quia  
immo quādiū sum⁹ in pecca  
to: nō cessat nos monere vt re  
surgam⁹: et ad ipsum reuertā  
mur. Unde Ezechie. xviij. cla  
mat / dicens: Nolo mortem pec  
catoris: sed vt magis conuerta  
tur et viuat. Itē Hier. tertio:  
Reuertere ad me Sūnamitis:  
et ego suscipiam te. Insuper si  
audierim⁹ predictū angelū: et  
fecerimus omnia q̄ per ipsum  
loquit nobis domin⁹: ipse dos  
imminis inimicus erit inimicis  
nostris: scilicet demonibus: et  
vitijs vniuersis: nos defendē  
do et protegēdo ab eis: tam in  
vita / q̄ in mortis articulo: et  
affligentes nos affliget. Deni  
que precedet nos / et tandem  
introducet nos in terrā Am  
morei / Ethel zc. i. in celū: vnde  
cecidērunt mali angeli. Ecce  
quid operatur in nobis ange  
lus domini: id est / motio et in  
spiratio ad bonum: si modo di  
ligenter audierimus dictum  
angelum.

¶ Moraliter et secundo / ista  
possumus exponere de bono  
angelo / custode nostro: quē cō  
tēnere non debemus: sed debi  
tam reuerentiam illi exhibere /  
etiam in quocunq; loco sum⁹:  
nec eo presente facere qd̄ pre  
sente mortali homine facere nō  
vellemus. Ipse nempe operat  
in nobis multiplex beneficiū /  
prout in presenti declarat. Et  
similiter Augu. ad fratres in  
eremo. ser. xly. q̄ intitulat de  
angelis

angelis et hospitalitate: vbi sic  
ait / Ipsi sancti angeli pro no  
bis contra demones pugnant /  
et victoriā obtinent. Ipsi sunt  
per quos ad fletū cōrrectionis  
penitentie et orationis induci  
mur. Ipsi sūt per quos nostra  
facta vel cogitata: ad celū hi  
lariter portantur. Ipsi sunt fra  
tres nostri: qui valde nos dili  
gunt nos vbiq; instruunt / in cui  
ctis nos protegūt / nostrū adue  
tum expectantes ad celū: et se  
des paradisi per nos repleri  
affectant. Ipsi sunt sanctissimi  
spir⁹ / q̄ nobis dormientib⁹: cu  
stodes assunt / nobis orātib⁹  
tripudiantes assistūt. Quis er  
go fratres charissimi eos non  
diliget? Quis non veneretur?  
maxime cum in conspectu dei  
semper assistant. Et post pau  
ca: Ipsi sancti angeli sunt per  
quos sustentamur: per quos in  
mari / et in terra iuuamur: per  
quos mente et corpore illumina  
namur: per quos in tribulatio  
nibus et angustijs consolamur:  
per quos ab infirmitatib⁹ fre  
quenter liberamur: per quos et  
a quib⁹ i extremis cōtēpla  
mur: per quos in fide solidamur:  
per quos a maligno spiritu de se  
sumur: et obt. r. victoriā: ad pa  
radisum: vel purgatorij: q̄ col  
de deportamur. Et dū ibi pur  
gamur / ab ipse sepe visitari et  
cōsolari nō dubitam⁹: promi  
tēs celestē Hierusalē ciuita  
tē nos ingressuros. Hec ille.

¶ Moraliter et tertio / illa p̄  
ba / Angel⁹ me⁹ p̄cedet te: et cu  
stodiet in via / et introducer in  
locū quē preparauit tibi: notatur  
triplex gratia q̄ necessaria est  
homini cupiēti puenire ad ter

ram promissionis. s. mchoans /  
cooperans et cōsummans. Nā  
per hanc triplicē gratiā prepa  
ratur nobis ille locus: de quo  
per quos ad fletū cōrrectionis  
apostolus ait: q̄ dominus prepa  
rat illis ciuitatem: q̄ nō habet  
hic manētē: sed futuram: in  
quirunt.

¶ Moraliter et quarto / per se  
ptem gentes expellendas de  
terra promissionis vt sūt / Is  
rael possunt in ea pacifice habi  
tare: septē designant peccata  
capitalia q̄ expellēda sunt de  
anima peccatrice. In cuius fi  
gurā Chri⁹ cecit septem de  
mons a Maria Magdalena:  
vt legit Marci vlt. et Luc. viij.  
Hec sūt cetero ad hoc neces  
saria est vt virtutes et dona spi  
ritus sancti habitēt i dicta con  
sciētia. Nā vt dicit hic glo. or  
di. non possunt virtutes cū vi  
tijs morari. Hoc autē promi  
tē ibi declaratur. Vnde ibi.

¶ Moraliter et quinto / et con  
formiter ad fratē Petrū Ber  
chouē. p̄ hostes filiorū Ipsi  
intelligūtur tribulationes: que  
cōtinue nos molestant. Et si  
muliter per bellas contra eos  
multiplicatas / motus carna  
les designantur / q̄ brutaliter  
nos inestant. Illud est ergo  
verū q̄ de⁹ de terra nostra: scz  
de nostro corpore: hostes no  
stros. s. nūdi tribulationes: pe  
nitus et subito nō euellit: quā  
immo ipsas nō hīcū vincere et  
manere permittit. Hoc autē  
facit ne bestie carnalū motū  
et rērationū cōtra nos crescant  
et ne virtutū solitudo et caren  
tia / in terra nostri corporis in  
ualescant. Cōstat enī: q̄ cū q̄s  
sine tribulatione in p̄p̄ritate

Rk iij viiur:

viſit: terra ſua. i. perſona ſua ad ſolitudinem et ſterilitatem virtutū faciliter tendit: et beſtia deuorans. i. carnis tenta- tio: ipſum faciliſter corrumpit et inuadit: ita vt diabolus de- cat illud Deute. xxij. Dent es beſtiarū inuittam in eos: cū ſurore trahentiā ſuper terrā arq; ſerpentiū. Utile eſt ergo viro iuſto habere tales mundi tribulationes et aduerſitates vt in eis exerceat: et ne peio- res hoſtes. i. beſtie: id eſt carnis beſtialitates et immūditie contra eū augeantur. Merito ergo dicitur in Pſalm. Multe tribulationes iuſtorum.

¶ Vel dic ad literam i q; diuina prouidentia nunq; dimittit hominē ſine hoſte: vt ſemp ha- beat quod timeat: et exercitatio- rior atq; cautior inde fiat. Si- cur enim videmus de altis reg- nis et dominij: q; vt cōmuni- ter ſemp habent aliquos ppe- tuos hoſtes: cū quib; quaſi p- petua gerūt bella: ſicut facile poteſt dari multiplex exēplū: ita etiam in propoſito. Uider enim diuina prouidentia q; vi- riuſtoſoſpeceret: ſi popul; ho- ſtes contra quos vires exerci- tat non haberet. Quapropter hoſtes hominib; occulte ſuſci- tat: et iſ regnis et prouictijs for- te rāq; illis bonū et vtile. Si- cut ponit Dioſc; de Carthagi- ne vbe Romanis inſeſtiſſima et rebelliffima. Nā cū hanc vbe Romanī poſt inſinitas ce- des et clades viciſſent et cepi- ſent: diu deliberatū eſt a ſena- tu Romanorū: vtrū illa vbs dele- ri deberet. Aſſerentibus plurimis nō eſſe vtile q; dele-

retur: vt in vbe rebellioſibus decita: vtrū Romana in bel- lis exercitareſ: q; alias ſi ſine hoſte et timore viueret: per tot- iorū ipſum faciliſter laſſa- rerur. Quia ſicut dicit Uege- tius ſine exercitio ingenia in artibus et brachia in hūanis corporibus irriſeſcunt. Pater ergo cur diuina prouidentia permittit homines vnius pro- uicte: aut regni: impugnari ab hoſtibus ſuis.

¶ Moraliter et ſexto per hoc q; dñs pcepit populo Iſrae- litico: q; cū Chanaanis popu- lis: fedus nō iniret. Item q; in terra ſua eos nullatenus ma- nere ſineret: Non habitēt (in- quit) in terra tua: ne forte pec- care te faciāt in nic: ſi ſerui- tis dñs eorū. Per hoc (inquā) deſignat i q; cū peccatoribus et iniquis: ſive Iudeis: ſarrace- nis vel hereticis confederari: ſive amicitijs contrahere: vel nobiſcū morari permittere: nō debemus: ne forte contingat ſimplices erroribus eorū deci- piter ad adorandū deos eorū. i. ad credendum eorum perſi- diam inclinari. Idem dic de vſurarijs et alijs publicis pec- caroribus. Unde Pſalm. Non habitabit in medio dom; me- i: qui facit ſuperbiam. Et ſimile eſt de alijs peccatis: per q; ali- pot eſt coinquinari i dicente Pſalm. Cum peruerſo peruer- teris. Item Hierony. iij. parte epiſtolarum ſuarū. epiſt. lxxxv. Nihil (inquit) tam nocet homi- ni q; mala ſocietas. Talis eſt: efficitur homo: qualem ſocie- tate fruſtur. Nunq; cum agno- lup; paſcitur i aut pacifice ha- bitat.

bitat. Vtr certe caſt; luxurioſi ſocietatem auſugit. Pluſq; im- poſſibile puto: virum diuiri in bonis operibus permanere: d- malorū a ſeſua conuerſatione vritur. Nec ille.

¶ Moraliter et ſeptimo: No- tandū q; per filios Iſrael: qui interpretant videntes) ſigni- ficantur contemplati et viri iuſti: qui tunc vadunt ad occu- pandum terram ſuam: quando ſtudent in effectu domare car- nem ſuam: et eā ſpiritu (quā- rū paritur ſtatus preſens) ſub- iugare. Dominus autē hoſtes eorū. i. carnis tentationes: nō ſtarim vult delere: vt ſic eos i humilitate conſeruet. Itē vt virtutem ſue conſtantie cōtra huiusmodi tentationes valeāt erocere: q; nulla virtus ſine hoſte regnat. Ipſos tamen ho- ſtes. i. carnis tentationes i vult cum eis ſub tributo et ſubie- ctione viuere et manere. Unde dicit Beñ. iij. Subter te erit appetitus tuus: et tu domina- beris illius. Quia alias beſtie. i. peccata ſpiritualia: ſicut eſt ſuperbia: elatio: inanis gloria: contra tales multiplicarent: et ſic in ſolitudinem ſpiritualē redigerentur i atq; virtutem opulencia priuarentur. Quia reuera ſepe ſit i q; illi qui car- nis tentationes non ſentiant: de ſua caſtitate ſuperbiunt: et ſic multiplicatis in eis beſtjs: id eſt ſpiritualibus vitijs: no- uiſſima eorū ſunt peioza prio- ribus. Utile ergo eſt hoſtes: id eſt tribulationes et tentatio- nes ſentire: vt diſcamus humili fieri: et nullatenus de nos- tra iuſtitia ſuperbire: aut pre-

ſumere: iuxta illud Hebreorū quinto: Didicit ex his que paſ- ſus eſt obedientiam. Item pat- me Corinth. v. dicit apoſt. de quibusdam: Quos tradidi Sa- tan in interitum carnis ſue vt ſpiritus ſaluus fiat.

¶ Moraliter et octauo: nota- dum ſuper illō verbū: Nō inſi- bis cum eis fedus. Quinimo preceptū eſt eſdem filijs Iſ- rael: q; deos ipſorum gentiliū non colerent poſtq; habitaret in terra ipſorum: ſed q; lucos deos: et itatus ipſorum Chana- neorū inſidelū deſtruerent et deleerent. Notandū (inquā) q; per hoc omnia deſignatur i cū filij Iſrl. bñ religioſi de- ſtinant p obedientiā ad terras Chanaanorū. i. ad monaſteria: in quib; diſſolue viuifor- marionis gratia: ſime cauere debent deos talū. i. vitia et malos mores colār. i. ſequant; et cū eis ſedera male ſocietatis inire. Quinimo iſti nouiter introducti debēt deos alioſ: i. vitia deſtruire: ſit et pra- uas cog. cōſuetudines inuerſe- ratas. Inſuper ſi opus fuerit de dicto monaſterio ſubmoue- re: et ad aliud tranſmittere. Nā arbor aut vinea que non fru- ctificat in vna terra: tranſplan- tata in aliam terram i frequē- ter fructificat. Applicatio eſt facilis.

¶ Moraliter et nono: eundem tertium poſſumus exponere de multis curatis et predicatori- bus: qui debent acriter incre- pare vitia: et non inire fedus cum malis: qui tamen ſepe de- os eorum adorant. i. vitia eorū diſſimilāt: et quādoq; eorum

opera mala faciunt: vt pote  
quādoq; potēdo cum eis vltq;  
ad p̄bicos: vel iudēdo ad iu-  
dos interdictos: et huiusmodi:  
Ita vt quādoq; ipsi secularib;  
detrictores fiant. Taceo de il-  
lis prelatiis / aut p̄dicatoib;  
sive cōfessoribus / qui habitāt  
in curiis principū / qui non de-  
bite increpāt vitia eorum. De  
numero autē raliū non erat  
ille cōfessor cuiusdam princi-  
pis (quē optime noui) de quo  
intellēxi q̄ semel noluerit ab-  
soluere dictum principem: eo  
q̄ nollet obtemperare eius  
consilio: vbi obtemperandum  
et obediendum erat.

¶ Moraliter et decimo iuxta  
illud verbum p̄mū: Ecce ego  
mittam angelum rē. Notandū  
conformiter ad magistrum Ni-  
colaum de Lyra q̄ per angelū  
domini intelligit̄ bonus pre-  
latus: secularis (vel religioſus:  
iuxta illud Malachie. ii. Labia  
sacerdotis custodiūt scientiā  
et legem ex eius ore requirēt:  
supple / subdit: angelus enim  
domini exercituum est. Talis  
autem angelus debet precedere  
subditos suos in via morū  
verbo et exemplo: et quantū in  
se est / finaliter eos introduce-  
re in locum quem preparauit  
illis deus: scilicet in celum.

¶ Moraliter et vndecimo iux-  
ta illud: Non erit infecunda  
rē. Notandū conformiter ad  
eundē de Lyra: q̄ per hoc de-  
signatur / q̄ in congregatione  
religiosorum / seu aliorū bene-  
vuentium / non debet aliquis  
sterilis inuenti: id est / qui ca-  
reat bono opere: aut laudabili  
exercitio. Nullum enī vult do-

min⁹ octosum esse in presentē  
sed vnicuiq; adulro dicit illud  
Mar. vt. Uade in vineam meā:  
et quod iustum fuerit / dabo tibi.  
¶ Moraliter et duodecimo iux-  
ta idem p̄positū. Notandū  
conformiter ad glo. interli. q̄  
p̄pter peccata hominū sepe cō-  
tingit sterilitas mulierū et anti-  
malū / meūdo et t̄p̄l⁹ terre. De  
p̄mo et sc̄do legitur Sen. xij.  
Itē. xxvj. q̄ p̄p̄ vxores Abra-  
he / et Isaac filij sui sacre sūt ite-  
riles mulieres et animalia i do-  
mo pharaonis et Abimelech.  
Et Michol nō est natus sūt /  
q̄ dicitur D. iud. vt legitur. ij.  
Reg. vj. Uñ Deuter. xxvij. in-  
ter dei maledictiones q̄ dant̄  
p̄pter peccata hominū / sic dicit  
Maledict⁹ fructus vēris tui:  
q̄ dicitur ad mulierē. et male-  
dictus fructus terre tue i aruē  
ta boum tuorū / et greges ouū  
tuarū / sive supple maledicta.  
Uñ D̄sec. ix. de his q̄ profunde  
peccauerūt / dicit: Da eis dñe  
vulū sine liberis / et vbera arē-  
tia. De rerto dicit i psal. De-  
dit terrā eorū fructiferā in sal-  
uginē / et malitia inhabitantū  
in ea. Itē Sen. ij. Maledicta  
terra i opere tuo. Sed spiritus  
liter illud exponēs: Non erit  
infecunda / neq; sterilis in terra  
tua: per hoc voluit dicere do-  
minus / q̄ nulla mulier. i. nulla  
humana cōscientia debet esse  
infecunda aut sterilis. i. sine bo-  
no p̄posito / aut bono opere /  
nec etiā sine gratia dei. Aliq̄  
tñ sunt fecūdi in cōcipiēdo bo-  
nū p̄positū / q̄ tñ sunt steriles  
in pariendo: q̄ non erequunt̄  
efficaciter suū bonū p̄positū /  
sed permittunt ipsum extingui  
et perire:

et perire: cōtra quos loquitur  
Apost. j. Thessa. v. dicit: Spi-  
ritum nolite extinguere.

¶ Moraliter et decimo tertio /  
iuxta illud: Nō eiciā eos a fa-  
cie tua anno vno. Notandū cō-  
formiter ad glo. ordi. q̄ geres  
iste vitia significāt: que nec si-  
mul nec vno tēpore in sanctis  
extinguuntur / ne mōtra terie  
multiplicent. i. ne in superbiā  
eugant / et vanā gloriā / et huius-  
modi. Et hac autē glo. potest  
sic obijci (secūdam Hugonem  
Lardi) Nō ergo dñs simul o-  
mnia peccata dimittit. Ad q̄  
respondet / dicit: Quādoq; pu-  
ra tenenda est historia / quan-  
doq; allegoria cum historia.  
Et si ad literā dñs geres illas  
a facie illorū Israel paulatim  
eiecerit / q̄ vitia designant:  
nō tamen moraliter dicendū /  
q̄ dñs ideo dimittat oīa pecca-  
ta mortalia paulatim: sed li-  
mul. Vel dic aliter / q̄ dñs vi-  
tia paulatim dimittit. i. reliq̄-  
as peccatorū / sive prouitates.  
quia in bonis operibus assue-  
scido / debilitatur fomes et pe-  
nitias ad peccandum.

¶ Moraliter et decimo quarto /  
iuxta illud verbū: Emitta scab-  
iones rē. Notandū conformi-  
ter ad don. inū Petri de Pal.  
q̄ p̄ scabides intelligit̄ timorē  
dñi seruilis / qui introducit ti-  
morē dñi filialis et charitativū /  
sicut sc̄ta introducit filū. Vel  
per scabiones (qui de cadaue-  
ribus nascunt̄) significant̄ acu-  
lei timoris de peccatis / cōscie-  
tiam pungentes: qui frequen-  
ter fugant demones. Uñ Deu-  
tero. vij. Insuper et scabiones  
mittet dñs deus tuus in eos /

donec deleat omnes atq; dis-  
perdat.

¶ Moraliter et decimo quinto /  
Notandū q̄ totus iste text⁹  
potest exponi de deuoto catho-  
lico ab humanis decedēte. Nō  
tunc dñs specialiter mittit an-  
gelum suū bonū / qui precedat  
eum versus celum: et custodiat  
ipsum a malignis spiritib; / tūc  
maxime tali decedent infus-  
tantib;. psal. Insidiat quasi  
leo in spelunca sua: insidiatur  
vt rapiat pauperē / supple vici-  
num mori. Itē Abac. iij. Ibi  
abcondita est fortitudo eius:  
supple ab oculis infidelitū / sed  
non ab oculis ipsius mouētis:  
sicut patuit de beato Marti-  
no / qui tunc cū vidit in forma  
cruente bestie. Itē mittit tunc  
dñs angelū suū: vt tandem in-  
troducat spiritū in locū quem  
illi preparauit de / per eternā  
predestinationē / scz in celum.  
Uñ Luc. xvj. legit de mendico  
Lazaro sic: factus est vt mori-  
retur mendicus: et portaret ab  
angelis in sinū Abrahę. Tunc  
etiā / scz in morte iusti: dñs in-  
micus efficitur inimicus illius:  
et assilentes enī supple demo-  
nes: assiligit: eos repellēdo et p̄-  
pulsando / ne tñ nocent mo-  
rienti / quantū nocere vellent.  
Insug dictus angelus introdu-  
cet dictū mouētē: tanq̄ mīn-  
ster dñi in terrā Ammæ /  
Etheorū rē. i. ad sideras  
māiones / vñ ceciderunt mali  
angeli. Deniq; tūc idē deus et  
dñs terrorē suū mittit in pre-  
cursum ipsi⁹ fidelis decedētis:  
similiter tunc cunctorū inmi-  
corū suorū / supple spiritualū /  
corā eo terga vertet: emittens  
scabiones

scabrones. i. bonos angelos q  
fugabūt p̄ictos Chanaanosi  
Ethiops ac. i. malignos spiri  
tus. Vñ p̄sal. ad p̄positū lo  
quū dicitur: Sicut defecit fam  
deficiant: sicut sicut cera a fa  
cie ignis: sic pereant peccato  
res a facie dei. i. demones qui  
autonomatice dicunt peccato  
res. Sed quomodo pereant a  
facie dei: quā nunq̄ viderūt  
nec visuri sunt in peperūt? Di  
cendū q̄ per facie defecit intelli  
gitur ei p̄sentia: quā exhibet  
iustis mortentibus: que terret  
et fugat ipsos demones: sicut  
lux tenebras: r̄ dies noctem.

**¶ Allegoicē r̄ primo r̄ cōfor  
mari ad glo. interll. p̄ angelū  
quē promittit dñs filiis Israēl  
ingressuris terrā p̄missionis:  
intelligit Chriſtū: qui fuit ma  
gnū cōsiliū an zelus. Angelus  
enī est nomen officij. Nā idem  
est qd̄ nūcius: ipse aut̄ Chriſt  
venit in hūc mundū nobis nū  
ciarū dei patris voluntatē.  
Itē hic est an zelus: quē alius  
angelus: scz̄ Sabel p̄cun  
ciauit venturū ad virginē Ma  
riā: vt dicit Luc. i. Et Malac.  
iij. Ecce ego mitto angelum  
meū: r̄ statim veniet ad tēplū  
sum dominator quē vos que  
ritis: et angelus testamenti  
quem vos vultis. Hic est Chri  
stus qui fuit angelus: id est: nū  
cius noui testamenti. Punc  
itaq̄ agelū misit deo pater ad  
nos: p̄: er r̄ta summe necessa  
ria. Primo qd̄ vt precederet  
nos in via: qua iur ad celū: si  
cut portor luminis precedit  
alios. Ipse aut̄ ait Joan. viij.  
Ego sum lux mādī: q̄ sequitur**

me: nō ambulat i tenebris: sed  
habebit lumen vite. Scdo vt  
custodiret nos in eadē via ab  
hoste maligno. Joā. vi. Nec est  
voluntas ei⁹ qui mittit me pa  
tris: vt omne qd̄ dedit mihi nō  
perdā ex eo. Item eiusdē. xviij.  
Quos (inquit Chriſt⁹ ad patrē)  
dedit mihi ego custodiat: et  
nemo ex eis perit nisi filius p̄  
ditiōis. Tertio iur nos in celū  
introduceret. Joā. xliij. Clado  
vobis parare locum. Hic itaq̄  
angelus testamētī nō est con  
temnendus: sed in sacro euang  
elio loquēs aud: endus: r̄ ob  
seruandus: qz̄ nō dimittit nos  
omnino postq̄ peccauim⁹: sed  
expectat nos vt miserat nos  
stri: vt dicit Esa. xxx. In sup  
nomen patris est i illo. i. essentia:  
ita vt sint vnū. Joā. x. Ego et  
pater vnū sumus. Deniq; ipse  
de⁹ pater promittit nobis spe  
cialē protectionē: casu quo ef  
ficaciter audierim⁹ dictū an  
gelū: dicens: Quis si audieris vo  
cem ei⁹: inimicus ero inimici  
tuis: r̄ a filigam astringentes te.  
Precedetq; te angelus meus:  
id est: Chriſtus: vel bonus an  
gelus. Et tūc exponit vt prius  
in vltima expositione moralī  
dictum est.

**¶ Allegoicē r̄ secundo r̄ cō  
formiter ad dām Petrum de  
Pal. Iste angelus est Chriſt⁹:  
qui est magni cōsiliū angelus:  
missus a deo patre in hūc mū  
dum. Joā. iij. Sic de⁹ dilexit  
mundū: vt filiū suū vnitentiū  
daret: vt omnis q̄ credit in eū  
non pereat: sed habeat vitam e  
ternā. Et iterū ibidē: Non est  
de⁹ mittit filiū suū in mundū:  
vt iudicet mūdū: sed vt saluet  
mundus**

mundus p̄ ipsum. Hic scilicet an  
gelus est diligētē audiedus:  
r̄ obseruandus: r̄ nō contēnen  
dus. Cui⁹ tñ corrariū fecerunt  
Iudei: q̄ dixerūt: Vidim⁹ eum  
nō habere speciem: neq; decore.  
Nos putauim⁹ eū q̄ leprouū:  
et percussim⁹ a deo: r̄ humiliatū  
Esa. liij. Ac vero q̄ eū sic con  
tēperunt: non dimittit impu  
nitōs: sed iam puniuit p̄ Titū  
r̄ Vespasianū: atq; dure incre  
pabit in die iudicij. Fuit etiā  
nomen patris in eo. i. vitē. Cū  
Philip. ij. dicit q̄ ipse dedit ei no  
men: qd̄ est sup̄ omne nomen.  
Quis aut̄ hic p̄mittit dñs se p̄  
curatū Chanaanos inhabitā  
tes terrā p̄missionis: r̄ pau  
latim expulsiū illuc: intro  
ducitū dictos filios Israēl:  
designat fideles Chriſtianos  
occupaturos terras prius oc  
cupatas ab infidelib⁹: r̄ idolo  
latris: atq; Iudeis. Hoc tñ nō  
plene fiet cito: sed paulatim:  
cōplere aut̄ r̄ integraliter ver  
sus finē mundi: quandoquidē  
reliquit Israēl salue fieri Esa.  
z. r̄ fiet vnū ouile: r̄ vn⁹ pastor  
Joan. x. Tunc etiā ponet dñs  
terminos ecclēie Chriſtiane  
a mari vsq; ad mare: r̄ a flumi  
ne vsq; ad terminos orbis ter  
rarū. Et sicut Josue paulatim  
destruxit idololatriā de terra  
Chanaan: ita r̄ Chriſt⁹ qui et  
Josue. i. mundi saluator dicit⁹  
est: predicās tam per se: q̄ per  
apostolos suos: atq; eorū se  
quaces: expulsi r̄ expeller om  
nem idololatriā de mūdo isto.

**¶ Allegoicē r̄ tertio p̄ Cha**

naneos r̄ ceteras nationes in  
fidelis: de quibus precepit do  
minus filiis Israēl vt paula  
tim eas eijcerēt de terra pro  
missionis: designant Iudei: q̄  
nequaq; sunt tollerādi in ter  
ra inhabitata a filiis Israēl. i.  
a Chriſtianis: qui vident deū  
p̄ fidē: r̄ q̄ sunt specialiter filij  
dei: qz̄ regenerati sacro fonte  
baptismatis. de quibus Joā. j.  
Dedit eis potestatem filios dei  
fieri: sed quib⁹? Certe his qui  
credunt in nomine eius: r̄ qui  
ex deo nati sunt: scz̄ modo p̄  
dicto. Sunt igit̄ tales Chana  
ne. i. Iudei: p̄ principes Chri  
stianos qui habent manū tor  
tem eijcedi de terra: r̄ de mes  
dio Chriſtianoꝝ: ne modicum  
fermentū totā massam: aut sal  
tū multū corrumpat: vt dicit  
Apost. j. Corin. v. Expurgate  
(inquit) veteris fermentū. i. Jus  
deos inueneratos ab antiquo  
in perfidia sua. Cuius causam  
subdit: cum ait: Ut sitis vos  
supple Chriſtiani noua cōsp̄  
sio: id est: vt sitis synceres in  
fide. Unde propter talem ex  
purgationem rex Francie ex  
p̄uilegio apostolico vocatur  
rex Chriſtianissimus. Et nu  
ne vsq; ad terminos orbis ter  
rarū. Et sicut Josue paulatim  
destruxit idololatriā de terra  
Chanaan: ita r̄ Chriſt⁹ qui et  
Josue. i. mundi saluator dicit⁹  
est: predicās tam per se: q̄ per  
apostolos suos: atq; eorū se  
quaces: expulsi r̄ expeller om  
nem idololatriā de mūdo isto.  
Qua eijctā torus mūdus ado  
rabit vnum solum verum deū:  
vt dictum est.

**¶ Allegoicē r̄ tertio p̄ Cha**  
et moitem

et mortem cum vident filios eorum qui occiderunt eum: sicut filius memorat mortis patris quando videt eum qui ipsum occidit. Nihilominus quia dicitur Iudei infesti sunt Chustiani ubi possunt prevalere: continententes ritum eorum: et simplices seducenres atq; imperfectos ubi possunt: Insuper quia sepe comperit est q; iniuriati sunt sacramento altaris: ideo optimo iure possunt eos de finibus suis eijcere. Unde et subditur: Disperge illos in virtute tua: et depone eos: supple de habitacionibus suis. Nullatenus tamen cogendi sunt ad fidem: nec eorum paruuli ipsi inuitis baptizandi. Sed vt rursus relinquendum est diuino iudicio et voluntari: quis cui vult deus miseretur: et que vult indurat: vt dicit in decretis diuini. xlv. de Iudeis quia vt dicitur tibi glo. et ponit. xxij. q. iij. vides. nemo inuitus fit bonus. Hoc etiam prohibetur in sacros catholicos habere ecclesia: vt dicitur ubi supra: et sunt verba Augustini.

¶ Allegorice 2. iij. iuxta illud: Benedicam panibus tuis et aquis. Istud potest referri ad duo precepta sacramenta: scilicet altaris et baptismi: quorum vnum est maxime necessarium: scilicet baptismus: quia nisi quis renatus fuerit denuo non potest videre regnum dei. Ioan. iij. Alterum autem scilicet sacramentum altaris: est maxime dignitatis: tanquam continens realiter ipsum Chustum: et non solum effectum ipsius. Ioan. vi. Ego sum panis viuus: qui de deo et de patre ergo be-

nedicit deus panibus nostris et aquis: cum benedicit per species: lem gratiam vtique sacramentorum: scilicet altaris: cuius materia est panis: et similiter baptismi: cuius materia est aqua. Plus valiter autem dicit dominus de sacramento altaris: benedicam panibus tuis: propter frequentationem et reiterationem ipsius sacramenti. Idem etiam potest dici de benedictione aquarum. Non tamen sic intelligendo quod ipse baptizatus reiteretur circa eundem: sed circa diuersos: quod character baptismalis est indelebilis: nec perditur ex quocumque peccato: vt patet. i. q. i. quod quidem. ante medium. Item xxx. q. vii. vnde legitur.

¶ Allegorice et quicquid Pharaoncos: ceterosque infideles existentes in terra promissionis: et quos non deleuerunt filii Israel vno anno: sed paulatim: intelligitur heretici: qui sunt in ecclesia in medio trinitatis estis: et qui non possunt de facili ex cito extirpari: vt scilicet habent deuoti catholici: et signatim doctri et literati: materia boni et laudabilis exercitum. Hinc Apostolus. i. Corinth. xij. ait: Operetur inquit hereses et sceler: vt qui probati sunt: manifesti fiant in vobis. Super quo dicit glo. inter. q; Apostolus non vult nec operatur hereses esse: sed scit futuras. Item quia hoc velle est: vt qui probati sunt: manifesti fiant. Item glossa ordi. dicit: quod heretici profunt suo malo ecclesie. Omnes inquit inimici ecclesie: vel errore cecati: vel malitia deprauati: presunt ecclesie: quod si accipiunt potestatem corpora-

corporaliter affligendi: exerceret eius patientiam. Si vero male faciendo aduersantur ei: exerceret eius sapientiam. Ab aduersario enim mata questio: discendi existit occasio. Sicut patet in gymnasium Sorbonico Paris. Non est ergo necesse: nec bonum simpliciter hereses esse: aut per se laqueum ex parte hominum: sed ex parte dei elicientis: et hoc bonum. Quia sicut dicit Augustinus in Enchiridionibus: Deus adeo omnipotens est et bonus: quod non faceret mala fieri: nisi ex eis eliceret maiora bona. Sicut et persecutione tyrannorum ipse elicit admodum ergo aurum probat in fornace: sic et fideles inter hereticos. Practica de modernis hereticis Lutheranis. Et breuiter (vt dicit Augustinus. lib. vii. confessionum) Improbatio hereticorum facit eminere quid ecclesia Christi sentiat: et quid sana doctrina habeat. Nec ille.

¶ Allegorice 2. vi. iuxta principium presentis clausule: notandum quod per angelum potest intelligi bonus et deuotus prelatus: angelicam ducens vitam: qui scilicet a deo datur et mittitur: vt per ipsum populus exemplariter procedatur: virtualiter custodiarur: et ad locum paratum id est ad paradysum finaliter introducatur. Quia reuera rationalis prelatus debet esse a deo missus: et datus: non affectione inordinata: vel per simoniam procedens. Debet etiam populum precedere in omni virtuoso et laudabili opere: atque exemplariter anire: vt possit cum effectu dicere subditis cum Chri-

sto: Exemplum dedi vobis. Luc. xxiij. Insuper debet populum suum ab aduersariis. i. a demonibus hereticis: et tyrannis defendere: et vti salutis populo suo preparare: et sic ipsum (quam in se est in paradysum introduce re. Et de tali angelo scriptum est Malac. iij. Ecce ego mitto angelum meum: qui preparabit viam ante faciem tuam.

¶ Allegorice 2. vii. ista verba possunt recte exponi de sanctis patriarchis: qui fuerunt tempore legis naturalis: aut scripte: quales fuerunt Noe: Abraham: Ioseph: Moyses: et similes: qui tanquam angeli fuerunt a deo missi: hoc ideo vt precederet verbo et factio: sive exemplum: populum sue gentis: et introduceret (quantum in eis fuit) dicunt populum in locum quem preparauit illi dominus: scilicet in Ierusalem: vsque ad celi apertionem: signatim per Christum. Et breuiter (vt dicit Gregorius in prologo suorum moralium. ca. x.) quemadmodum altra suis vicibus in faciem celi veniunt: quousque sol in finem noctis oritur: sic ad illuminandum noctem silentis vite: mittit deus varios sanctos et patres: quousque venit in hunc mundum: versus sol illuminaturus omnem hominem venientem in hunc mundum. Nam ad ostendendam innocentiam: venit Abel: ad ostendendam longanimitatem: scilicet venit Noe. Ad insinuandam obedientiam: venit Abraham. Ad ostendendam castitatem: venit Ioseph. Ad insinuandam virtutem sanctimoniam: venit Moyses. Ad ostendendam inter flagellam patientiam: venit Job. Nec ille.



**Exodi viceſimoquarto,**

**Me.** Tu vero adde q̄ ad osten-  
dendam rotundam vite perfectio-  
nem z conformationem tan-  
dem venit Chylius. Ad cuius  
imitationē hortatur nos Apo-  
stolus Ephē. v. dicens: Estote  
imitatores dei sicut z filij cha-  
ritatis. Postremo verus finē  
seculi mīr illos angelicos vi-  
ros z euāgelicos Dominicum  
scilicet z Franciscum qui nun-  
ciarent mūdo penitentiā pūi-  
cipaliter super tribus sceleris-  
bus: de quibus. I. Joan. ij. Om-  
nia quod est in mundo concupi-  
scentia carnis est z concupiscē-  
tia oculorum z superbia vite.  
Di itaqz angelici viri precesserunt  
vna cum suis sequacibus  
secundū domini aduentum: sic-  
cut z Joan. Baptista precessit  
primum. Et quicumqz efficacie-  
ter audierit vocem eorum pe-  
nitentiam agēdo et a peccatis  
cessando atqz bonis operibus  
in iudicio dominus defendet eū  
in vita pariter z i morte ab in-  
imicis suis spiritualibz. Et illud  
est quod promittit dominus in  
figura huius populo Israelidi  
cens: Inimicus ero inimicis  
tuis z astringente affligam.  
Insuper introducet cum in il-  
lam terram viuentium de qua  
olim ceciderunt infideles spiri-  
tus Michael cum suis cetera  
eos preliante iuxta illud Apo-  
caly. xii. Factum est preliū ma-  
gnum in celo Michael zc.  
Anagogice istud possum⁹  
exponere de animabz beatis  
que ex dei ordinatione in fine  
seculi descendent in hanc val-  
lem miserie non quidem vt ire-  
rum patiantur sed vt suis cor-  
poribus reuincantur: sicqz totus

homo in celo imitetur in tota  
parte scilicet et anima. Occurren-  
te igit dicta resurrectio i do-  
minus mittet suum angelum q̄  
precedet descensum dictarum  
animarum vt clamet et dicat:  
Surgite mortui venite ad ius-  
ticiam. Itē vt cooperet huius-  
modi qui tūc reformabit corpus  
humilitatis nostre: configuratū  
tū corpori claritatis sue: vt ha-  
betur philip. iij. Deinde vt cu-  
stodiat ipsum hominem glorio-  
sum in via qua itur ad celū: iux-  
ta illud psal. Spiritus tuus  
bonus deducet me in terrā re-  
ctam. Et tādē introducet dē-  
ctum hominem electum in locum  
quem preparauit ab eternis  
no illi deus: de quo Joā. iiii.  
In homo patris mei mōiones  
multe sunt. Preceder igitur an-  
gelus bonus quemlibet beatus  
ascendentē in celum: in spiritu  
et corpore: z introducet eū ad  
Amorēū z Etheum z p̄ he-  
resem zc. id est ad sideres il-  
las mōiones ad quas perue-  
nissent mali angeli si in bono  
gratie (in quo cōditi sunt) per-  
sisterent.

**Exodi. xliij.**  
**Prima clausula.**



**M**oyſi quos  
que dicit:  
Ascēde ad  
dñm tu et  
Barō Nadab  
et Abiur et seps-  
tuaginta se-  
nes ex Is-  
rael: z adorabis procul. So-  
lusqz Moyſes ascendet ad do-  
minum: z illi non appropinqua-  
bunt!

**Clausula prima. So. cccclv.**

dunt nec populus ascendet cū  
eo. Venit ergo Moyſes z nar-  
rauit plebi oia verba dñi atqz  
iudicia. Responditqz omnis po-  
pulus vna voce: Omnia verba  
dñi que locutus est faciem⁹.  
Scripsit autē Moyſes vniuer-  
sos sermones domini.  
Distinctor: Postqz in p̄ce-  
denti caplo dñs locutus est de  
multiplici p̄cepto iudiciali: pa-  
riter z de quiete septimi anni  
z septimi diei. Itē de rebus so-  
lemnitatibus de hēdo non co-  
quēdo de angelo p̄cedēte de  
hostibus eiciēdis paulatim: Itē  
qz filij Israel essent possēduri  
terras infidelium nō tamē deos  
eorū colerent nec sedus cū il-  
lis inirent: hic consequēter in-  
cipit loqui de ascensu ad dñm.  
Itē de volumine federis de ta-  
bulis lapideis: de moza Mo-  
yſi in mōte. Refert ergo Mo-  
yses famul⁹ dñi qualiter dñs di-  
xit ei: Ascēde ad dñm. Hic est  
igit questio de ascensu Mo-  
yſi ad dñm pro lege decalogi sus-  
cipienda. Nā in precedētibz  
ipse dñs locut⁹ est de multipli-  
ci differentia p̄ceptorū iudicia-  
lium. Hic vero incipit loqz de  
p̄ceptis moralibz ad que ordi-  
natur p̄cepta iudicialia. Finis  
autē z si sit primus in intētio-  
ne: est tamē vltimus in execu-  
tione: vt habet. ij. phil. Mihi  
loninus est q̄stio q̄ p̄cepta pri-  
mo data sunt: Iudicialia scz: vlt  
decalog⁹: Sed de hoc dicit in  
solu. ad. j. dub. dicit ergo tertius  
sēns: Mo- yſi quos dicit. In-  
terit. non dñs sed angelus in  
p̄na dñi: q̄ in figura loque-  
batur: Ascēde ad dñm. Postqz  
supple descēderis: z populo p̄-

dicta p̄cepta iudicialia tradit  
deris: ipsa cōfirmaueris: tu z  
Baron Nadab z Abiur. Iux-  
ta seniores ex Israel. Sz quos  
p̄ce ceteris iubet dñs ascēde-  
ret: dicitur: ad ostēdendum  
qz tā sacerdotes qz iudices de-  
bent esse mediū inter deū z po-  
pulum: z adorabis procul: sup-  
ple simul omnes genus sceleris-  
tes: Solus autē Moyſes ascē-  
det ad dñm. i. ad illā caliginē  
in qua dñs apparebit: et illi q̄  
scz scēti ascēderint: appropin-  
quabūt: qz supple sunt in mō-  
te. Nec populus ascēde: cū eo  
scz cū Moyſe sicut seniores p̄-  
dicit. Prz ergo qz fuerunt tres  
gradus. Prim⁹ em grad⁹ fuit  
cōmunitas populū q̄ scerit ad  
radicē mōtis. Scēdus grad⁹  
fuerit Barō Nadab z Abiur:  
Iux. senes q̄ ascēderit cū Mo-  
yſe sed non vsqz ad caliginē. In-  
tertio autē gradu ascēdit z se-  
dit solus Moyſes. Scz tur: Ve-  
nit z Moyſes. hic ponit legū  
iudicialiū p̄mario: z accepta  
tio a p̄pō. Nā cū Moyses des-  
cēdit de mōte: z narrauit  
plebi oia verba z iudicia dñi:  
ait p̄pulus vna voce: dicit⁹: Oia  
verba dñi q̄ locutus est faciem⁹:  
supple ope: z facto. Et vt dicit  
Pet. Comē. signauit Moyses  
eos futuros trāsgressores: z in  
hoc vbo mēdaces: qz nō sic fe-  
cerūt. Et sic p̄ce de senū lfalli.  
Circā hanc clausulam: mos-  
uentur aliqua dubia.  
Et primū igit dubiū: Que p̄ce-  
pta p̄mo data sunt a dño: iudi-  
cialia. an decalog⁹: Ad hoc ē  
duplex opinio. Prima est Be-  
bric⁹: dicit⁹ qz illud qd h̄pi. c.  
minus

minus ad Moysen? Ascēde ad me in montem: factum fuit autē dōminus loqueretur decē p̄cepta decalogi: de quib⁹ dictum fuit prius videlicet. x. c. tra q̄ quarta die tertij mensis ab exitu filiorū Israel de Egipto (capiēdo rāmen parrē p̄toro) dōminus dixit Moysi q̄ descēderet ad populū: ad denūciādū illis p̄cepta eius de p̄paratione populī ad recipiēdū legem ore dei promulgādā. Item ad hoc q̄ p̄neret terminos circa montem: de quibus dictum est prius videlicet. x. c. Item ad denūciādū p̄dicta p̄cepta iudicialia populū que ipse Moyses receperat a dōmino. Et cōsequenter quinto die p̄dicti mensis: Moyses edificauit altare: et asperſit sanguinē victimę super populū: in signū p̄fectionis legis: et Moyses cum Baron et senioribus ascendit ad dōminū: ad facti confirmātionem. Et cōsequenter sexta die que erat quinquagesima a die exitus de Egipto: dñs aduēniēte populū locut⁹ est decē p̄cepta: et scribent prius data: v. c. Et si dicat q̄ scribunt post iudicialia: dicunt q̄ in sacra scriptura aliq̄ prius facta frequenter scribunt posterius. Secunda est opinio catholico rum: qui cōmuniter dicunt (vt dicit de Lyza) q̄ illud quod cōtinet in. c. isto fuit factū post q̄ dōminus dederat ore proprio decem p̄cepta. Nam cum populū non posset sustinere locū quentem dñm: rogauit Moyses vt ipse acciperet legē a dōmino: et eis referret: vt dictum

est prius videlicet. x. c. Et tūc populo rediit ad castra: ipse Moyses ascendit ad dñm: et accepit ab eo iudicialia p̄cepta: quibus acceptis descendit ad populū: ad denūciādū: et tunc facta sunt ista que scribuntur in hoc. c. Et hoc dicitur (in q̄ de Lyza) videtur magis cōcordare hęc.

¶ Secundum dubium mouet propter illud verbum: Omnia verba dñi que locut⁹ est: facie mus. Queritur ergo vtrum populus sit mentitus: Videtur q̄ sic: quia non sic fecit sicut promisit. Dicendū q̄ non est tunc mentitus populus: quia sic habebat in mente: sicut promittebat ore. Mentiri autē est contra mentem ire: vel loqui. Unde magister sc̄n. distin. xxxviij. tertij d̄: q̄ mēdaciū ē falsa vocis significatio: cum intētiōne fallendi. Unde Psal̄m. loquēs de peccatoribus ait: Labia dolosa in corde et corde locuti sunt. Ubi gloss. Ubi est duplex cogitatio q̄ aliud dicitur: et aliud intenditur: ibi est mendaciū.

¶ Tertium dubium mouet propter illud verbum: Scripsit autē Moyses et c. Queritur ergo de quibus sermonib⁹ inteligitur: Dicēdum q̄ de sermonibus iudicialibus: quos ipse Moyses scripsit ad p̄peruā rei memoriā. Non autē inteligitur de decē p̄ceptis decalogi: q̄ a dōmino scripta et tradita sūt in tabulis lapideis: vt dicit gloss. interli.

¶ Quartus et primo: notādū q̄ Moyses (qui interpretatur sen vt ipse acciperet legē a dōmino: et eis referret: vt dictum

Abi: qui interpretatur mansuetus: et Abiu: qui interpretatur sptancus. Per. lxx. vero: qui numerus constat ex septenario decies ducto. Vel ex denario septies multiplicato: qui oēs ascendit ad dōminū: significatur secundum dōminū: Petrum de Pal. q̄ quicunq̄ vult ascendere ad dñm: siue ad diuinoū contemplationē: debet has omnes interpretationes habere. In primis nempe ecclesie p̄lati (qui per Moysen significantur) debent habere honestā et religioſam comitiam. I. viros mozieratos et scientificos domesticos: et viros discolos et p̄auos. Sic est d̄. ii. q̄. vij. c. pastoris. Itē duo. c. sequētibus. Tñ ibi reprehēdit quidā episcop⁹: dñs. s̄. q̄ in domo sua p̄auos homines secū habebat: et signanter quēdā p̄sbyterū lubricū. Itē ibidē. c. episcopi. sic dicit paschalis papa: Episcopi letationi et orationi vacēt: et senij secū p̄sbyteros et diaconos: aut alios boni testimonij clericos habeāt: vt sc̄m apostollū et sc̄rōz parū inſtituta: possint irrep̄hēribiles inueniri. Itē de cōsec. dist. i. episcop⁹. sic d̄: Episcop⁹ deo sacrificas testes secū habeat: in solēniōrib⁹ q̄pe dieb⁹: aut. vij. aut. v. aut Moyses: qui fuerat assumpt⁹ de aquis ascendit ad dōminū: de aquis ascendit ad dōminū: vt hic dicitur. Secūdi sūt martyres. Unde et de Stephano legitur: Actuum septimo: q̄ cū lapidaretur: eleuans oculos sursum: vidit celum apertum. Tertij sunt viri illi qui nō peccauerūt: aut si aliquando peccauerunt: postea tamen condidit

gnam penitentiam egerūt. In cuius figuram dixit Chrysostomus. Per. lxx. vero: qui numerus constat ex septenario decies ducto. Vel ex denario septies multiplicato: qui oēs ascendit ad dōminū: significatur secundum dōminū: Petrum de Pal. q̄ quicunq̄ vult ascendere ad dñm: siue ad diuinoū contemplationē: debet has omnes interpretationes habere. In primis nempe ecclesie p̄lati (qui per Moysen significantur) debent habere honestā et religioſam comitiam. I. viros mozieratos et scientificos domesticos: et viros discolos et p̄auos. Sic est d̄. ii. q̄. vij. c. pastoris. Itē duo. c. sequētibus. Tñ ibi reprehēdit quidā episcop⁹: dñs. s̄. q̄ in domo sua p̄auos homines secū habebat: et signanter quēdā p̄sbyterū lubricū. Itē ibidē. c. episcopi. sic dicit paschalis papa: Episcopi letationi et orationi vacēt: et senij secū p̄sbyteros et diaconos: aut alios boni testimonij clericos habeāt: vt sc̄m apostollū et sc̄rōz parū inſtituta: possint irrep̄hēribiles inueniri. Itē de cōsec. dist. i. episcop⁹. sic d̄: Episcop⁹ deo sacrificas testes secū habeat: in solēniōrib⁹ q̄pe dieb⁹: aut. vij. aut. v. aut Moyses: qui fuerat assumpt⁹ de aquis ascendit ad dōminū: de aquis ascendit ad dōminū: vt hic dicitur. Secūdi sūt martyres. Unde et de Stephano legitur: Actuum septimo: q̄ cū lapidaretur: eleuans oculos sursum: vidit celum apertum. Tertij sunt viri illi qui nō peccauerūt: aut si aliquando peccauerunt: postea tamen condidit

gnam penitentiam egerūt. In cuius figuram dixit Chrysostomus. Per. lxx. vero: qui numerus constat ex septenario decies ducto. Vel ex denario septies multiplicato: qui oēs ascendit ad dōminū: significatur secundum dōminū: Petrum de Pal. q̄ quicunq̄ vult ascendere ad dñm: siue ad diuinoū contemplationē: debet has omnes interpretationes habere. In primis nempe ecclesie p̄lati (qui per Moysen significantur) debent habere honestā et religioſam comitiam. I. viros mozieratos et scientificos domesticos: et viros discolos et p̄auos. Sic est d̄. ii. q̄. vij. c. pastoris. Itē duo. c. sequētibus. Tñ ibi reprehēdit quidā episcop⁹: dñs. s̄. q̄ in domo sua p̄auos homines secū habebat: et signanter quēdā p̄sbyterū lubricū. Itē ibidē. c. episcopi. sic dicit paschalis papa: Episcopi letationi et orationi vacēt: et senij secū p̄sbyteros et diaconos: aut alios boni testimonij clericos habeāt: vt sc̄m apostollū et sc̄rōz parū inſtituta: possint irrep̄hēribiles inueniri. Itē de cōsec. dist. i. episcop⁹. sic d̄: Episcop⁹ deo sacrificas testes secū habeat: in solēniōrib⁹ q̄pe dieb⁹: aut. vij. aut. v. aut Moyses: qui fuerat assumpt⁹ de aquis ascendit ad dōminū: de aquis ascendit ad dōminū: vt hic dicitur. Secūdi sūt martyres. Unde et de Stephano legitur: Actuum septimo: q̄ cū lapidaretur: eleuans oculos sursum: vidit celum apertum. Tertij sunt viri illi qui nō peccauerūt: aut si aliquando peccauerunt: postea tamen condidit

sa domib⁹ regū sūt. Sed hodie potest dici q̄ in domib⁹ epi- scoporū ⁊ prelatorum sunt.

¶ Moraliter et quarto: p hoc q̄ solus Moyses q̄ purus erat ⁊ cast⁹ iustus est ascēdere ad dñs: significat q̄ casti apri sūt ascēdere in celū ad dñm. Uñ q̄ beat⁹ Jo. euāgelista fuit castissim⁹: v̄pote quē dñs de nu- ptijs volēte nubere vocauit vt dicit Hiero. in prologo sup euāgelii eiusdē: ideo cū alijs duob⁹ apostolis vocat⁹ a Chri- sto interfuit ei⁹ trāfiguratio- ni: Matt. xvij. Lopus em̄ ele- mentale quāro purus: t̄ro nat- uraliter p̄ ascēdit: sicut p̄ b igne/ respectu terre/ v̄ aque. Applicatio est facilis.

¶ Moraliter ⁊ quinto: Moyses q̄ (vt dicit⁹ ē) sūp⁹ de aq̄s iterpetraf: ⁊ cui dictū ē: Ascē- de ad dñm: designat verū peni- tētē: q̄ habitat i aquis lachry- marū i p̄sentis: q̄s effundere nō cessat t̄ā p̄ commissis peccatis: t̄ p̄ incolatu vire p̄sentis: t̄ c̄riā p̄ miserijs alienis: deniq̄ p̄ cōpassione dñice passionis. Dicit⁹ Moyses cum venert̄ ad horā mortis: assumer̄ p̄ ma- nus sui boni angeli: ⁊ deducet̄ cum ingētī iubilō ad dñm: vbi habebit perpetuam letitiā et cōsolationē. Hinc Mat. v. dicit⁹: Beati q̄ lugent/ q̄m ipsi cōsola- buntur. Et Jo. xvi. Plorabit̄is ⁊ flebit̄is vos: mūdus. i. homo mūdus gaudebit: vos aut̄ sup- ple verū penitētēs: tristabit̄is. Sed tristitia vestra vertet̄ i gaudii: supple signū eternū: ⁊ p̄fectū. Uñ cū Salomon p̄ce- misit̄ Eccl̄. iij. dicit⁹: om̄ia tēp⁹ habēt: deinde subiūct̄

tēp⁹ sc̄ndi: mor subfuit ⁊ tē- pus ridēti: primū tēp⁹ referēs ad statū p̄sentē: secundū ves- ro ad statū future beatitudi- nis. Itē in p̄sal: Qui seminant in lachrymis in p̄sentī supple: in exultatione merēt. s. in futu- ro. Sūtes supple i p̄sentī sta- tu: ibāt ⁊ flebat: mittētes semē na sua. Clemēs aut̄ ad statū glorie/ veniēt cū exultatione/ portantes manipulos suos. i. gaudii pro iuctu/ p̄teritū p̄ me- rito ⁊ quietē eternā. p̄ breui ⁊ momentaneo labore.

¶ Moraliter et sexto: iuxta illud p̄bī: Solus Moyses ascē- det in montē. Notandū i q̄ vt dicit Rabanus/ ponit in glo- ordi. p̄i⁹ precipit vt Moyses ⁊ Aaron/ Nadab ⁊ Abihu/ itaq̄ lxx. seniores ascēdāt ad dñs: ⁊ statim subiūgit q̄ sol⁹ Moyses ascēdit ad dñm. Ceteri nō appropinquēt: sed adorēt pro- cul: moraliter istruimur virc⁹ nostras perpendere: nec vltra posse nostrū arcē cōtemplatio- nis attingere. Sed quantū di- uina clementia vocat/ que dicit la scripture. puocat/ que dicit supple Eccl̄. iij. Altiora te ne quesieris: ⁊ fortiora te ne scri- rat⁹ fueris: sed q̄ precepit tibi de⁹ illa cogita semp i ⁊ in plu- ribus operibus eius ne fueris curiosus. Itē prover. xvj. Sci- cut qui mel multū comedit/ nō est bonū ei: sic q̄ scrutator est maiestatis/ opprimet a gloria. Non igit omnib⁹ datū est ascē- dere ad dñm in mōrē cū Moy- se/ per indagatiōē altiorū my- steriorum eius: sed q̄bus datū est ab eo. Quibus ergo datum est i gratias de hoc agāt: ⁊ in- de

de ne superbiāt: et q̄bus nō est datum/ pariēter ferant. Q: no- uit dñs quid magis expediat salutē vni cuiusq̄. Hoc etiam significat per hoc q̄ quatuor viri i tē. lxx. ascēderunt vsq̄ ad mediū mōris cum Moyses: alijs remanentibus in radice montis. Nā per hoc significat⁹ vt q̄ vnusquisq̄ virc⁹ suas de- bet meriti ⁊ non transcedere. In cui⁹ etiā figura iusti sunt si- lij Israel colligere de manna/ quantum sibi sufficebat: vt di- ctum est p̄ius. xvj. ca.

¶ Moraliter ⁊ septimo: iuxta illud: Solus aut̄ Moyses ascē- det ad dñm. Notādum cōfor- miter ad beatū Grego. ⁊ ponit⁹ in glo. ordi. q̄ Moyses vt sublimis dei p̄cepta percipere/ alta cōscēdit: vt interna penetraret/ ab externis tumultibus se occultauit: q̄ sancti viri (q̄ exteriorib⁹ deseruire of- ficijs necessitate cogitur) su- ditose semp i quartū possunt/ ad cordis secreta cōfugiūt: i biq̄ cogitationis intime cacumen ascēdunt: ⁊ legē quasi in mō- te percipiunt: dum postpositis tumultibus actionum tempo- raliū i cōtemplationis sue vertice superne voluntaria sen- tentiam perscrutātur.

¶ Moraliter ⁊. viij. et confor- miter ad dñm Pet. de Pal. iux- ta illud verbū: Venit s̄ Moy- ses ⁊ narravit filijs ⁊c. notādū q̄ per hoc designat⁹ ordo cōcū- niens/ vt sc̄ prelatus primo as- cēdat ad dñm in montē p̄ cō- templatiōē ⁊ eminentē quē- rationem: deinde veniens ⁊ de- scēdens per affectum compas- sionis/ narret populo verba dñi.

Tali em̄ prelato statim popu- lus respondet i dicens: Omnia verba dñi q̄ locut⁹ es/ faciem⁹. Propter quod dicitur Esai. xl. Super montē excelsum ascēde tu qui euāgelizas Sion.

¶ Moraliter ⁊. ix. iuxta illud: Omnia verba domini que locu- tus est/ faciem⁹: notandū q̄ p̄ istos Iudeos multa p̄mittē- tes ⁊ pauca faciētes/ significa- ri possunt illi Christiani/ qui in confessione promittūt se velle abstinere a peccato. p̄ posse suo. Item velle efficaciter resistere alienat⁹ iniurias remitte- re: velle reconciliari suis ini- micis: ⁊ similia: sed de toto ni- hil/ aut saltem parum faciunt. Item dñs dicit in p̄sal. Voue- te ⁊ reddite. Ipsi autem multa vouent/ que male reddunt do- mino: et sic de alijs. Tales em̄ ad tempus credūt ⁊ in tempo- re tentationis recedunt: et sic non faciunt fructum.

¶ Allegorice ⁊. j. Per illā tri- plicē differentiā hoīm/ quorū aliq̄ ascēderunt ad eminentē locū/ vt Moyses: alij autē ad mediocrē/ vt illi q̄ primo ascē- derāt cū Moyses: alij vero mā- serunt in infimo loco/ vt popu- lus q̄ remāsit in radice mōris: designatur triplex differentia animarum ab hoc seculo dece- dentium. Nam alique volāt ad celū: ⁊ tales significant p̄ Mo- ysem qui uenit vsq̄ ad visio- nem dei: alie autem manent saltem pro tempore in loco me- dio/ videlicet ille que descen- dūt in purgatorium: quod me- diat inter celum et infernum. alie autem descendunt in in- feriores partes terre/ sicut sub

taliter eſt in celis: iuxta illud  
quod de bonis dicit Pſal. iij.  
Noſtra cōuerſatio in celis eſt.  
¶ Moraliter et ſexto: pꝫ byſſum  
candidā intelligitur caſtitas: per

## Exodi viceſimoſexto,

per cocleū bis tinctum charitas | que debet eſſe bis tincta in quantum ſe extendit ad deū ⁊ ad proximum. Purpura roſeacea eſt patientia: que (more roſe) quanto pluſterit | tanto magis fragrat. Piacinthus celeſtis coloris | eſt celeſtis cōuerſatio ſeu honeſta apparentia. Cortine autē ſiue tentoria que erant in templo | deſignant viros virtuoſos ⁊ perfectos | qui ſunt in tabernaculo eccleſie militantis. Saga autē que ſimiliter ibidē erant | ſignificant imperfectos | quos habet ⁊ tollat eadem eccleſia: vel cortine ſignificant contemplatiuos ⁊ illos qui ſpiritualiter dedit ſunt cultui diuino: vt ſunt clerici ⁊ religioſi. Saga autē cili- cina ⁊ dura ſignificat actiuos ⁊ laicos: quia ſicut ſaga expo- nebantur ventis ⁊ pluuijs: ita ⁊ tales cōmuniter exponuntur agriculturis et labouibus cor- poris. Utrique tamen (ſi boni ſunt) pertinent ad tabernacu- lum domini ⁊ tandē ſalui eſſe poterunt.

¶ Allegorice et primo ⁊ con- ſonanter ad fratrem Petrum Berchoſiē. per tabernaculum in deſerto intelligitur eccleſia que militat in hoc mūdo. Latus ſcilicet longitudo habet triginta cubitos | propter fidē ſanctiſſime trinitatis | quam tenet et credit. Latitudo illius eſt decem cubitorum | propter decem mād data legis | que per- ſicit charitas | que debet eſſe latiffima: quia omnes ample- ctitur | etiam inimicos. Pſal. Latum mandatum tuū nimis. Altitudo ſpei decē cubitorū |

propter premia pro complem- to decem preceptorum que ex- peccat in celo: Itud etiā ta- bernaculum debet eſſe clau- ſum et obſtructū a parte Au- ſtri | Aquilonari et occidenta- li: id eſt | contra omnes here- ſes que ſunt in vniuerſo mun- do. Apertum autem a parte orientis: id eſt | ad diuinas gra- tias ⁊ virtutes | et ad affectan- das eterne glorie firmitates. Vel dic qd huiusmodi taberna- culum eccleſie debet eſſe aper- tum a parte orientali: quia de- bet attendere ad fidem apo- ſtolorum | et ſanctorum illo- rum patrum | qui fuerūt in pri- mitiua eccleſia. Unde Ezech. xliij. Uidi portā in domo do- mini clauſam: id eſt | in eccle- ſia | et hoc ne intraret in ea er- roz | quauis de hoc fuerit val- de tunc ſollicita. Unde Pſal. miſta in perſona ipſius eccle- ſie primitiue loquitur dicens: Sepe expugnauerūt me a iu- uentute mea | ſcilicet hereticis | dicat nunc Iſrael: id eſt | eccle- ſia que videt deum | per fidem: ſepe expugnauerunt me: et em- non potuerunt mihi ſupple- tum nocere quantum affecta- bant | ſcilicet vſque ad meum exterminium. Nihilomin⁹ ſan- cta mater eccleſia | que ſuit clauſa contra vniuerſas here- ſes | fuit aperta ad diuinas il- luminaciones ⁊ reuelaciones | et ad deum ſolum. Itē ſequi- tur in Ezechiele: Porta hec aperta erit | pricipi | et vſq; ad- lutus: id eſt | hereticus non in- trabit per eam: quia nullum talem pollutum poteſt immā- culata eccleſia ſuſtinere. Quin- imo

## Clausula vnica. Fo. cccclxxxv.

imo vnum quemus talem pol- lutum | et ſcſum eſſe pertinā- citer talem | tradit iudici ſe- culari comburendum. Latus ratio eſt: quia huiusmodi ta- bernaculum eccleſie debet cō- ſtitui de tabulis ſerphineis et impurilib⁹: id eſt | de perſo- nis vere catholicis. Debet et- iam hoc ſanctiſſimum domi- ni tabernaculum deaurari | pro- pter claritatem ſapientie vſq; rui | qui ſunt in eo. Surſum e- rit | per bonam ſpem eterno- rum: ⁊ ſcitare ſemper per per- ſeuerantiam continuam. De- bent etiam partes eius opti- me iungi in vnum | per ligamen- tum charitatis: et vere amicitie. Unde in figuram huius dicitur Ezechielis. ſ. qd due penne ſingulorum iungebantur. Et Apoſtol. Roman. xij. dicit | qd multa membra vnum corpus ſumus in Chriſto. ¶ Allegorice ⁊ ſecundo | pre- dictum tabernaculum Moyſi recte prefigurauit ſanctam ec- cleſiam. Pro quo notandum | qd in compositione huiusmodi tabernaculi | debent concu- rere multa genera rerum: id eſt | ſpiritualium perſonarum: ſcilicet tabule | plane | recte | et deaurate. Iſti ſunt qui in re- ſapientie ſunt ſplendentes. Item velum de byſſo retrotra. Iſti ſunt illi qui honeſta con- uerſatione et exemplis ſunt a- lijs placentes. Item coop- torum de pellibus rubricatis. Iſti ſunt martyres ſeipſos tra- dentes ad mortem | propter Chriſti fidem | et propoſito ſan-

guine rubricates. Item aliud coopertorium de pellibus hie- cinthinis. Iſti ſunt ſancti con- ſeſſores | celeſtia tantummodo appetentes. Item aliud coopertorium de ſagis: id eſt | de pillis caprinis. Iſti ſunt illi qd de fetore ſuorum peccatorum ſunt vere penitentes. Item de- bent eſſe arca: id eſt | vſq; cele- ſtis gratie contentui. Itē che- rubin: id eſt | vſq; celeſtium cō- templatiui. Item altare incē- ſi: id eſt | vſq; deuotarum ora- tionum emiſſiui. Item candelabrum aureum: id eſt | vſq; iuſ- centes | et aliorum eruditui. Item menſa propoſitionis: id eſt | vſq; pij et aliorum merita- ui. Huiusmodi ergo res: id eſt | tales perſone | debent taberna- culum eccleſie conſtituere | et in eo habitare. Unde Pſalmi- ſta. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Qui respon- det ſpiritus ſanctus dicens: Qui ingredit ſine macula ⁊. Soli enim illi qui ſibi deſcri- buntur | proprie pertinent ad eccleſiam militantem.

¶ Allegorice et tertio | taber- naculum eſt virgo Maria: iux- ta etiam eſdem teſtimonium Ec- cli. xliij. vbi ait: Qui creauit me | requieuit in tabernaculo meo: id eſt | in vtero meo. In hoc autem tabernaculo | pri- ma ſuit arca: id eſt | Chriſtus. Item candelabrum cum ſeptē lucernis: id eſt | recta fides | cū ſeptem donis ſpiritus ſancti. Item altare ſancti deuorior- nis. Itē menſa propoſitionis: qd in ea requieuit nouem menſū ſparto ille qui dicit Joā. viij. Ego

Ego sum panis viuus. Huiusmodi tabernaculum fuit longum per patientiam siue sanctam perseverantiam: larum per charitatem ad deum et ad proximum. Altum per spem futurorum bonorum. Cortine autem de bysso huius tabernaculi significant interiores virtutes que fuerunt in hac beata virgine. Unde Ezechie. xviii. de ea dicit dominus: Cuius te bysso. Que autem de hiacintho significant illius honestam conversationem. Que vero de purpura designant illius bonam famam. Unde dicitur. r. Hiacinthus et purpura vestimentum eius. Que vero de cocco bis tinctorum: binam illius charitatem videlicet ad deum et proximum. Saga autem que fiebat de pilis caprarum: quibus in parte tegebatur ipsum tabernaculum: designant ad literam humile indumentum huius virginis. Vel asperitatem vite eius corporalis. Verissimile enim est quod nec mollibus nec delicatis indueretur: aut pascebat: sicut nec filius eius Christus qui perijt aquam pro potu a muliere Samaritana. Joan. iiii. Et multa alia possent dici de hoc tabernaculo virgineo: que relinquo discutienda per benignos lectores: volens virare pleritatem.

**Allegorice r. iiii.** Tabernaculum fuit synagoga cortine variorum colorum: designant varietatem virtutum et meritum sanctorum prophetarum qui tunc vixerunt. Saga cilicina: que plura erant et que operiebant ipsum tabernaculum: designant multitudinem preceptorum iudicialium et ceremonialium: et huiusmodi que dura erant et difficilia ad observandum: ita ut diceret beatus Petrus increpans quosdam qui in primitiis ecclesie dicebant eos qui ad fidem converterebantur: debere circumcidi: debere etiam observare legem Moysi. Quid inquit retatis deus imponere iugum super cervicem discipulorum: quod neque nos neque patres nostri portare poterunt? Actu. xv. Unde glo. ordi. super illo verbo non potuit: sed pro intolerabili iudicialibus preceptis et ceremonialibus que in antiqua lege fuit valde difficile observare: hoc propter ipsum iudicialium severitatem et ceremonialium multitudinem. Moraliam autem que etiam hucusque remanserunt non erat tam difficile observare sicut alia. Nec tamen fuit simpliciter impossibile observare iudicialia aut ceremonialia: maxime cum vtrique dederit deus. Nudo anathema reputatur: quod dicit deum aliquid impossibile in expositione fidei catholice. Patet ergo quid significet saga cilicina: que operiebant tabernaculum.

**Allegorice r. v. et pformiter ad magistrum Nicolaum de Lyra:** Per tabernaculum significatur ecclesia: que est tabernaculum dei. Huius autem tabernaculi primo describuntur operimenta: que fuerunt quatuor: scilicet cortine: saga: pelles rubricate: et desuper pelles hiacinthine. Per hec autem operimenta que protegabant interiora tabernaculi ab intemperie aeris: significantur defensores ecclesie: qui sunt in quadruplici genere. Primo enim ecclesia contra hereticos defendit per doctores (qui per cortinas significantur) que facte fuerunt de quatuor coloribus. Primo de bysso retorta. Per byssum que est generis lini candidissimi: castitas figuratur. Per hoc autem quod dicitur retorta: repressio carnis intelligitur. Propter quod Paulus doctor gentium dicebat. i. Cor. ix. Castigo corpus meum et in servitutem redigo: ne forte cum alijs predicaverim: ipse reprobus efficiar. Secundo de hiacintho: que est coloris celestis: propter quod significat meditationem celestium. Philip. iii. Nostra conversatio in celis est. Tertio de purpura: per quam significatur desiderium martyrii: vel saltem meditatio passionis Christi. Unde Apost. i. Cor. x. Non iudicavi me aliquid scire inter vos: nisi tantum Jesum et hunc crucifixum. Quarto de cocco bis tinctorum: per quam significatur gemina charitas: scilicet dei et proximi. Unde Gregorius homel. xxxix. Qui charitatem erga alterum non habet: predicatorem officium nullatenus suscipere debet. Hec igitur quatuor debent esse in doctoribus ecclesie: qui sunt contra hereticos defensores. Secundo ecclesia contra tyranos defenditur per martyres: quorum aliqui sustinent mortem corporalem: et tales figurantur per pelles rubricatas. Aliqui vero sustinent servitutem: que est mors civilis: et isti figurantur per saga cilicina: qui sunt

aspera: et per hoc significat duritia servitutis. Aliqui vero patienter exilium: et isti figurantur per pelles hiacinthinas: qui sunt coloris celestis. Nam qui de terrena patria sunt expulsi: debent celestem patriam querere: et meditari.

**Allegorice r. sexto:** iuxta illud verbum: facies et velum. Notandum quod per velum: quod erat ante sanctum sanctorum: figuratur Christi humanitas: que fuit velamentum sue divinitatis. Non enim aliter poterat videri ab humanis oculis. Abasuc. iiii. Ibi abscondita est fortitudo eius. Et Esa. xlv. Vere tu es deus absconditus. Et de hoc velamine loquitur Apost. Heb. x. dicens: Intraivit nobiscum novam: et viuentem per velamentum. i. carnem suam. Quod autem dicitur in tertio quod predictum velum debebat esse pulchra varietate contextum: per hoc designatur varietas omnium charissimum et donorum que fuerunt in Christo homine. Per quatuor autem colunas: ante quas debebat appedi dictum velum: intelliguntur quatuor euange liste: qui Christi vitam et opera descriperunt. Per tentorium autem: quod fuit in introitu tabernaculi: potest iuste designari beatus Joannes Baptista: qui preuenit primum domini aduentum: qui fuit verum tabernaculum: ut ostensum est superius. Unde ipse Joannes fuit finis veteris testamenti: et initium novi. Unde Matt. xj. de eo dicitur: Letetur propheta vester ad Joannem. que est mors civilis: et isti figurantur per saga cilicina: qui sunt



## Exodi vicesimosexto,

bernaculi scilicet cortine / sagga / pelles rubee / pelles hiacintine / significat quatuor fidelium status. Cortine enim significant virgines et innocentes. Saga / designant penitentes / et eremiticam vitam ducentes. Pelles rubee significant martyres / qui pro Christi sanguinem suum fuderunt. Pelles vero hiacintine designant confessores / et sacros doctores: atque ceteros viros perfectos / qui celestia contemplantur.

**A**llegorice et octavo: per tabernaculum quod vndique clausum erat / propter quod et parte Orientali designatur celum / de quo tabernaculo loquitur pluraliter **Ps.** dicens: **Q**uod dilecta tabernacula tua domine virtutum. **I**stud tabernaculum est clausum ferme omnibus adultis: quod dicitur propter paucitatem saluum illuc directe per mortem ingredientium: quia plures damnantur quam saluantur. Et adhuc adulti qui saluantur / communiter descendunt ad purgatorium / ut ibi purgentur. **O**lim tamen martyres et viri heroici / per mortem illuc introibant. **A**pertum est tamen dictum tabernaculum ex parte Orientali / id est / parulis post baptismum / morientibus. **P**ropter quod dicebat **Christus** **Matth. xix.** **S**inite paruulos venire ad me: talium enim est regnum celorum. **P**er tentorium autem / siue velum / quod erat ante faciem tabernaculi / significatur fides / que abscondit paradysum a nobis pro tempore: quia fides est credere: quod non vides. **H**uiusmodi autem velum fidei auferretur in celo / cum facti

licet intrauerimus in tabernaculum domini: quia ut dicit **Apoc. i.** **L**ocint. **xliij.** **C**um venerit quod perfectum est / euacuabitur quod ex parte est.

**A**llegorice et **ix.** **P**er velum intelligitur theologia viatorum / que adhuc obscura est: quod deus de quo ipsa est / nemo vidit unquam: ut habetur. **i. Jo. iij.** **I**n die tunc autem tabernaculo nullum velum erit: sed videbimus faciem ad faciem.

**A**llegorice et decimo: **U**elum est sacra scriptura / que adhuc in multis partibus est velata et obscura. **Q**ui autem predictum velum erat de quatuor coloribus / designat quatuor sensus ipsius scripture sacre: et hi colores non videntur ab omnibus: sed quibus datum est a spiritu sancto / quod dat unicuique prout vult. **Q**uius autem datur / non debent inde supbire / aut inaniter gloriari: sed magis humiliari / ne forte in pena superbie sue / credentes habere sanum intellectum / labantur in multas hereses: sicut de multis comperitum est.

**A**nagogice. et conformiter ad fratrem **Petrum Berchor.** **T**abernaculum est paradysus: ubi sunt tabule dolate / id est / martyres: vela et tectoria: id est / virgines: quatuor oportoria / id est / multitudo confessorum: byssus: id est / propter carnis mortificatores: rubricati. **i.** **ch**aritarium: hiacintini: id est / celestes et contemplatiui: de pilis caprarum / id est / penitentie peccati. **I**bi est arca: id est / eterni thesauri infinitas: **C**herubim: id est / angelorum societas: altare /

## Clausula prima. So. cccclxxxvij.

altare: id est / deuotionis sanctitatis: **ca**delabrum: id est / beate visionis claritas: mensa: id est / beate fruitionis societas: et ligna **Serchim** / id est / imputribilia: id est / corruptionem immortalitas. **I**stud igitur est illud tabernaculum: de quo **Apoc. i.** **h**eb. **ix.** loquitur dicens: **Q**uod illud est amplius et perfectius tabernaculum / non manufactum: id est / non huius creationis etc.

**E**xodi. xxvij.  
**C** prima clausula.



**I**ctus et altare de lignis **Serchim** / quod habebit quatuor cubitos in longitudine / et totidem in latitudine: id est / quadratum: et tres cubitos in altitudine. **C**ornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt: et operies illud ere. **F**aciesque in visus eius lebetes: ad suscipiendos cineres et forcipes: atque fuscinulas et ignis receptacula. **O**mnia vasa ex ere fabricabis. **T**riculamque in modum retis eneam / per cuius quatuor angulos erunt quatuor anguli enei / quos ponet subter arcuam altaris. **E**ritque craticula usque ad altaris medium. **F**acies et vectes altaris de lignis **Serchim** duos / quos operies laminis eneis / et induces per circulum: eruntque inter arcum altaris ad portandum. **N**on solidum / sed in-

anc et cauum / intrinsecus facies illud: sicut tibi in motu monstratum est.

**H**istorialiter. **P**ostquam in precedenti capitulo / egregius dei propheta et amicus **Moyse** locutus est de his que sibi mandauit dominus / quod ad tabernaculum interiozem constructionem: hic consequenter loquitur in particulari de altaris illius constructione / cum refert dominum sibi dixisse et precepisse: **F**acies (inquit) et altare de lignis **Serchim** / de quibus sepe dictum est / quod sunt imputribilia. **U**el dic quod descripto tabernaculo / et his qui erant intra tabernaculum: hic consequenter describuntur illa que erant extra: ad ipsum tamen tabernaculum pertinentia. **P**rimo igitur describitur ipsum altare / domino dicente ad **Moyse** / **F**acies et altare de lignis **Serchim**. **N**otandum autem / quod istud altare erat quadratum: ut dicitur in textu: et hoc secundum longitudinem illius / que erat quatuor cubitorum. **S**imiliter latitudo et altitudo illius clare exprimitur in textu: **C**ornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt. **C**irca quod notandum / quod huiusmodi cornua erant in superiori parte altaris / et non in inferiori: **F**aciesque in visus eius lebetes: id est / cacabos ad suscipiendos cineres / qui amouebantur de altari / et portabantur extra: et forcipes / quas vocamus tenaculas / que deferuebant ad aptandum ligna in igne / qui erat in altari: atque fuscinulas. **i.** instrumenta ad extrahendum carnes

de caldaris] et ad ponendū super altare ea que ibi cremabatur: et lignū receptacula: id est vasa in quibus de altari holocausti accipiebantur carbones viuū vt deferrētur intra tabernaculum ad cremandū thymia mata mane. Item vespere super altare incensi: de quo habetur in seq. c. xxx. Quod superest de textu missum facio.

¶ Circa hunc textum mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: Num dei haberent altaria diuersorum nominū pro varietate sacrificiorum que ibi offerebantur. Unde vnum dicebatur altare incensi ab incenso quod ibi offerebatur. Queritur quo nomine vocabatur altare illud de quo hic agitur? Ad hoc respondet Petrus Lomest. quod hoc altare dicebatur holocausti vel holocaustorum siue holocaustorum potius quam sacrificiorum: quibus sic posset appellari: quod etiam super illud fiebat sacrificia. Ueruntamen conuenientius dicitur holocaustorum quam sacrificiorum: quia a digniori nomine accepit.

¶ Secundum dubium est de altitudine altaris: que erat triū cubitorum: vt habetur in textu. Ex quo patet quod talis altitudo erat quasi altitudo hominis: quia est questio de pedibus non vsualibus sed geometralibus: qui sunt maiores: et per consequens sacerdos non potuisset super huiusmodi altare aliquid offerre absque applicatione graduum ad pedem altaris. Huiusmodi autem gradus erant prohibiti sacerdotibus legis. Unde supra

xx. c. dixit dominus: Non ascendet super gradus ad altare meum: ne reueletur turpitudine tua. Ad hoc dicit aliqui quod hoc debet intelligi de altari quod de terra vel lapidibus constituitur. Non autem quod de lignis vt hic. Sed hanc solutionē reprobat dominus Hugo. card. dicens: quod si hoc fuit causa precedentis prohibitionis: ne scilicet turpitudine reuelaretur: eque bene etiam potuisset reuelari hic sicut ibi: si nullū aliud ponatur: ideo dicendum est eundem Hugonem quod dominus supra locutus est de altari in quo sacrificabatur antequam esset femoralium vsus: ad quod si sacerdos accessisset per gradus: tunc pudenda eius de facili videri potuisset. Tertius autem presens intelligendus est postquam femoralium vsus iam introductus erat. Et ideo sic non erat periculum de reuelatione pudendorum: ex hoc quod gradus apponebantur ad pedem altaris: vt sic commodius posset sacerdos offerre sacrificium domino. Posset etiam dici quod in precedentibus locutus est dominus de gradibus fixe manentibus siue essent de terra: aut lapidibus. Hic autem de gradibus mobilibus: et qui tamen ad horam addebantur pedibus altaris. Da exemplum de scabello quo interdum predicatores ascendant cathedram.

¶ Tertium dubium: cur dominus voluit vt predictum altare esset de lignis Serchim potius quam de alia materia? Dicendum quod non solum quia erant impunitabilia: verum etiam quia incrementabilia. Sic autem requirebat

in materia de qua componebatur altare: eo quod ignis erat semper in altari. Et ideo nisi predicta ligna fuissent incrementabilia cito fuissent consumpta. Et quantum dicitur altare interius et exterius esset opertū laminis encis: nihilominus ad alterationē dicitur laminarum alterabatur dicitur lignum Serchim: ex quo constructum erat ipsum altare holocaustorum: sed non comburebatur: quia incorruptibile erat: vt sepe dicitur est.

¶ Quartum dubium oritur propter illud verbum primum: Facietis mihi altare de lignis Serchim. Contra hoc videtur miserrabile id quod dicitur est prius: scilicet xx. ca. huius. Ibi enim ait dominus: Altare de terra facietis mihi. Quod si altare lapideū feceris mihi non edificabis illud de sectis lapidibus. Poterat ergo altare fieri de alia materia quam de lignis Serchim. Ad hoc dicit aliqui: et bene: quod illud prius dicitur intelligi debet pro tempore quod erant futuri filii Israel in terra promissionis: et non pro tempore in quo peregrinabatur in deserto. Non enim bene congruisset eis tunc altare de terra aut de lapidibus: propter instabilitatem suam de loco ad locum. Bene autem illis congruebat tunc altare de lignis Serchim: que facile poterant portare de loco ad locum: quia leuia erant. Sed adhuc videtur quod postquam populus fuit in terra promissionis: quod etiam liceret ei facere altare de alia materia quam de terra aut lapide impolito: quia legit. ij. Paralip.

quarto quod Salomon fecit in templo altare cneū valde magnū. Ad hoc dicendum quod populus erat prior ad idololatriam cum esset in deserto: quod postquam fuit in terra promissionis. Et ideo quod non licuit in vno loco licuit in alio. Ne ergo adoraret altare eneū propter suā pulchritudinem in deserto: tunc prohibuit dominus ne tale sibi fieret. Lignum autem non est pulchrum aut preciosum: vt possit esse inducium ad idololatriam: et ideo non est simile.

¶ Quintum dubium: Cur hic non exprimitur profunditas altaris holocausti: sicut exprimitur longitudo illius: pariter latitudo et altitudo illius: Responsio: quod non habebat propriū fundum: sed ex illa parte erat apertum: et habebat terram profundam: ideo non potuit describi fundum illius: sicut alie dimensiones. Erat enim factum ad modum arce quadratę: carentis fundo. Interius autem concavum erat: vt dicitur in textu.

¶ Sextum dubium: Cur dicitur altare non erat repositum intra tabernaculum: sicut arca: et sicut mensa propositionis? Responsio: conueniens fuit quod non esset intra tabernaculum: sed extra: scilicet in atrio tabernaculi: vbi etiam occidebantur animalia offerenda super illud: et hoc propter mundiciam ipsius tabernaculi seruandam. Insuper etiam quod non potuissent ibi hostie cremari. Sic enim de facili potuissent contineri erant super tectum ipsius tabernaculi: in similitudinem cum non distarent a pavimento tabernaculi: nisi per de-

tem cubitos: tū etiam ne populus Iudaicus fieret similis idololatriis (quod immolabant et offerrebāt victimas suas super altaria que erant in templis idolorū) eis dedicata.

¶ Septimū dubium: Cur altaria ecclesie Chritiane sunt lapidea et non lignea? sicut reponit Moyſi? Ad hoc potest dari multiplex ratio. Prima est propter preceptū ecclesie de quo habetur de cōse. distin. j. altaria si non fuerint lapidea etiam si non fuerint lapideā christumatis vntione non cōsecrant. Scda ratio est figuratiua: Nam in figurā pul' in situationis legitur Gen. xxiij. et Jacob erexit lapidem in titulum fundens oleum de super. Tertia ratio est similiter figuratiua: Nam de Chritto dicit apo. j. Cor. x. Petra erat Chritus. Altare igitur lapideū expressius Chritū designat quā lignum super quod offerret deo patri in missa ipsemet Chritus. Et quāuis dicat de altari ecclesie Lateranen. que habetur Rome quod lignū sit: vt ponitur in glo. supra predicto cap. ex hoc tamen privilegio non potest sufficienter haberi quod ita debeat esse de ceteris altariibus altariū ecclesiarū. quod privilegium vni' non facit legē cōmuni: vt dicitur de regulis iuris libro. vi. Quēadmodū ergo lignū est minus stabile et durabile quā lapis: ita etiā ad designandū quod per aliquā dō esse finiēda et precipue quātū ad ceremonias et figuratiua supra illud Mar. vi. Lex et prophete vsq; ad Ioānē. Lex

aut noua vsq; ad finē seculi duratura supra illud eiusdē Mar. vlt. Ecce ego vobiscū sū vsq; ad cōsumationē seculi. Et Luce. xxij. Ego (in dicit Chritus) rogauit pro petre vt nō deficiat fides tua: quod intelligitur de fide ecclesie: voluit dñs propter predicta vt altare tabernaculi Moyſi esset de ligno: vbi nō altare in lege gratis est lapideum. Et quāuis multa sint super dicta de altariū itā in sensu morali quā allegocali: quā etiā anagogicali: videlicet. xx. ca. sub vltima clausula. nihilominus pro forma tenēda ad hoc aliqua sub breuitate dicemus cōformiter ad predictos.

¶ Moraliter ergo et primo altare holocaustorū id est quod habet loquitur Moyſes designat corda iustorū et deuotorū. Materia autē dicti altaris que erat de lignis sethim: que impurribilia erant designat quod corda talium debent semper esse mundata et incorrupta per carēntiā omnis culpe: quia sunt habitatio spiritus sancti. Dicēte Apostolo. j. Cor. iij. Nescitis quod templum dei estis et spiritus dei habitabit in vobis? Si quis autem violauerit templum dei disperset illum deus. Templū enim dei sanctū est quod estis vos. Hec ille.

¶ Moraliter et secūdo per altaria de lignis sethim impurribilibus potest intelligi homo: quod et si ad reponit putribilitas ex parte corporis: in spe tamen future resurrectionis impurribilis efficit incorruptibilis: quod

tunc nō morietur sicut de Chritto loquitur Apostolo. Rom. vi. dicens: quod Chritus resurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltra non dominabitur. Quing; autē cubiti huius altaris in longitudine et totidem in latitudine: quing; sunt sensus corporis: quorū bonus vsus est necessarius in longitudine et latitudine vite presentis: sed vsq; ad mortem. Tres autem cubiti in altitudine designant illam sanctā trinitatē virtutū theologarū que se tenent ex parte anime: que sunt fides spes charitas: que dirigunt predictum altare. i. hominem in altū. i. versus celū. Vñ Apostolo. j. Cor. xij. Nūc morientur fides spes charitas: tria haec. Locus autē per quatuor angulos dicti altaris significat doctrinā quatuor euāgelistarū: que tam sunt sufficienter denūciata per quatuor angulos mūdi: supra illud psal. In omnem terrā exiit sonus eorum: et in fines orbis etc. Et hoc est quod Chritus precepit suis apostolis: post suā resurrectionē. Marc. vlti. dicens: Eūtes in mundū vniuersum: predicare euāgelium omni creature. Quod autē subditur: Et operies illud: supple altare crei designat hominis fragilitatē. Debet etiam esse de lignis Setim: quia quod de facili contrahit rubiginē significat corpus humanum: quod de facili contrahit rubiginem: sicut per infirmitatem: sicut per vetustatem. Et tali cre pro presenti cooperitur p̄sens altare id est homo interior. Similiter quod dominus iusserit Moyſi fieri in hoc alta

re lebetes ad suscipiēdos cineres designat memoriā mortis. Nā in tali vase memoriē debet homo reponere cineres mortis: vel qui sequuntur mortem: supra illud Eccl. xviij. Omnes homines terra et cinis. Unde ad hoc rememorandum imponitur in die cinerum: i. cineres in frontibus Chritianorū: in modū crucis a sacerdote sub his verbis: Memēro o homo quia cinis es: et in cinerem reuertēris. Item factēda sunt ignium receptacula: quia habēnda est memoriā penarum inferni: et purgatorij. Hec enim memoriā multum retrahit hominem a peccato: dicēte scriptura Eccl. i. Memēro o homo quia nouissima tua: et in eternum nō peccabis.

¶ Moraliter et tertio: et cōformiter ad fratrem Petrum Berchoricū. altare significat virtutum: vt dictum est. Et sicut dictum altare holocaustorum erat prope ingressum tabernaculi ad Orientem: ita tantū patet dicit dominus Petrus Lomek. quod sacrificantes poterant videre ad interiora tabernaculi: scilicet vsq; ad velum: ita et virtutis debet esse per mētis cōtemplationem: et affectionem ante tabernaculum paradisi. Debet etiam esse de lignis Setim: quia quod de facili contrahit rubiginē significat corpus humanum: quod de facili contrahit rubiginem: sicut per infirmitatem: sicut per vetustatem. Et tali cre pro presenti cooperitur p̄sens altare id est homo interior. Similiter quod dominus iusserit Moyſi fieri in hoc alta

pp ij item

Item vacuus per spiritualem paupertatem et terrenorum abdicacionem. Item debet esse non quidem solidus per sanctitatis presumptionem: sed potius inanis per timorem et iustitiam iudicii: scilicet quantum ad propriam reputationem. Item debet esse inania aureis creta vel vitis per sonoram aliorum reprehensionem et ad bonorum vocationem et predicationem. Ad istud enim sonare pertinet alios ad iustitiam predicando trahere et vocare: exemplo beati Philippi apostoli qui vocavit Nathanaelem. Item exemplo beate Marthe que vocavit Mariam sororem suam. De primo Joā. i. de secundo eiusdem Jo. xi. Istud altare debet habere quatuor cornua. i. quatuor virtutum cardinalium laudem et gloriam. Debent tamen esse recurva. i. in se reflecta: per sui reductionem ad propriam conscientiam. i. per omnis elationis repressionem et temperantiam. Debet habere quatuor anulos. i. quatuor librorum eiusdem doctrinam et scientiam: et sic quadratum debet esse dictum altare. i. iustus per stabilitatem et constantiam in bono. Item istud altare debet habere craticulam ferream: admodum retis. i. dolorem contritionis: que tamen debet suspendi carceribus spei de remissione peccatorum. Debet etiam habere fenestram ab Oriente. i. aperituram fidei et discretionis. Item debet semper esse ignis diuine charitatis: et vt sic ibi crementur et castigentur carnes: cuiuscumque carnalis delecta-

tionis: faciatque ipse homo iustus et bonus in altari proprii cordis de seipso holocaustum spiritualis oblationis donum: de quo in psalm. Sacrificium deo suppliciter acceptissimum est spiritus contribulatus. Item necesse est vt istud altare cordis habeat debitas dimensionones virtutum: vt scilicet habeat quinq; cubitos in longitudine. i. quinq; plagarum Christi memoriam et compassionem. Item quinq; cubitos in latitudine. i. quinq; sensuum corporalium: debitum regimen et debitam repressionem. Item tres cubitos in altitudine: id est sancte trinitatis rectam analogiam: que sunt fides et spes et charitas: ordinem et perfectiorem. Talibus ergo circumstantiis debet esse edificatum altare cordis nostrum: vt ibi fiat sacrificium deo acceptum et gratum. Et breuiter istud est altare in quo ignis et supple diuine charitatis debet semper ardeare: sicut in figura dicitur Levitici. vi. Ignis in altari meo semper ardebit: quem nutrit sacerdos: quia sacerdotes (et si generaliter prelati) debent verbo et exemplo inducere subditos ad charitatem.

¶ Moraliter et quarto per altare holocaustorum in quo carnes animalium offerebantur: significatur penitentia: in qua caro propria immolatur deo: id est ad dei honorem. Quod autem dicitur altare habebat quinq; cubitos in longitudine: designat quod sunt quinque creature in quibus necessaria est penitentia:

que sunt adolescentia iuuentus status virilis senectus et etate decrepita penitentia austeritas non habet locum. Et totidem in latitudine: quia quinq; sensus exteriores debent in penitentia exerceri. Et tres in altitudine: per quos significatur tres partes penitentie: que sunt contritio confessio satisfactio. Per cornua altaris sursum tendentia: designatur spes de diuina misericordia: que requiritur in penitentia: i. vigilia lachrymarum et asperitas: et huiusmodi.

¶ Moraliter et quinto ista omnia possumus exponere in malam partem: ita vt altare significet malum principem vel prelatum: in quo vel per quem carnes pauperum cremantur: scilicet diuersis penis et aduersitatibus. Item ergo habent multos subseruantes sicut et primo quidem forcipes: id est paruos balliuos et officiales rurales: qui non conantur nisi ignem rapinarum: executionum et variarum accusationum succendere. Alij vero sunt ignium receptacula: scilicet iudices et maiores: qui accusationes solent audire et recipere: et si opus fuerit ad maiores remittere. Alij vero sunt lebetes: scilicet notarij vel consiliarij: qui cineres habent seruare: id est meritas causas et determinaciones causarum inregistrare: vt tempore et loco

torqueant pauperes et etiam plures: et de festuca faciunt frequenter trabem. Nec est eis cura (de malis loquor) nisi qualiter possint subtili ingenio extorquere pecuniam a pauperibus.

¶ Moraliter et sexto et similiter in malam partem per altare quod interius erat vacuū et inane: exterius autem cunctis et pulchrum: significatur omnis peccator: et signanter hypocrita: qui exterius apparet hominibus bonus: cum tamen interius sit inanis et vacuus omni bono. Propter quod saluator Matthei vicesimo tertio comparat hypocritas sepulchris exterius dealbatis: que a foris patent hominibus speciosa: intus tamen plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcicia. Et tales hypocritas summo opere deridebat Augustinus: ita vt diceret ad fratres in eremo sermo. xxv. O hypocrita: caue ne ad mensam meam venias etc.

¶ Allegorice et primo per altare holocaustorum quod erat ante introitum tabernaculi: designat ecclesiam militans: que est via per quam intratur in ecclesiam triumphantem. Nam sicut olim Romani habebant duo templa: quorum vnum dicebatur templum virtutis: alterum autem honoris: ad quod non perueniebatur nisi per templum virtutis: vt dicit Aug. de ciuitate dei lib. v. ca. xii. Item Titus Livius lib. vij. de secundo bello Punico. Similiter Valerius Maximus lib. i. Ita etiam non peruenit ad ecclesiam triumphantem nisi per

per hunc militare.

militantē. huiusmodi autē altare est delignis Sethim impuribilib<sup>9</sup> constructū qz soli boni et deuoti catholici perennēt numero et merito ad ecclesiam militantē saltem secundū presentem iustitiam. Est autē presens altare lōgū / larū / et altū. Longū quidem / qz durabit ecclesia vsqz ad conuimatio nem seculi. Larū uero / qz omnem terrā exiuit sonus apostolorū. Altū autem / qz spe eleuatur vsqz ad ecclesiam triūphātem. Columna autem per quas tuor angulos altaris / designat ipsam ecclesiam per quas tuor mundi partes dilataram. Tūc dicit qz quatuor anguli huius altaris / quatuor sunt euangeliſte / qz scripserūt dicta et gesta Christi qui sunt uerū altaris lapideū / qz lapis erat Christus. Leberes autem suscipientes cineres huius altaris / designat viros scōs / qui in corāib<sup>9</sup> suis humiliter recondūt humilitatem et charitatem dominice passionis / similiter et passiones aliorū sanctorū. Unde ad hoc faciendum nos admonet apo. Heb. xij. dicens: Recogitare cū qui talem sustinuit et. Et nota iuxta predicta / qd sicut supra altare holocaustorū carnes animalium cremabatur / supra autē altare incēsi / qd erat iuxta tabernaculū / r h<sup>2</sup> et thymyama odoriferū dño offerebat. Insuper ignis de altari holocausti portabatur ad altare incēsi / qd in uisū / qz ita iusti in presenti debēt affligere carnē suā p penitentiam. Cū aut fuerint intra tabernaculū / in celo hec omnia cessabūt. Ibi enim fragrat thys deuote orationis / et thymyama totius deuotionis / siue diuine laudis. Sola enim laus diuini nominis resonat / ore omnium electorū in celo. Quis aut ignis ferebat de altari holocausti in altare incēsi / designat / qz eadē charitas in numero / qz est ignis interior / et qz habet in presenti eadē etiam manebit / i illo tabernaculo celestiqz charitas nūquā excidit: ut dicitur. i. Corinthioz decimotertio. Quinimo charitas que in ecclesia militate nascit / et imperfecta habetur / in celo perficitur.

¶ Allegoicē et scō / altare holocaustorū / in quo cōburebatur hostie / designat statū laicorū / et signanter agricolorū / quos subsunt igni tribulationis multiplicis: ita ut frequēter pro te dno oprent mortē. Altare autem incēsi / qd erat intra tabernaculū / designat statū clericorū / et religiosorū / qz debent esse totaliter incēsi in amorē dei: et boni odorē reddere per bonā famam et exemplaritatē. Propter qd dicebat apo. ij. Corinthioz. Christi boni odor sumus deo in his q salui sunt. Boni odor (inquā) sumus / scilicet predicādo Christi doctrinā uerbo et exemplo ad honore dei. Differenter tamen bonis et malis. Ideo subdit: Alijs quidem. i. malis odor mortis in mortem / qz ex hoc mouent ad inuidiā et odiū cōtra nos p dicitates. Alijs autē. i. bonis odor uite in uitā / qz ex doctrina et religiosa uita nostra inducunt ad bonū / et tādē pueniēt ad uitam eternam.

¶ Allegoicē et tertio / et cōformitā

inter ad fratrem Petri Berchoricē. altare significat ecclesiam / circa se debet habere multa instrumenta. i. multarū personarū genera: scilicet foras / natiū / et predicatorē / qz ignem charitatis debent facere in alijs ardere / et lucere. Itē ignis receptacula / per que intelliguntur illi qui ignem tribulationis Christi et martyrum: insuper et ignem tormentorū infernaliū recolūt. Leberes autē sunt illi cineres proprie mortis sepe recolunt. Ceces quoque / qz omnia supponit: sunt illi prelati / qz sicut tempore et loco supponere imperfectiōes subditorū. Uel qui bene nouerūt portare onera ecclesie / que multa sunt et graua / quando officii debite exercetur. Sed tales debent esse erecti / firmi et solidi: inquantū in bono semper persequere debēt. Unde Job xxvij. Nūquid cū eo fabricatus es celos / qui solidissime quasi ere fundati sunt. Ecce quid significant instrumenta altaris holocaustorum.

¶ Anagoge / predictū altare (quod dicebat holocaustorum) significat celū empyreū / quod est celū beatorū. Nā et angeli et anime ibi existentes offerunt deo per modū holocausti: id est totaliter / et quantum possunt tendentes in deum per charitatē. Hinc est / qz doctorēs dicūt preceptum de dilectione dei non posse totaliter impleri in statu uicis / sed tātū in patria. Quis autem altare illud holocausti / siue holocaustorum / erat constructum de lignis Sethim / que sūt im-

purabilia: designat perpetuitatem gaudij celestis / iuxta illud Joan. decimosecto: Gaudium uestrū nemo tolleris uobis. Et in psalm. Delectationes in dextera tua. i. in celo vsqz in finem / id est in eternū. Quis autem dicitur in terra / qz dicitur altare habebat plures cubitos in longum / latum et altum: designat / qz ex omni parte occurrer materiam gaudij / spūs beatis in celo: et nulla tristitie aut micoris. Columna uero per quatuor angulos designat quatuor dotes / quas plenissime habebunt corpora electorum post generale resurrectionem: que sunt / immortalitas / agilitas / claritas / sublimitas. Cetera per transeo breuitatis causa.

¶ Secunda clausula.



Actes et atrium tabernaculi in cuius australi plaga contra meridiem erunt tentoria de bysso retorta. Lētum cubitos unum latus tenebit in longitudine / et columnas viginti cum basibus totidem cneis: que capita cum celaturis suis habebunt argentea. Similiter et in latere Aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum / columnę viginti / et bases eandem numerū / et capita earum cum celaturis suis argentea. In latitudine uero atrij quod respicit ad Occidentē erūt tentoria p quibus

ginta cubitos: et columnae de-  
cem/basaeque totidem. In ea  
quoque atrij latitudine / que  
respicit ad Oriētem / quinquaginta cubiti erunt / in quibus  
quindecim cubitorum tētozia  
lateri vno deputabuntur / co-  
lumnae tres: et basae totidē:  
z in latere altero erunt tēto-  
ria cubitos obtinentia quin-  
decim: columnae tres: et basae  
totidē. In introitu vero atrij  
fiet tentoriū cubitorū viginti  
ex hyacintho z purpura / cocco  
quoq; distincto / z bysso retor-  
ta opere plumario. Columnas  
habebit quatuor / cū basibus  
totidē. Omnes columnae atrij  
per circuitū vestire erunt argē-  
teis / z basibus encis. In lon-  
gitudine occupabit atrij cubi-  
tos centū / in latitudine quin-  
quaginta: altitudo quinq; cu-  
bitorum erit. Fietq; de bysso  
retorta / et habebit bases encis.  
Luncta vasa tabernaculi  
in omnes vltus et cerimonias  
tam parillos ei / q; atrij ex ere  
facieris.

¶ **P**osterioriter postq; in pre-  
cedenti clausula actum est de  
fornatione seu constructione  
altaris / quod erat ante ingre-  
sum tabernaculi / in quo immo-  
labantur ea que offerbantur  
domino: hic cōsequenter agi-  
tur de constructione atrij / qd  
similiter erat ante ipsum ta-  
bernaculū. Dixit ergo dominus  
ad Moysem: Facies / supple  
interpositā personā / te tamen  
principaliter dirigēte: z atrij  
tabernaculi. vt autem dicit de  
L'vii / atrium erat quedā pla-  
tea magna / sub diuo / habēs in

longitudine centū cubitos ab  
Oriēte in Occidentē / z in lati-  
tudine quinquaginta: videli-  
cet ab Austro versus Aquilo-  
nem. Erat autem dicta platea  
clausa columnis quinq; pedū  
altitudinis / in quibus pende-  
bant cortine vsq; ad terram:  
vbi cum paxillis et funibus si-  
gebantur / ne a ventis mouerē-  
tur. In latere vero aquilonari  
ipsius atrij erant viginti co-  
lumnae / et in latere australi vi-  
ginti / et in latere occidentali  
decem: et erant omnes de cre-  
ta / q; habet infra. xxxviii. c.  
et erant infixe basibus encis /  
eo modo sicut dictū est de as-  
silijs columnis existentibus in  
tabernaculo. Cortine vero ha-  
bebant in latitudine tertium  
cubitū / secundū longitudinē  
columnarū: z erant facte cum  
acu reticulato opere: vt dicit  
Ra. Sa. Ita q; vulgus qd erat  
extra atrij / per foramina cor-  
tinarum poterat videre sacrā-  
ficia z oblationes que fiebant  
in atrio per sacerdotes: z crāt  
omnes de eadem materia / sctā  
licet de bysso retorta. Multa  
et alia ponit de huiusmodi a-  
trio magister Nicolaus de L'vii.  
ra in postilla sua. Vide ibidē.  
Vide etiam Iosephum.

¶ **C**irca autem hunc tertium  
z clausulam mouentur aliqua  
dubia.

¶ **P**rimū igitur dubiū: Cur  
nō precepit dominus de atrio  
q; construere sub figura qua-  
drata? Nam ex parte meridia-  
na erat centū cubitorū / z simi-  
liter ex parte aquilonari to-  
tidem. Ex parte vero orientali  
erat tantū quinquaginta cua-  
bitorum /

bitorū / z totidem ex parte oc-  
cidentali. Profecto huius distri-  
ferētie altam rationem litera-  
lem dare nō possumus: nisi qz  
sibi placuit vt ita fieret. De eo  
essē scriptū est in P'sal. Omnia  
quocunq; voluit dominus fe-  
cit in celo z in terra / mari z tē.  
Nec iuste illi dicere possumus:  
cur ita facis? vt dicit Job. xj.  
¶ **S**ecundū dubiū: Cur vo-  
luit dominus vt atrium fieret  
circa z prope tabernaculū? Di-  
cendum / q; hoc fecit propter re-  
uerētiā ipsius tabernaculi:  
ne scz populares ad ipsum ni-  
mis appropinquarent. Sicut  
hodie cōmuniter fit in eccle-  
siā quedā clausura inter cho-  
rum z nauem / ad denotādum  
q; laici (quādo sacra mysteria  
celebrātur) stare vel sedere in-  
ter clericos nō presumant: sed  
pars illa que cācellis ab alta-  
ri diuiditur / tantū patere de-  
bet clericis psallentibus: vt di-  
citur extra de vita z hone. cle.  
ca. i. quod incipit / et laici. Se-  
cūdo vero / vt sacerdotes z le-  
uite liberi / facerēt officia sua  
circa altare holocausti / multi-  
tudine populū exercitū existēte.  
¶ **T**ertij dubium: Cur voluit  
dominus vt ipsum atrij esset  
tam amplum / vbi tamen ipsum  
tabernaculum erat multo mi-  
nus? Dicendum / q; hoc voluit  
propter duplicem causam pre-  
dictam. Vnde sicut hodie ec-  
clesie vel capelle / quauis in-  
terdum in se parue sint / debēt  
tamen habere in circuitu qua-  
draginta vel triginta passus:  
vt ponitur. xviij. q. iij. sicut an-

tiqutis. z hoc propter reuerē-  
tiam sacrorum locorum: ita in  
proposito.

¶ **D**ozaliter et primo: Nota-  
dum / q; sicut in edificio atrij  
aliqua erant aurea / alia argē-  
tea / z alia (z hoc p maiori par-  
te) enea / sic etiam in edificio  
spirituali ecclesie / aliqui sunt  
aurei: cūsmodi sunt viri he-  
roici et pfecti in charitate dei  
et proximi. Sed sicut aurum /  
quauis preciosum / tamen ra-  
rum est: ita z tales viri heroici  
et diuini rari sunt hodie super  
terram. Alij autē sunt argē-  
tei / z qui cum patientia purgā-  
tur igne tribulationis: quorū  
quilibet pro se tandem dicere  
poterit illud P'salmi. Igne me  
examinasti / et non est inuenta  
in me iniquitas. Item idem  
P'sal. Argentum igne exami-  
natum z ē. Et hi quauis sint  
in se pauci / sunt tamen plures  
prioribus. Alij vero sunt enei  
siue cuprei / quales sunt multi  
peccatores: baptizati tamen z  
rectam fidem tenentes: qui p  
tanto dicunt pertinere ad edi-  
ficiū ecclesie / largo modo ca-  
piendo ecclesiam: z tales sunt  
in magno numero. Ecce quos  
modo plus est de palea in hor-  
reo ecclesie / huiusmodi / q; de  
voto z bono tritico.

¶ **D**ozaliter z secundo / atrij  
in quo occidebantur animalia  
que offerbātur deo / designat  
statum religionis debite ob-  
seruatae. Nam sicut atrij erat  
ante sanctuarium: ita et reli-  
gionis obseruatio de propina-  
quo disponit ad ingressum ta-  
bernaculi superioris / quod est  
celum. Vnde de ea potest in-  
telligi.

reiligi illud Marthei. vij. *Lō-*  
tendite per angustam portam  
intrare. In hoc autem arrio  
mactatur propria voluntas per  
vorum obedientie. Item colu-  
pus per vorum continentie.  
Insuper tres exteriores per  
vorum paupertatis voluntarie.  
Et hoc totum per modum ho-  
locauti: quod de predictis re-  
ligiosis nihil retinet sibi. Co-  
lumne autem huius arrii signi-  
ficat prelatos. Columne vero  
scilicet tentoria interioris penden-  
tia subditos. Debet huiusmo-  
di columne circumdare arrium  
religiosis per officium bone fe-  
dularitatis. Debet dependere  
a columnis: id est a prelati-  
p exhibitioem obedientie et hu-  
militatis. Debet habere quin-  
que cubitos in altum: per quin-  
que sensuum custodiam: et cen-  
tum cubitos in longum: per bo-  
nam perseverantiam: et quin-  
quaginta in latum: per mutuam  
charitatem: quia teste psalmi.  
Ecce ego domum et habitaculum  
habitare fratres in unum: scilicet  
licet per charitatem. Ante eos  
debet esse velum depictum per  
honestam conversationem: quod  
quidem velum debet habere  
quatuor colores: per quatuor  
virtutes cardinales: ita ut de  
talibus religiosis possit dici  
illud quod dicitur in littera: Fa-  
cies columnas de bysso: et  
ta: hyacintho: et purpura: et  
cocco: quodque bis rubro variatas.  
Columne autem iste: id est prela-  
ti debet esse vestiri lamina ar-  
gentea: per bonam exemplari-  
tatem quam debent dare sub-  
ditis: precedendo eos verbo et

exemplo: instar Christi qui es-  
sit primum facere: deinde do-  
cere: ut dicitur Actuum. i. *3rē*  
debet esse vestiri bali: crea per  
constantie firmitate. Reliquo  
sequētia quod longum nimis esset  
deducere ad propositum religio-  
nis. Tantum dicta sufficiant.  
¶ Moraliter et tertio: per arrium  
exterioris in quo immolabatur  
animalia: intelligitur atrium  
interius: quod est conscientia  
humana: de quo figurative po-  
test intelligi illud. *ij. Regum*  
*viii. Sanctificavit rex: supple*  
*Salomon: medium arrii: istud*  
*est arrium in quo debent hō-*  
*mines mactare animalia sua:*  
*id est peccata per perfectam*  
*contritionem. Unde psalmi.*  
*Tollite hostias: id est peccata*  
*vestra: videlicet per contritio-*  
*nem: que principaliter et effe-*  
*ctive tolluntur a deo: secundum*  
*illud Esaię. xliij. Ego sum qui*  
*deleo iniquitates tuas: propter*  
*me. Sequitur autē ubi supra:*  
*et introite in atria eius: ad-*  
*orate dñm in atrio sancto eius:*  
*id est in cordibus vestris: quia scri-*  
*ptum est in eodē psalmi. Sacrificiū*  
*deo spiritus contribulatus.*  
¶ Allegorice et primo: per arrium  
quod erat ante tabernaculum  
designatur synagoga Iudeo-  
rum: que precessit tabernacu-  
lum: id est legē euangelicam.  
Nam sicut in arrio mactaban-  
tur animalia que dño offeren-  
da erāt: ita etiam tempore sy-  
nagoge mactabantur dominio  
animalia diuersi generis: per  
que figurabatur futura passio  
Christi et sanctorum martyru-  
cius. Et sicut de arrio poterāt  
homines videre intra taberna-  
culum

culum: sicut vides ad velum quod  
abcondebatur sancta sanctorum:  
sic etiam synagoga in prophetis  
vidit aliquo modo mysteria le-  
gis gratie: et signanter aduen-  
tum et incarnationem filii dei.  
¶ Hinc ecclesia canit dicens: *Et*  
*sanctas cecinit: synagoga memi-*  
*nit: nunquam tamen desinit esse*  
*ecca. Unde in persona dicte sy-*  
*nagoge sic cantamus in primo*  
*responsorio prime dominice ad-*  
*uentus: Aspiciens a longe: ec-*  
*ce video te potentiam venien-*  
*tem: et nebulam toram terram*  
*regentem: tre vos supple pro-*  
*phete obuiat: et dicit: Nun-*  
*quid nobis si tu es ipse qui regna-*  
*urus es in populo Israel: Nō*  
*est tamen intelligendum: quod*  
*prophete veteris testamenti: ali-*  
*quando dubitauerunt de ipso*  
*mysterio incarnationis filii dei.*  
¶ Alias non fuissent veri: pro-  
phetes aliquas circumstantias  
ipsius nescierunt: de quibus et  
super quibus petebant infor-  
mari. Per multitudinem autem  
totiorum continentium: et cetero-  
rum pertinentium ad constructio-  
nem dicte arrii: designatur mul-  
tudo ceremoniarum et figura-  
rum pertinentium ad ipsum ve-  
tus testamentum: que tamen om-  
nia et singula cessauerunt: quia  
dicit Christus in cruce: cō-  
summatum est. supple verus tes-  
tamentum quantum ad predicta.  
¶ Allegorice et secundo: per arrium  
in quo mactabatur animalia:  
designatur sancta crux: super qua  
mactata et immolata est deo pa-  
tri: Christus humanitas: mediam  
te igne charitatis: siue doloris.  
¶ Per altare autem incensum: quod  
erat intra tabernaculum: et ab-

conditum ab oculis populis  
designatur eiusdem Christi diu-  
nitatis: que abscondita est ab o-  
culis nostris: pro presenti sta-  
tu: quia deus nemo vidit vnquam: ut  
dicit. *Joan. i. Et Esai. xlv.*  
*Uere tu es deus absconditus.*  
*Et bene dicitur Christus diuini-*  
*tas altare incensum: quia reddi-*  
*ti in celo odor mirabilis incen-*  
*si in naribus omnium electorum:*  
*ita ut virtute talis incensum*  
*omnes trahantur ad ipsum: et dicat*  
*illud Cant. i. Curramus in odos*  
*rem vignentorum tuorum. Et*  
*sicut aerium coniunctum et vicini-*  
*erat tabernaculum: sic et ipsius*  
*Christi humanitas coniuncta*  
*est in unitate suppositi cum diu-*  
*initate in persona filii dei. Hinc*  
*Arthanasius in simbolo: et scri-*  
*bitur anima rationalis: et caro*  
*vnus est homo: ita deus et ho-*  
*mo vnus est Christus.*  
¶ Allegorice et tertio: per arrium  
cuius arrii in quo (ut dictum est)  
immolabantur animalia: quod offerre  
ba: se deo: designatur vita actiua  
quod valde lata est: et longa: quod du-  
rat versus ad mortem: et tunc sine  
capit. Per hoc autem quod dictum  
arrii erat parum eleuatum sursum:  
quia in altitudine erat tantum  
quingens cubitorum: ut dicitur in  
littera: designatur quod qui dedi-  
ti sunt vite actiue: et communiter  
sunt parum eleuati sursum: per  
contemplationem: et hoc propter  
terrenas sollicitudines: quod de-  
primunt spiritum hominis. Unde  
Sapient. *ix. Terrena inhabitatio*  
*deprimunt sensum multa cogi-*  
*tantur. Propter quod Christus*  
*igne charitatis: siue doloris.*  
*Luc. *x. Dixit Martha: per quod**  
*significat vita actiua: Martha*  
*erat: intra tabernaculum: et ab-*

## Exodi vicessimoseptimo,

vis erga plurima. Tabernaculum autē qđ erat multo altius elevatum: videlicet versus celum: designat cōtemplatiuos: qui terrena contemnent: nō appetūt nisi celestia & eterna. Intra apostoli dicentis Phisip. j. Desiderium habens dissolutū: esse cum Chyristo: ita ut cōtemplatiuus videat dicere domino illud Lanti. j. Trahe me post te. Itē illud Psal. Sic ut desiderat ceru? ad fontes quarū: ita desiderat anima mea ad te deus. Sicut anima mea ad deū fontē viuū: quando veniā & apparebo ante faciem dei mei. Fuerūt mīhi tachymē mee panes die ac nocte: dū dicitur mīhi per singulos dies vbi est deus tuus? id est: p̄ceditō inueniēdi deū per apertā visionem: qđ summe opto. Ecce igitur quomodo tabernaculum: id est cōtemplatiuus elevatur versus celum. Quod autem tabernaculi esset multo stricti? arrio: quod amplissimum erat: designat paucitatem cōtemplatiuoz respectu actiuoz: vel forte paucitatem saluandozū respectu damnandozū: quia vt habetur Mart. xx. Dulci sunt vocati pauci vero electi.

¶ Anagoge: per atrium possumus intelligere celum: iuxta illud Ezech. x. Atrium repletū est splēdore glorie domini. Itē in ps. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: cōcupiscit & deficit: scilicet in cōcupiscēdo anima mea in atria domini. Item in figura hui? tabernaculi dicit de anima beatus. Ps. v. qđ ipsa induta rega-

libus vestimētis stetit in atrio dom? regie. Applicatio est factilis. Quod autē atrium esset centum cubitozum in longum: item quinquaginta in latitudine: quinq; autem cubitozum in altitudine (vt dicitur in litēra) designat differentiam p̄sentiozū que dantur in illo arrio superiori. Unde Chyristus Jos. xiiij. In domo patris mei mansiones multe sunt. Nam (secundum Hieronymum) veris & puris virginibus daf fructus centesimus (viduis seragesimus: & beneventibus matrimonio: fructus trigessimus). Quod vero de dicto atrio aliquādo loquitur scriptura singulariter: aliā quando vero pluraliter: designat ipsam beatitudinem celestem esse vnam quidem et partē obiecti beatifici: sed variā & multiplicē ex parte subiectozum: quib? impertitur deus vsionem sue essētie quantum & fm quod vult: iuxta merita.

### ¶ Tertia clausula.

**R**ecipe filijs israhel afferant tibi oleū de arboribus oliuari purissimū: plios contusimū: vt ardeat lucerna secundum in tabernaculo testimonij extravelum: quod oppositum est testimonio: & collocabunt eam Aaron & filij eius: & vsq; mane luceat coram domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filijs Israel.

¶ Historialiter. Postqđ in p̄cedenti clausula dominus locutus est ad seruum suum Moyses

## Clausula tertia. Fo. ccccxxiij.

fen de cōstructione atrij: quod erat ante tabernaculum: et de modo cōstructionis illius secundum varietates dimensionum illius: hic consequēter loquitur de lucerna ardēte intra tabernaculum: dicens ad ipm Moysen: Precipe filijs Israel vt afferāt tibi oleum &c. Hic er go agit Moyses de eo qđ erat necessarium ad illuminationē tabernaculi: tum propter decorum & honestatem illius: tū vt ibi de nocte posset clare videri. Quod autem precepit domi nus per Moysē filiū Israel vt afferrent sibi oleum de arboribus oliuarum: intelligitur de fructu oliuarum expressum. Et nota qđ vt dicit de Lyra: istud oleum oliuarum tñ propter ditur oleum: & hoc propter suā excellentiam. Oleum autē nuncū vel cuiuscūq; alterius materie: dicitur tñ oleum partici patuēter diminutiue. Purissimum. Sine cuiuscūq; alterius olei admixtione. Et hoc est qđ apothecarios: raro vendunt puras species: sed faciunt multas mixtiones: pilos primum: quia istud est purius qđ illd qđ teritur inter molas duas: vt ardeat lucerna &c. Sequitur: Et collocabunt eam Aaron: et filij eius: id est: aprabunt. Hoc enim non licebat nisi sacerdotibus.

¶ Circa hanc litteram mouentur quedam dubia.

¶ Primum igitur dubiū: Quid sit in deserto (quod nihil signat) vt habetur Numer. xx. poterat inueniri oleū de arboribus oliuarum purissimū. Ad hoc dicendum: qđ quando filij Israel

erunt de Egypto fecerunt sibi prouisionem de omnibus necessarijs ad vitam humanam. Inter que oleum oliuarū (siue num illius: hic consequēter loquitur de lucerna ardēte intra tabernaculum) fructus magnę utilitatis: et sustentationis. Et quis tali cibo nō indigeret populus in deserto: qui celesti pascabatur alimento: scz manna: nihilomin? populus potuit tantem fructum conseruare ad usum vltimū: scz p̄o medicaminibus cōficiēdis. Vel dic qđ istud preceptum nō fuit exequutum: nisi quando primo venerunt filij Israel ad terram promissionis. Quomodo enim in deserto poruerūt filij Israel colligere oliuas de arboribus: maxime cū dicatur Numer. xx. qđ ipsi conqueiebantur de Moysē & Aaron dicentes: Quare nos fecistis ascendere de Egypto: & e duxistis in locum istū pessimū: qui feri non potest: qui nec ficū gignit: nec vineas: nec malogranata. Et simile creditur de arboribus oliuarum.

¶ Secundum dubiū oritur p̄pter illud verbū: vt ardeat lucerna. Contra hoc verbum videtur esse verbum illud qđ habetur supra: circa finem secundę clausule. cap. xxv. vbi dominus dixit ad Moysen: Facies & lucernas septē: et ponas eas super candelabrum: vt luceant ex aduerso. Patet ergo qđ erāt plures lucerne: & tamen hic nō fit mentio nisi de vna: dicens: vt habetur Numer. xx. poterat inueniri oleū de arboribus oliuarum purissimū. Ad hoc dicendum: qđ quando filij Israel

Venit





## Exodi vicesimoseptimo,

atq; ad multa villis. Et ideo si cur i domofamilias oleū illud est summe necessarium: sic in domo conscientie oleū gratie est valde necessarium. Et ideo cum omni diligētia debet a nobis procurari: tam a deo qui dat eam effectiue: q̄ a sanctis eius qui dant eam impetratiue. Et postq̄ habuerimus ipm oleū debemus diligenter illud custodire: iuxta illud Eccles. ix. Oleum de capite tuo non deficit. Et notandū q̄ illud oleū diuine gratie non nascitur de terra: quia non ex meritis nostris: sed de celo: id est ex imensa dei bonitate: et liberalitate datur nobis: dicente beato Jacobo in sua canonica. i. c. Omne datum optimū: et omne donū perfectum desursum est: descendens a patre luminum.

¶ Allegorice et primo: Lucerna est fides. Oleum aut oliuarū: designat bona opera. Tunc ergo lucerna lucet: quando fidei adiunguntur bona opera: que sunt tanq̄ oleum dicte lucerne: quia vt habet Jacob. ij. Fides sine operib; mortua est. Et sicut lucerna: vt lucerne: in tabernaculo non lucebant nisi de nocte: adueniente autē luce diei: extinguiebantur: sic nec fides lucet nisi q̄ diu durat: non huius vite. Adueniente autem clara luce future glorie: extinguetur fides: dicente Apostolo. j. Cor. xij. Cū venerit qd̄ perfectum est: euacuabitur qd̄ ex parte est. Unde Esa. lx. Non erit tibi sol amplius ad lucendum: nec splēdor lune. i. fidei: illuminabit te: sed erit tibi dominus in lucem sempiternam:

et deus tuus in gloriam tuam. Et nota q̄ propheta loquitur de statu glorie.

¶ Allegorice et secundo: et cōformiter ad glo. interli. per lucernam: que debebat semp ardeat i tabernaculo testimonij: intelligitur predicatio diuini verbi: q̄ debet fieri in ecclesia. Accēsores aut huius lucerne: sunt doctores: et egregij predicatores. hic est q̄ in qualibet ecclesia cathedrali debet deputari vna prebēda pro doctore: qui debet legere ad clerum: et pdicare ad populū. Et de hac lucerna pot̄ intelligi illud Lu. vi. Nemo accendit lucernam: et ponit eam sub modio: sed sup candelabrum: vt luceat omnib; qui in domo sunt. Debet autē hec lucerna lucere corā dō: qz pdicatio debet fieri ad dei honorem: et animarum salutē. Non autem ad propriā gloriā: sicut quidam faciūt: qui faciūt omnia opera sua: vt videantur ab hominibus. Matt. vi. De quibus subditur q̄ receperūt mercedem suam.

¶ Allegorice et tertio. Lucerna est sacra scriptura: de q̄ Luc. xj. Et sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Ita autem lucerna fuit prioribus annis apud aliquos scholasticos et predicatores: quasi sub modio abscondita: et non supra candelabrum posita: dum pleriq̄ scholastici quos appellam; bachalaros theologicos repleuerūt gymnasia sua: nescio quibus inceptis exercitijs: et disputationibus: in quibus qui subtilior inueniebatur: doctior reputabatur. Et similiter multi predica-

## Clausula prima. Fo. ccccxxvj.

dicatores omisiss sacris euangelijs et epistolis: quasi ad fabulas se contulerunt: vt videretur aliquid noui dicere. Cōtra quos insurrexerunt dicti et appellati Erasmus et Lutherus Germani: qui vtinam in finibus suis sterissent: et non vltra vagari fuissent. Sic enim non esset hodie questio de erroribus Lutheranis: qui per totū mundum dispersi sunt. Sed p̄ dei gratiam audio predictam lucernam sacre scripture post tam iterū super candelabrum: dum hodie in sacro gymnasio Parisiē. factuose: et quendam theologice materie disputantur: et vi argutiū elucida-tur. Dum etiam predicatores omisiss sacris literis: nō libenter audiuntur. Utinam ergo atq; vtinam hec lucerna nunc et in eum ardeat in tabernaculo domini.

¶ Allegorice et quarto: lucerna est Christus: qui verbo doctrine sane: atq; exemplo optime vte illuminauit mundum istū in suo primo aduentu: ita vt diceret Joan. viij. Ego sum lux mundi. Hec quidem lucerna fuit sub modio: quādiu fuit in vtero virgineo. Sed tūc posita est super candelabrum: quā cepit Iesus facere et docere. Actus. j. Vel dici q̄ tūc posita est super candelabrum: quando Christus extensus est in cruce. Et tūc ad modicū tempus hec lucerna extrinca est: quādo scilicet ipse Christus tradidit spm̄ deo patri. Sed sicut lucerna tabernaculi: postq̄ ad tēpus extincta fuerat: iterum accendebatur: ita et Christo

passo iterū accensus est in sua resurrectione: nec iterū extinguetur: qz vt dicit Rom. sexto: Christus resurgēs ex mortuis: sū nō moritur. Et nota q̄ i hac lucerna est duplex luminare. s. maius et minus. i. duplex natura. s. Christus: v; diuinitatis: et istud est luminare maius: per qd̄ illuminat omnis homo veniens in hūc mūdū: vt dicit Jo. j. et hoc sufficienter: licet nō semp efficiat. Et tibi est luminare minus. s. humanitas glorificata: v; ex parte aie et corporis etc.

¶ Analogice: lucerna semper ardens in tabernaculo est Christus regnans in celo: de quo quidem tabernaculo loquitur Psalmista: cū p̄ admiratione glorie celestis ait: Domine deus habitabit in tabernaculo tuorū. Cū de huiusmodi lucerna loquitur Joan. Apoc. xij. dices: Ciuitas supple celestis: de qua Psal. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Hec inquam ciuitas nō eget sole: neq; luna: supple materialibus: vt luceat in ea. Nam claritas dei illuminabit eam: et lucerna ei; est agnū: id est Christus: secundum q̄ homo. Ita sufficient.

## Exodi vicesimo octauo. Clausula prima.



Aplica q̄q; ad re Baro fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum Israel: vt sacerdotio fungantur tibi

**Exodi viceſimo octauo,**

uſi. Aaron: Nadab: Abiu:  
Elezariet Ithamar: facieſq;  
veſte ſacta Aaron fratri tuo  
in gloriā et decozem. Et lo-  
queris cunctis ſapientib⁹ coz-  
dei quos repleui ſpiritu puidē-  
tie: vt faciāt veſtes Aaron fra-  
tri tuo in gloriā et decozem:  
in quib⁹ ſanctificat⁹ miniſtre-  
tibi. Hec autē erūt veſtimēta  
que facient. Rationale et ſup-  
humeralitunicam et lineā ſtri-  
ctam: cidariū et baltheū. Fa-  
cient fratri tuo Aaron et filiis  
ei⁹ veſtimēta ſancta: vt ſacer-  
dotio fungantur tibi. Acci-  
pientq; aurū et hiacinthū et  
purpurā: cocco quoq; bis tin-  
ctū et byſſum. Facient autē ſu-  
perhumeralē de auro: et hia-  
cintho et purpura: cocco quoq;  
bis tincto et byſſo retorta ope-  
re polymito. Duas oras iun-  
ctas habebit in vtroq; latere  
ſummitatum: vt in vnū redeat.  
Ipsa quoq; textura et cuncta  
operis varietas erit ex auro et  
hiacintho et purpura: coccoq;  
bis tincto et byſſo retorta. Su-  
mes quoq; duos lapides ony-  
chinos: et ſculpes in eis nomi-  
na filioꝝ Iſrael: ſex noia in la-  
pide vno: et ſex reliq; in altero:  
iuxta ordinē natiuitatis eoz.  
Opꝛ ſculptoris et celatura gē-  
marū ſculpes eos noib⁹ filioꝝ  
Iſrael: in cluſos auro atq; cir-  
cūdatos: et pones in vtroq; la-  
tere ſuphumeralis: in memoria:  
le filijs Iſrl. Portabitq; Aa-  
ron noia eozū eozū dño ſuper  
vtraq; humerū: ob recordatio-  
nē. Facies et vncinos ex auro:  
et duas catechulas auri puri-  
ſſimi ſibi iuncte coherentē: ſi-  
ſnēres vncinis. Rationale et q;

iudicij facies opere polymito  
iuxta ſecturā ſuphumeralis ex  
auro: hiacintho et purpura: coc-  
co quoq; bis tincto: et byſſo re-  
torta. Quadrāgūli erit et du-  
plex. Meſurā palmi habebit  
iā in longitudine et in latitu-  
dine: ponesq; in eo quatuor or-  
dines lapidū. In primo verſu  
erit lapis ſardī et topazius et  
ſmaragdus. In ſecūdo: carbū-  
cul⁹: ſaphyꝝ et talpis. In ter-  
tio: liguri⁹: achates et amethi-  
ſtus. In q̄to: chryſolit⁹. Ony-  
chin⁹: et berillus. In cluſo au-  
ro erūt per ordines ſuos. Pa-  
bebuntq; nomina filioꝝ Iſra-  
el. Duodecim nominibus cēla-  
būtur: ſinguli lapides nomi-  
bus ſinguloꝝ per duodecim  
tribus. Facies in rationali ca-  
tenas ſibi inuicem coheren-  
tes ex auro puriſſimo: et duos  
annulos aureos: quos pones  
in vtraq; rationalis ſummita-  
te: et catenasq; aureas iunges  
annulis: qui ſunt in marginib⁹  
eius: et ipſarū catenarū ex-  
trema duobus copulabis vn-  
cinali in vtroq; latere ſuperhu-  
meralis quod rationale reſpo-  
det. Facies et duos annulos au-  
reos: quos pones i ſummitati-  
bus rationalis: et in oris que e-  
regione ſunt ſuperhumerali:  
et poſteriora ei⁹ aſpiciſt. Nec-  
non et alios duos annulos au-  
reos: qui ponendi ſunt in vtro-  
q; latere ſuperhumeralis deoz  
ſum: quod reſpicit contra faciē  
iuncture inferioris: vt aptari  
poſſit cum ſuperhumerali et  
ſtringatur rationale annulis  
ſuis cum annulis ſuperhume-  
rali: et vitra hiacinthina et ma-  
neat iunctura ſubſectata: et e

**Claufula prima. Fo. ccccxcvij.**

ſe inuicem rationale et ſuper-  
humeralē nequeant ſeparari.  
Portabitq; Aaron nomina fi-  
lioꝝ Iſrael in rationali iudicij  
ſuper pectus ſuum: quan-  
do ingrediet ſanctuariū: me-  
moriale eozū domino in eter-  
num. Pones autē in rationali  
iudicij doctrinam et veritatē:  
que erunt in pectore Aaron:  
quando ingredietur eozū do-  
minū: et geſtabit iudicium ſilio-  
rū Iſrael in pectore ſuo in cō-  
ſpectu domini ſemper. Facies  
et tunicam ſuperhumeralis ro-  
tā hiacinthinā in cui⁹ me-  
dio ſupra erit capitū et ora p-  
giriū eius textilis: ſicut fieri  
ſolet in extremis veſtium par-  
tibus: ne facile rumpatur. De-  
oz ſum vero ad pedes ei⁹ ſam-  
tunicę per circuitum quaſi ma-  
la pūica facies ex hiacintho  
et purpura et cocco bis tincto et  
byſſo retorta: mixtis in medio  
tintinnabulis: ita vt tintinna-  
bulum ſit aureum: et maſū Pu-  
nicum. Rurſumq; tintinnabu-  
lum aliud aureum: et maſū Pu-  
nicum. Et veſtietur ea Aaron  
in officio miniſterij: vt audia-  
tur ſonitus: quādo ingreditur  
et egreditur ſanctuariū in con-  
ſpectu domini: vt non moriā-  
facies et laminam de auro pu-  
riſſimo: i qua ſculpes opere ce-  
latoꝝ ſanctum domino. Liga-  
bitq; eam vitra hiacinthina: et  
erit ſuper tiam: in immenſis  
fronti pontificis. Portabit que  
Aarō iniquitates eozū: que  
ſilij Iſrael in cunctis muneri-  
bus et donarijs ſuis. Erūt autē  
lamina ſemper in fronte ei⁹:  
vt placatus ſit ei dñs. Strin-

geſq; tunicam byſſo: et tiam  
byſſinam facies et baltheum  
opere plumarij. Porro: ſilijs  
Aarō tunicas lineas parabis:  
et baltheos ac tiam in glo-  
ria: et decozem: veſtieſq; his  
omnibus Aaron fratrē tuum:  
et filios eius cum eo. Et cūctos  
rum cōſecrabis manus: ſancti-  
ficabisque illos: vt ſacerdotio  
fungatur tibi. Facies et ſemis-  
nalia linea: vt operiāt carnem  
turpitudinis ſue a renibus: viſq;  
ad femora: et ventur eis Aa-  
ron et ſilij eius quando ingre-  
dientur tabernaculum teſtimo-  
nij: vel quando appropinquāt  
altare: vt miniſtrent in ſanctua-  
rio: ne iniquitatis rei mortua-  
tur. Legitimum ſempiternum  
erit Aaron: et ſemini eius poſt  
eum.  
¶ Hiſtorialiter. Poſtquā ſan-  
ctus ppheta domini Moyſes  
in precedenti capitulo locutus  
eſt de tribus: videlicet de alta-  
ri tabernaculi: de atrio ei⁹ ſcē-  
arq; de oleo lucerne: ſive lucer-  
narum illius: hic conſequēter  
ſatis diſcuſe loquitur de orna-  
mentis ſummi ſacerdotis et fi-  
lioꝝ eius: ſive de miniſtroꝝ  
diſpoſitione. Unde totum pre-  
ſens capitulum eſt vnā clau-  
ſulam cōplectitur. Sed omiſ-  
ſa lōga expoſitione literę: que  
in alijs poſtulatoribus facile  
patere poteſt: tñ ad aliqua du-  
bia circa huiusmodi literā me-  
conuertam.  
¶ Primum iſtius dubium: cur  
dominus voluit vt fieret veſtia  
tam ſolemnis et pꝛecioſa Aarō:  
ſummo ſacerdoti: maxime cum  
legatur Luce decimo ſexto: De-  
diſte epulone in vituperium  
Dq ij eius

efus; q̄ inducatur purpura & bysso? Dicendū q̄ acrus hīas n̄ iudicantur boni vel mali p̄cipaliter ex parte finis. Unde philosophus in thopicis dicit q̄ cuius finis bonus est; ipsū quoq̄ bonum est. Et e contra cuius finis malus est; ipsū quoq̄ malū est. Da exemplū de diuite; q̄ dat eleemosynā pueli; vt corrūpat eam. Veste igitur p̄ctiosa potest quis bene & male vti; scēdū aliū & aliū finem. Nam si quis ea vtatur ad fastū & propriam gloriā; vt faciebat p̄dictus epulo; t̄ sic peccat. Unde Greg. homil. xl. de eo loquens ait: Si (inquit) cultus p̄ctiosus veltū peccatū non esset; nequaquā sermo diuinus tam vigilanter exproberet; q̄ diues purpura & bysso indut; in presenti; nūc ap̄d inferos torqueretur. Itē Chryso- stom; homil. xv. de eo cū ip̄o- perio dicit; q̄ cinis; puluis et terra; purpurā & sericū portat. Itē Idē Grego. vbi supra; Nec- mo p̄ctiosis vult indui; vbi a nemine credit posse videri. Si autē quis vtatur p̄ctiosis vesti- bus ratione conditionis perio- ne; siue dignitatis; siue ratiōe status tātū; tunc non peccat. Da exemplū de rege. Item de p̄rificē aut sacerdotē; officias- te ī altari; & huiusmodi. In cu- ius rei signum dñs voluit; vt Aaron fieret vestiamultum so- lemnis; atq̄ p̄ctiosa; & simili- ter filijs eius.

¶ Secūdū dubiū: Quare vo- luit dñs; vt vna pars vestium ipsi; Aaron vocaret; & diceret rationale? Respon̄o in signū; q̄ etiā omnes homines ratio-

nis capaces debeāt vti ratio- ne; maxime tamen hoc conue- nit superioribus p̄clatis. Qui quanto gradu superiores ex- stūt; tanto rationabiliores es- se debent. Unde per rationale intelligit veri cognitio; et per superhumeralē boni op̄atio. ¶ Tertius dubiū: Utrum illa q̄ hic dicūt de Harō & filijs suis; tantū debeant intelligi de p̄- p̄is personis eorū? Dicendū q̄ non sēd etiā referenda sunt ad filios filiorū suorū; quādiu lex illa vet̄ duravit. Sicut q̄ Christus dixit: Pasce oues meas; pasce agnos meos. Ioan. vlt. non dixit ei tantum pro propria persona; vet̄ etiā in eo itellerit ceteros futuros p̄clatos ecclesie.

¶ Quartum dubiū: Quid ope- rabatur iste ornatus vestium Aaron in aduersarijs? Dicen- dum; q̄ diuinitus operabatur in eis terrorem. Dicunt enim hebrei; vt refert August. q̄ in medio rationalis fuit quidam lapis quadrāgularis; magni- tudinis duorū digitorū; in q̄ apparebat fulgor; quando sci- licet dominus erat ip̄is; he- breis placatus. Dicit etiā Jo- sephus; q̄ quando egressuri erant ad p̄liū; tantus fulgor apparebat in lapidibus ratio- nalis; maxime cū deberent vi- cere; vt omni multitudine esset notū deū hebreorum auxilio non deesse. Quando vero non debebāt vincere; dicti lapides non ita lucebant. Dicit insup̄ dictus Joseph; q̄ dictus ful- gor cessauit per ducentos an- nos priusq̄ scriberet; et hoc propter legis trāsgressionē.

3ra

Ira enim ipse scripsit in libro antiquitatū; que scripsit anno xlii. post passionem domini; ad instantiā Vespasiani impera- toris; cū scilicet destructa fuit Hierusalem per dictū Vespas- ianum; & Titum filiū suū.

¶ Quintū dubiū: Quare de ra- tionali dictū est Moȳsi a dño. Ponas in eo quatuor ordines lapidum; q̄ paucores aut plu- res? Dicendum q̄ ideo; q̄ ex quatuor v̄tib; nati fuerūt duodecim patriarche; qui ī di- ctis lapidibus inscripti erant. Ideo sequitur: In primo ver- su. i. in primo ordine; siue p̄- ma linea; erit lapis sardius; q̄ sic dicitur a sardis insula; vbi fuit primo inuentus; et est san- guinei coloris. Thopasius au- tem est lapis; qui quanto ī in- uentione rarior; tanto p̄ctio- sior. Est autē iste lapis diuerso rum colorū; pro varietate indi- uiduorum suorū. Similiter et Thopasius; qui etiā est lapis p̄ctiosissimus. Smaragdus est lapis nimie viriditatis; qui etiam incurrit viriditatem in re sibi opposita. In secundo ver- su. i. in secūdo ordine; erit car- bunculus. Carbunculus autē dicitur; quā ignitus; vt car- bo; cuius fulgor nec nocte vin- citur. Nam adeo in nocte ful- get; vt flammās ad oculos vi- det. Est autem carbunculus nomen equiuocum; videlicet ad quendam morbum sic dis- ctum; eo q̄ in ortu suo rubet; vt ignis; postea nigrescit; vt carbo extinctus. Item ad la- pidem p̄ctiosum. Saphirus lapis est; qui sereno celo simi- lis est; qui percussus radijs so-

lis ardentem emittit fulgorē; Sapis est lapis obrus; viro- ris; qui; contra phantasmata dicitur opitulari. In tertio Li- gurus; fertur; q̄ ille lapis in- uentur in renibus bouis. Vel vt alij dicunt; licurus lapis est; qui dicitur a linc; lincis; eo q̄ formatur et generatur ex vna lincis tempore indura- ta. Achares lapis est; qui repe- ritur in quodam fluuio Sici- lie; et fertur esse nigri coloris; qui tempestates auertit; flumi- na sistit; et hominē gratiosum reddit; sicut fuit Enes qui ta- lem lapidem portabat in vagi- na. Tunc etiam lapidem di- cunt regem Pyrbū tam exi- mite speciei habuisse. Amethi- stus est lapis purpurati coloris; vel violacei cum roseo virore; qui ebrietatibus contrari; est. Huius lapidis maxima copia inuenitur in Ethiopia et In- dia; etiam in aliquibus Ber- manic partibus; qui in se vi- uis est et obscurus. In quarto versu; siue ordine; erat chrysolit- tus; qui lapis est rotus aure- us. Et dicitur a chrysis quod est aurum; quia fulget quasi aurū; scintillas habens ardē- tes; et est hōis maturinis co- lore locundior; qui si applice- tur igni; statim corrumpitur; & rupta materia velut si fugat- tur ab igne rellit. Omichinus lapis est; qui humani vnguis habet colorem. Berillus est la- pis aquarici coloris; qui non potest sculpi; vt aiunt; id est; vt potest sculpi. Sculptum nem- pe fuit; quia in eo nomen vni- us filiorum Israel sculptum fuit. Nec intelligendum est; ha-

Da iij bere

## Exodi vicesimo octavo,

bere colorem secundum se i cū aqua: vt sic non sit colorata. Sed dicitur habere colorem aque solis radio perfuse. Et sic patet de quatuor ordinibus lapidum qui fuerunt in rationali Aaron: de quo hie loquitur textus.

**¶** Secundum dubium: Cur duodecim nomina filiorum Israel cum singulis nominibus duodecim lapidum preciosorum potius posita sunt in rationali pontificis? In superhumerali eiusdem? Dicendum: quod ideo: quia tunc dicta duodecim nomina non potuissent videri nisi a magno homine: et multum propinquo magno sacerdoti. Posita autem in rationali magis erant in patulo ad legendum: etiam a remotis. Rationale enim ornamentum aliquantulum descendebat magis superhumerali.

**¶** Septimum dubium: Quare tintinnabula que erant in infertori parte vestis Aaron: erant aurea: maxime cum aurum non sit multum sonorum? Dicendum: quod propter preciositatem et venustatem: atque soni maturitatem. Quauis enim quodlibet tintinnabulum in se non esset multum sonorum nisi forte iuuaretur ex modo figurandi: qui multum facit in talibus: omnia tamen simul sumpta: propter multitudinem reddebant sonum sufficientem et temperatum. Erant enim (secundum Iosephum) huiusmodi tintinnabula numero septuaginta duo: et malaonica totidem: que omnia erant ordinata scalariter cir-

ca pedes pontificis.

**¶** Octauum dubium: Quid significat malum punicum: de quo etiam mentio sepe fit in sacra scriptura? Dicendum: quod malum punicum est dictio composita figure. dicitur enim de malum mali: quod est fructus quidam: et punicum quod est nomen regionis: que nunc dicitur Africa. Unde in historijs Romanorum: quando fit mentio de bello punico: intelligitur de bello quod habuerunt Romani contra Africanos. Unde malum punicum alio nomine dicitur malogranatum: quia sub vno cortice multa grana continet. adiuuicem tamen optime ordinata.

**¶** Nonum dubium oritur propter illud verbum: facies et lamina de auro purissimo: in qua sculpsit opere celatois sanctum domino. Queritur ergo quid intelligitur per sanctum domino? Respondetur: quod intelligitur nomen domini sanctum: quod dicitur tetragrammaton: id est: quatuor litterarum: quod significabat domini sanctitatem. Iste autem quatuor litterarum secundum Bedam: et ponitur hic in glo. ordinaria sunt iste. Ioh: quod interpretatur principium: heth: passio: Tau vite. Hei iter: Petrus autem: Cornetor: aliter ordinat istas litteras: videlicet in hunc modum. Heth: Ioh: Tau: que sonant: Principium vite passionis iste. Ad hoc est dicere: per passionem huius quem prefiguratur hic sacerdos: reiniturabitur et recuperabitur vita in Adam perditam. Et

## Clausula vnica. Fo. cccc. cxx.

Et dicebatur nomen istud ineffabile (secundum Bedam) non quia dici non possit: sed quia diffiniri: id est: comprehendit sensu vel intellectu a creatura non potest iuxta illud Philippi quarto: Pax dei que exuperat omnem sensum custodiat etc.

**¶** Decimum dubium oritur propter illud verbum: portabitis Aaron iniquitates eorum que obrulerunt et sacrificauerunt filij Israel etc. Videtur ergo ex verbis istis quod animalia que obtulerunt filij Israel habebant aliquas iniquitates: quas portare debebat Aaron.

**¶** Hoc autem falsum est: quia sicut animalia non sunt susceptible gratie: ita neque iniquitatis. Dicendum: quod sensus illorum verborum talis est. Portabit Aaron id est: asportabit rantes sua: iure pontificij iniquitates: id est: oblata pro iniquitatibus eorum: id est: filiorum Israel: secundum quod dicitur etiam: Peccata populi mei comedent: id est: oblata pro peccatis: que obrulerunt et sacrificauerunt filij Israel. Pro quo notandum: quod animalia que offerebantur domino erant duplex differentia. Nam quedam ralia ipso facto erant domino sacrificata: ita quod non poterant cedere ad alios usus communes. Alia autem non sic: sed cedebant partim in usus et usum sacerdotum. Alia autem pars in usum offerentium. Vel aliter: secundum Petrum de Palude. Portabit: id est: asportabit: Aaron vel auferet: iniquitates eorum: id est: peccata pro quibus oblata

sunt munera et sanctificata. Sequitur: Erat autem lamina semper id est: determinata tempore: quando scilicet exequetur officium suum: in fronte eius: scilicet Aaron: vt placatus sit ei dominus: scilicet: pro populo oranti et offerenti. In fide enim passionis future Jesu Christi: protestata in lamina aurea: placebat deo antiqua sacrificia: et non ex opere operato. Hinc Psalm. ait de domino: Sacrificium et oblationem noluit: scilicet: propter se: et ex opere operato.

**¶** Undecimum dubium: Utrum viri tempore legis antique vterentur femoralibus? Videtur quod non: quia hic precipit dominus sacerdotibus: vt quando accedunt ad sacrificia offerenda dominos vterantur femoralibus. Igitur extra tempus illud non habebant in usu vt talibus femoralibus. Dicendum: quod tunc erat duplex genus femoralium. Unum quidem commune omnibus viris: qui talibus diebus indigebant ad cooperiendam turpitudinem suam: que alias de facili potuisset videri. Hoc autem fuisse valde indcens: cum etiam multa animalia illam abscondant. Erat et aliud genus femoralium speciale: quo soli sacerdotes vterantur: et hoc tantum quando sacrificare debebant domino. Et de talibus femoralibus hic agitur.

**¶** Duodecimum dubium: Cur dominus precipit Moyse: dicens: facies et femoralia

¶ Q. iij. linea:

## Exodi vicesimo octavo,

linca: et non potius dicitur femora: Ad hoc dicunt quidam quod tunc etiam femine debebant uti femoralibus: et hoc in lignis pudicitie et honestatis. Nam femora sunt proprie virorum: femalia vero mulierum. Unde Lanti. vij. Junctura femina tuorum. Dicunt ergo aliqui quod feminalia sunt brache mulierum. Sed iste modus dicendi videtur ridiculosus. Ideo Jfido. libro. xj. Ethimo. dicit quod femina sunt partes femorum: quibus viri in equitando doctis equorum adherent. Unde et feminalia possunt dici virorum: et ita hic accipiuntur.

¶ Notandum autem quod de vestibus sacerdotalibus loquitur Petrus Comestor: licet ait: De his sane vestibus de quibus loquitur presens capitulum: quia confuse de illis loquitur historia ad eudentiam contra ordinem professamur. Quatuor erant vestes tam sacerdotibus minoribus (quos chaneos vocabatur) quam principis sacerdotum (quem arabarchum appellabatur) communes: et alie quatuor post illas: quibus solus arabarchus id est princeps utebatur: quibus secundum ordinem hunc induebatur. Nam purificatus prius manibus et pedibus aqua sacerdos induebat se manachasim: grece id est brachis siue femoralibus. Secundo byssina sindone duplici vestiebatur: quam nos lincam stricram siue camissam dicimus: que descendebat usque ad talos: et erat deceter corpori coaptata: sed mancis brachia valde constringebat. Tertio stringebatur baltheo lato.

Quarto simplicem tyaram gestabat in capite: que tamen disterebat multum a cidari pontificali: que erat in modum parvi calamari vel modice cassidis. Et sic patet breviter de vestibus minorum sacerdotum veteris legis.

¶ Sequitur de indumentis sine vestibus pontificalibus: secundum eundem Petrum Comestorem. Super hec (inquit) parvis quatuor vestibus induebatur arabarchus. Prima igitur vestis siue tunica ipsius erat hyacinthina: poderis vel ipoditis dicta: id est talaris: que erat in modum dalmaticae facta. Habebat autem per simbrus. lxxij. tintinnabula aurea: quibus erat inmittere rotidem nastuli: quas si mala punica: siue malogranata: ita ut post tintinnabulum esset malogranatum: quasi intercalari modo posita: ut audiretur sonus cum sacerdos solus ingrederetur: vel egrederetur sanctuarium: et non moreretur. Secunda vestis erat Ephor: similis superhumerali Sacerdotum. Et erat ephor sine mancis ad modum collobij descendens usque ad renes: in quo erant duo lapides onichini: in quibus erant sculpta duodecim nomina filiorum Israel. Sex nomina sentiorum in humero dextro. Et sex nomina iuniorum in humero sinistro: et hoc ob recordationem duodecim filiorum Israel. Unde dicto ephor legitur Samuelem indutum. i. Reg. ij. Ite David. ij. Reg. vj. Erat autem ipsum ephor mira pulchritudine varmiculatum. Tertia vestis erat rationale: que erat satis parva

## Clausula unica. Fo. cccc.

et quadrangularis: mensura palmi habens. In hinc aure rationale erat duodecim lapides: auro firmiter inclusi: per quatuor ordines: in quibus erant sculpta duodecim nomina filiorum Israel: iuxta ordinem natiuitatis sue: ut gestaret summus sacerdos memoriale filijs Israel: ut populus videns nomina patris suorum satageret ne a virtute priorum degeneraret. Appellabatur autem rationale iudicij: quod scripta erant in eo hec duo nomina iudicij et veritas: vel doctrina et veritas. Traditur autem in medio rationalis fuisse lapidem quadratum: magnitudine duorum digitorum: in quo secundum coloris mutationem perpelebatur vultus dei placatum haberent: san offendium. Iosephus etiam dicit sardoniceum qui in dextero humero gerebatur: cum sacrificio pontificis deo placebat: tanto splendore micare: quod etiam procul positus radius eius appareret. Egressurus vero ad prelitium: si deus cum eis esset: tantus fulgor in lapidibus rationalis apparebat: ut omnium multitudini fieret manifestum eorum auxilio deum adesse: et ob id rationale iudicij nuncupari. Quarta vestis erat mitra et tiara: de qua Comestor sic inquit: Ultimam erat capitis ornamentum: quod communis tiara vel mitra dici potest: vel insula: speciatius vero cidaris. Erant tiara ista ad modum predictae facta: que communis erat sacerdotibus: super quam confusa erat alia rota hyacinthina: que circumdabatur aureo circulo: tribus ordinibus facta. Super fronte

vero arabarchi: id est summus pontificis pendebat lamina aurea: ad modum lune dimidie facta: in qua sculptum erat hagios Adonai: id est sanctum nomen domini: scilicet tetragrammaton: quod ineffabiliter dicitur: Non quia dici non possit: sed quia rem ineffabilem significat: quod his litteris scribitur: Petrus Joth: Jeth: Tau: que sonant principium vite passionis ille. Quod est dicere: Per passionem huius quem prefiguratur hic sacerdos: renunciabitur et reclusa perabitur vita in Adam perditam. Pec Comestor: propter multa que omissa sunt brevitate gratia. Pec autem que predicta sunt: hic inferere volumus: propter illos quod dicit Comestor non habent copiam.

¶ Moraliter et primo per hoc quod predictae vestes: quibus multum prectose fuerunt: tamen de mandato domini facte: significatur quod ea que applicantur seruitio et honori dei: non sunt perditae: quantumcumque sint in se perditae. Nec illa sunt dicenda perditae: per que honoratur deus: et populus ad deuotionem excitatur: quicquid clament mundani: qui sunt similes proditori: Judaei: qui ut legitur Joan. vij. Uti dicitur quod Magdalena sudisset suum unguentum super dominicos pedes: ait: Ut quid perditio hec? potuit enim hoc unguentum vendi trecentis denariis: et dari pauperibus.

¶ Moraliter et secundo: conformiter ad magistrum Nicodemum de Lyza: per quatuor ordines nomina que fuerunt in Aaron pontifice: significatur quatuor que

## Exodi viceſimo octauo;

que ſpecialiter debent eſſe in quolibet pontifice. Primum igitur fuit lamina aurea pendens ſuper frontem: in qua fuit ſcriptum nomen domini retragrāmaron: per quam intelligitur iugis memoria domini: & legis ipſius. Unde de viro iuſto ait Pſalmiſta in principio ſui pſalterij: Beat⁹ vir qui in lege domini meditabit die ac nocte. Secundum fuit ſuperhumeralē p quo intelligit q̄ pontifex debet ſupportare inſirmitates ſubditorū. Unde Hebræorum. v. dicitur: Omnis p̄ſiter ex hominib⁹ aſſumptus: p̄ hominibus conſtituitur. Sequit: Qui condolere poſſit hiſ qui ignorant & errant. Tertium fuit rationale iudicij per quod intelligit potestas et ſcientia iudicandi. Quartum fuit tunica hyacinthina q̄ erat colore celeſtis. Ideo ſignificat cōuerſatio nē celeſtē p̄ſideret. Uñ Paul⁹ (q̄ et ep̄ſcopus fuit) dicebat in p̄ſona oim ep̄ſcoporū. Noſtra cōuerſatio in celis eſt. Philip. iij. In tunica autē p̄ſideret erat tunicinabula aurea & mala tunica p̄ q̄ ſignificat ſana doctrina cū bona vita. Nec vañ ſufficit ſine reliquo. Q̄ (vt inquit Grego.) Cur⁹ vita deſpicit reſtat vt ei⁹ p̄dicatio contēnat. ¶ Moraliter & tertio r̄ conforter ad eundem de Lxxi per quatuor alia ornamenta que fuerunt ipſi Baro⁹ & filij ei⁹ coia: designant virtutes miniſtroꝝ eccleſie. Primum fuit feminalia linea: ad cooperiendum turpitudinē carnis ſue: p̄ qua ſignificat caſtitas. Scdm̄ fuit tunica linea: per qua ſignificat

conuerſationis honeſtas. Ter-  
tium fuit balthe⁹: ſiue cingul⁹  
veſtes reſtringens: per qd̄ beſſi-  
gnat moderatio rationis ſup-  
er reſtringentis. Quartū fuit  
mitra in capite: per quam deſi-  
gnatur rectitudo intentionis:  
vt ſcilicet omnia ſiant ad glo-  
riam et honorem dei: dicente  
Apoſt. i. Corin. x. Omnia in  
gloriam dei facite. Iſta igitur  
quatuor debent eſſe in omnia  
b⁹ eccleſie miniſtris gñaliter.  
¶ Moraliter et quarto r̄ con-  
formiter ad glo. Interl. p̄ hoc  
q̄ dominus mandat Baro⁹ et  
filios ſuos ſibi debere applica-  
ri: designatur q̄ tam p̄ſideret  
et p̄relati q̄ etiam ceteri ſacer-  
dotes debent quadam ſpeciali  
ſanctificatione p̄te ceteris pos-  
ſulis domino applicari. Nec  
ſolum quidē per ſacri ordinis  
dignitatem: verum etiam per  
bone vite ſanctitatem. Sic em̄  
iubet dominus Leuiti. xx. di-  
cēs: Sanctificamini: quia ego  
ſanctus ſum dominus deus ve-  
ſter. Item ſupra. xix. Sacerdo-  
tes (qui accedūt ad dominum)  
ſanctificentur: ne forte percu-  
tiant eos. Nam vt dicit Grego-  
rius in ſuo paſtorali. c. xij. ne-  
ceſſe eſt vt munda eſſe ſtudeat  
manus: que ſordes diluere cu-  
rat alienas: ne tacta queq̄ de-  
terius inquinet: ſi ſordida lu-  
rum tenet. Hinc Eſai. li. di-  
citur: Mundamini qui ſcribitis  
vaſa domini. ꝑcc̄ ille. Et nota  
q̄ per hoc q̄ filij Baro⁹ expri-  
mūtur ſub quadruplici nume-  
ro: designatur q̄ in ſacerdoti-  
b⁹ ad hoc q̄ bene alios regat⁹  
requiruntur quatuor virtutes  
cardinales: que ſunt iuſtitia:  
prudentia

## Claufula vnica. Fo. ccccj.

prudential fortitudo & tempe-  
rantia. Debent igitur tales ſe-  
parari de medio aliorum: per  
ſanctē vite ſingularitatem: et  
p̄ſertantorem ſanctitatem etiā  
per habitus et geſtus & ſocie-  
tatis diſſimilitatem. Unde do-  
minus Joan. xij. Petrum ſu-  
terrogauit dicens: Diligis me  
plus hiſ: Item Mat. v. ait idē  
Chriſtus: Niſi abūdauerit iu-  
ſtitia veſtra plusquam ſcribarū  
& phariſeorum non intrabitis  
in regnum celorum.  
¶ Moraliter et quinto r̄ ſuxta  
illud: Faciteq̄ veſtem ſanctam  
Baro⁹ r̄. Notandū q̄ veſtis  
in ſacra ſcriptura ſanctā exem-  
plaritatem & honeſtā conuerſa-  
tionē designat. Quid eſt ergo  
q̄ dñs mādat vt ſit veſtis ſan-  
cta Baro⁹: i gloriā et decorē  
niſi q̄ conuerſatio eccleſiaſti-  
corū: ſigñanter p̄clarorū: de-  
bet lucere: coia deo & homini-  
bus: Et hoc eſt qd̄ dicit ſalua-  
tor Mat. v. Sic luceat lux ve-  
ſtra coia hominibus: vt videāt  
opera veſtra bona: & gloriſicent  
partē veſtrā q̄ in celis eſt. Sim-  
plicibus em̄ & ſubditis ſufficit  
q̄ boni ſint coia deo. Et ꝑ il-  
lis q̄ poſiti ſūt vt alijs luceāt:  
& lumen p̄bcat: requirit veſtis  
ſancta. i. ex p̄laritas bona. Si  
em̄ elephātes hominib⁹ in ſoli-  
tudine errantib⁹ viā p̄ qua  
ambulant demōſtrare ſatagūt: vt  
dicit P̄lm⁹ i naturali h̄iſtoria  
lib. viij. c. de clemētia elephā-  
tū: quanto magis debēt eccle-  
ſie p̄lari alijs verbo & exemplo  
oſtēdere viā q̄ ducit ad vitam  
¶ Moraliter et ſexto r̄ cōfor-  
miter ad fratē Perrū Berch.  
& ſimiliter ad per. Com. Noſtra

dumiq̄ vt trahit ex textu p̄ſen-  
tatis capitul⁹ oēs ſacerdotes ve-  
teris legis quatuor veſtimētis  
vtebant. Primum nēpe ois ſacer-  
dos ante oia man⁹ ſuas lauas  
bat. Secdo femoralia linea in-  
duebat. Tā ipſiſſimū ſpedē  
bus: & ſtrictis circa renes pudē-  
bunda celabat. Tertio indu-  
bat tunica linea longa: vt pote  
viq̄ ad talos p̄tenſa: et corpe  
et brachijs adaptata. Poſtea  
ꝑo habebat balthe⁹ ſeu cingū-  
lum ſuorū digitis latū: ſuorū  
purpureis coccinis & hyacin-  
thinis intertū: q̄ ſacerdos cin-  
gebāt: & q̄ tunica linea (ne de-  
ſlueret) ſtringebāt. Quartū ꝑo  
indumentū erat t̄iars: q̄ quali  
medietatē capitis operietis vit-  
tis erat vndiq̄ circumſcripta: &  
qd̄ a byſſino velamine viq̄ ad  
barba deſup coopata. Iſta ḡ  
quorū ornamentis ſacerdotes  
minores induebāt: & qñ mini-  
ſtrabāt i tabernaclo: parabāt.  
¶ Reuera (inquit) dicit Perr⁹:  
iſti poſſunt cōitare ſacerdotū  
nroꝝ: & gñaliter oim eccleſia-  
ſticorū ſignificare: q̄ p̄ certo-  
rales debēt in primis et añ oia  
feminalia linea: q̄ b⁹ genitalia  
tegebāt. i. p̄rurē puriſſime ca-  
ſtitatis habere: q̄ ſc̄z & renes &  
genaa: & oēs act⁹ venereos de-  
bet tegere & ſtringere: ne tur-  
pitudō alicui⁹ in honeſtarijs ap-  
pareat: añ oia debeant caſtitas  
operire. Item tales debēt h̄re  
tunica linea longā exterioris  
honeſtarijs q̄ ſc̄z ad pedes. i. viq̄  
ad finē vite attingat p̄ perſe-  
rantia continentie & longanimit-  
atis: vt ſic de h̄iſtoti veſte linea  
femoralib⁹: & tunica. i. interiori  
caſtitate: & exteriori honeſtate  
atq̄

atq; munditia dicat illud Le-  
uit. xviij. Tunica lineae vellicet  
sacerdos / femoralibus lincis  
verenda celabit. Itē tales de-  
bent habere balthcum seu cin-  
gulum pictorari / De quatuor  
coloribus preciosis factum et  
quatuor digitis menurati / Quod  
intelligunt quatuor vir-  
tutes cardinales simul ligare  
et existentes quibus tora com-  
pago morū cingit / stringitur  
et ornatur et inde quicquid est  
superfluum cohibet. Nam iusti-  
tia stringit iniquitatem / forti-  
tudo laxitatem / prudentia leuiti-  
tatem / temperantia voluptatem.  
Itē etiā balthcum quatuor vir-  
tutes digitis in quantum debet  
inuiti veritati quatuor euāge-  
liorū. Tandē mitra lineae istis  
omnibus supereminens id est  
tremor dei in capite cordis et  
intentionis pontificis / ibi quoque virtus  
charitatis stringitur: vt sit ri-  
mor filialis non seruilis / et ve-  
lamento byssino / scilicet inno-  
centia seu cordis mundicia / de-  
super premuntur / a quo ipsum  
caput intentionis ornatur. Ti-  
mor enim alijs virtutibus sup-  
eminet / et ipsum caput cum sen-  
sibus id est ipsam mentem cum  
affectibus velat et cohibet: ca-  
pillorū et cogitationes ne su-  
perfluat / manuret. Unde di-  
cit Eccli. xxv. Timor domini  
super oīa se supposuit. Et pro-  
uerbi. xv. Per timorem domini  
declinat omnis a malo. Patet  
ergo resolutio etq; ecclesiasti-  
ci debent habere quatuor or-  
namenta: scilicet castitatem / pro-  
femoralibus / honestatem / pro tu-  
nica / quatuor virtutes cardina-

les pro balthco / siue zona: et et-  
iam vbi hec fecerunt erunt sacerdo-  
tes dñi religione perpetua.  
¶ Moraliter et septimo: et con-  
notandum qd vltra predicta a-  
naharchus id est summus sacer-  
dos habebat plura alia orna-  
menta / scz tunicam hiacinthi-  
nam que corpus illius vsq; ad  
pedes regebat queq; desup ca-  
pitum / et in sine limbū seu orā-  
fortem et contextam: quemad-  
modū (vt ait textus) fieri solet  
in extremis partibus vestime-  
nti rumpuntur / habebat: vbi scilicet  
tintinabula aurea cum malis  
punctis auro et quatuor coloribus  
contextis vndiq; dependebant:  
que pontifice tabernaculum  
intrante / et domino minus  
strante sonitum dare debebat.  
Nam periculum mortis ponti-  
fici imminere: si sonus nō au-  
diretur / i tabernaculo cū illuc  
intrabat. Per predicta igit de-  
signatur qd episcopus / vel sacer-  
dos / aut quicumq; altus in gra-  
du ecclesiastico constitutus / vltra  
femoralia castitatis debet  
habere tunicā lineam / innocen-  
tiam et puritatem. Itē balthcum  
siue cingulum charitatis. Itē  
stiram diuini timoris / et humi-  
litaris. Itē debet habere vna  
tunicam hiacinthinam: id est  
colore fulgidam: scz celestem  
lōrē habere: vt inter homines  
positus celicā vitam ducat: di-  
cente apostolo philip. iij. No-  
stra pueratio in celis est. Quā-  
scz tunicam honeste conuersa-  
tionis plura debent concommu-  
tari / scz orā / siue limbū / fortiter  
con-  
textus

contextus in extremitate. Nec  
est virtus perseverantie que scz  
rini / seu mitram. Erat autem  
debet esse fortis et solida / vltra  
ad extremū vite protēsa / ne sci-  
luc rumpatur tunica hostre pte  
ctionis. Unde de ea dicit Sapie.  
viii. qd attingit a fine vsq; ad fi-  
nem fortiter. Item in ista tuni-  
ca bene conuersationis debet  
esse malgranata. i. bona opes  
ra et exempla / auro sapientie et  
quatuor coloribus: i. quatuor  
virtutibus cardinalibus circū-  
stātionata et picta: vt sic ille sit  
illa terra frumenti / vini / et olei  
in qua ficus et malgranata na-  
scentur. Item ibi debent esse  
aurea tintinabula. i. aurea docu-  
mēta / et verba ad eruditionem  
aliorum dantis sonum per pēdi-  
cationem dulciter modulātia /  
ad dei quidem laudem et gratias  
rum actionem: quia pro certo  
quicumq; ecclesiasticus / et ma-  
xime prelatus / indigne taberna-  
culum ecclesie / ingreditur / nisi  
sonitus diuine laudis et predi-  
cationis apud eum / audiarur.  
Quinimo necesse est qd incur-  
ram mortem culpe et pene eter-  
ne omnia / qui sine tali sonitu su-  
dicium dei / et conspectibus homi-  
num administrat. Unde psal.  
v. Ut audiam vocē laudis / et enar-  
rē vniuersa mirabilia tua. Pa-  
tet ergo qd tunica hiacinthina  
conuersationis celestis debet  
habere limbū perseverantie  
et duratiōis: malgranata / seu  
fructus bone operationis: so-  
nitum diuine laudis et predi-  
cationis.  
¶ Moraliter et octavo: notan-  
dum qd vltra premissa summus  
pontifex habebat tria specialia  
ornamenta / scilicet superhume-  
rale / rationale iudicij / et cida-  
rini / seu mitram. Erat autem  
superhumere quoddam pas-  
ramētum humerorum pontifi-  
cis de auro bysso retorta / co-  
co bis tincto / purpureo et hiacin-  
thino contextum. annulis et ca-  
tenulis aureis circumquaq;  
munitū / et cū rationali iudicij  
(qd erat ornamentū pectoris)  
colligatum. In isto ergo super-  
humerali erant duo lapides / O-  
nychini / id est / preciosi: scd di-  
cti in quibus nomina. xij. filo-  
rum israel erant sculpta: et ibi  
apposita sū ordinem primoge-  
niturę sue. Hoc autem fiebat vt  
summus pontifex secum semper  
gereret memoria filiorū israel:  
et vt studeret imitari patriar-  
charum vitam et mores. Item vt  
populus vidēs nomina dictōrū  
patrū in humeris pontificis / to-  
ris virtutibus inhaeret ad ipsorū  
virtutes imitandas. Rationa-  
le vero iudicij erat pānus qua-  
dratus / ad ornamentum pecto-  
ris ordinatus / quatuor coloribus  
predictis / auro contextus /  
atq; xij. lapidibus preciosis in-  
signitus: in quibus per quatuor  
ordines nomina. xij. filiorū Is-  
rael erant sculpta. Illud etiam  
ista duo vocabula iudicij et  
veritas cōtinebat. Erat etiam  
iunctum cum carentis et anulīs  
conuersationis celestis debet  
erāt retro super humeros. Nec  
igitur ad mores conuertendo /  
notandū qd per humeros in sa-  
cra scriptura / pro eo qd ab eis de-  
pendet fortitudo brachiorum  
significatur fortitudo et virtus  
bene opandi. Pectus vero / vbi  
est cor / significat limpiditatem  
bene cogitandi. Igitur per hu-  
merale



Exodi vicesimo octavo,

mentale ornamentum humero- sum potest intelligi bona vita et patientia. Per rationale vero potest intelligi bona scientia et doctrina: quia pro certo sacerdos siue pontifex debet habere ista duo ornamenta principaliter: scilicet patientiam ad equanimitate sustinendum aduersa: siue virtute ad bene operandum: et scientiam ad bene et recte iudicandum: ut sic in pectore sit scientia iudicii seu ratio. In humeris vero patientia et honorum operum exercitio. Unde Numeri vij. di. Onera portet in pectus humeris. Nec autem duo debent constare de quibus: scilicet de auro diuine sapientie: de purpura iustitie: de bysso temperantie: de cocco vel igne fortitudinis: et de hyacintho vere pudencie: quare reuera istis quinque virtutibus debet ornari pectus: id est scientia iudicii et patientia. Debent etiam ista duo catenis et annulis sibi iungi. i. comuni consonantia et concordia: quare scilicet tunc rationale pectus cum superhumerali iungitur: quando conscientia et vitalis cogitatio et operatio sensus et actus inuicem concordantur: et quando tale bonum quod scilicet scitur et docetur opere perficitur. Et peculiariter in superhumerali sunt duo lapides Onychini: quare scilicet bona vita consistit in duobus: scilicet in declinando a malo: et in faciendo bonum. Onychinus autem lapis est ad modum unguis: quare est coloris extremas habet: viuae coloris: ad denotandum quod ista duo ad extremitate vite perueniant debent durare: et nunquam desistere vel cessare.

¶ Notandum etiam quod in ratio-

nalium ornamentum pectoris erat: xij. lapides preciosi: per quos significatur quod in mente ponitur et ratione debet iuueniri. xij. articuli fidei. Unde Apoc. xij. In capite eius. i. in corde coloris stellarum duodecim. Patet ergo sacerdos vel prelati debet secum in pectore seu in corde portare nomina patriarcharum: et memoriam sanctorum patrum: et eos imitare. Item etiam nota filiorum Israel. i. subditos: ut de eos in istis dominum deprecetur. Talis etiam prelati debet in suo pectore. i. humeris. Nec autem duo debent constare de quibus: scilicet de auro diuine sapientie: de purpura iustitie: de bysso temperantie: de cocco vel igne fortitudinis: et de hyacintho vere pudencie: quare reuera istis quinque virtutibus debet ornari pectus: id est scientia iudicii et patientia. Debent etiam ista duo catenis et annulis sibi iungi. i. comuni consonantia et concordia: quare scilicet tunc rationale pectus cum superhumerali iungitur: quando conscientia et vitalis cogitatio et operatio sensus et actus inuicem concordantur: et quando tale bonum quod scilicet scitur et docetur opere perficitur. Et peculiariter in superhumerali sunt duo lapides Onychini: quare scilicet bona vita consistit in duobus: scilicet in declinando a malo: et in faciendo bonum. Onychinus autem lapis est ad modum unguis: quare est coloris extremas habet: viuae coloris: ad denotandum quod ista duo ad extremitate vite perueniant debent durare: et nunquam desistere vel cessare.

¶ Notandum etiam quod in ratio-

Clausula unica. Fo. cccclij.

de et hic subditur: Et non erit  
plaga in eis cum fuerint recen-  
siti. l. n̄serati. Sequitur: Hoc  
autem dabit omnis qui transit  
ad nomen: id est ad familiam:  
vt exponit glo. interlinsa. Illi  
enim qui transibant ad fami-  
liam nominabantur propitijs  
nominibus: dimidium scli. l.  
decem obolos: iuxta mensurā  
templi. Et accipitur hic tem-  
plum generaliter: prout se ex-  
tendit ad templum proprie di-  
ctum: et tabernaculum vt signi-  
ficat omnem domum sanctua-  
rij. Siclus. xx. obolos habet  
hoc intelligitur de moneta  
tunc currente apud filios Is-  
rael.

Circa hunc igitur textum et  
literam mouentur aliqui du-  
bis more solito.

Primum igitur dubium mo-  
uetur propter illud verbum:  
iuxta mensurā templi. Quis  
ergo iuxta dictum est iuxta  
mensurā templi? Dicendum  
hoc idcirco quia erat aliud pon-  
dus quo Iudei utebantur com-  
muniter siue in rebus mere ci-  
uilibus et secularibus: et aliud  
quo utebantur in templo. Nā  
habebat quatuor dragmas se-  
cundum Iosephum. Quilibet  
autem dragma habebat quin-  
que obolos: sicut dicitur Iose-  
phū. Quātū autē valeret obo-  
lus tūc tēporis apud Iudeos:  
de moneta q̄ n̄c currit apud  
nos incertū habemus: et preci-

que q̄ monete et pondera fre-  
quenter variantur i secundum  
patrias et tempora.

Secundū dubiū: Quare illi q̄  
erant infra. xx. annos non da-  
bant precium? Responso q̄ illi  
soli dabāt precium qui scribe-  
bant militem siue familie. Et  
quia iuvenes qui sūt infra. xx.  
annos nō sunt adhuc apti arti  
militari nec similiter milite-  
res: ideo nec isti nec ille iube-  
batur dare precium siue familie.

Tertium dubiū: Cur diuites  
et pauperes voluit dñs esse pa-  
res in datione precij: vt dicitur  
in litera? Nam tūc quilibet po-  
tens virib⁹ offerebat in taber-  
naculo. medium scli. l. decem  
obolos. Dicendum q̄ hoc iussit  
dñs propter quatuor rationes.  
Prima: ne pauper prouocatus  
bono diuitis vellet dare plus q̄  
posset. Secunda: ne diues cre-  
deret dei cultū plus deprecere  
ex se q̄ ex pauperis: sicut super-  
biret. Tertia: vt diuites sciret  
pauperē in actū sibi parificari.  
Quarta: vt certa descriptio sa-  
cillus posset fieri.

Quartū dubiū: Vtrum diui-  
tes simpliciter phibereat q̄  
offerre in vltus tabernaculi q̄  
pauperes? Dicendum pbabiliter  
q̄ nō sed sufficebat illis: vt tū-  
rum darēt ad h̄mōi opus: q̄ tū-  
pauperes. Sicut q̄ dñs per illa  
p̄ba: Sufficit discipulo si sit si-  
cut magister ei? Mat. j. nō p̄-  
hibuit ne discipulus esset p̄fe-  
rior magistro suo. Samaliciel  
ad cui⁹ tū pedes legem audie-  
rat: vt dicit Act. xxiij. Ita in po-  
stro

sito non interdixit simpliciter  
dñs ne diuites plus darent in  
op⁹ tabernaculi q̄ pauperes.  
Sed ad hoc noluit eos cogi.  
Nullus enim pbibendus est sim-  
pliciter benefacere. Dare autē  
multum ad predictum opus le-  
gerat bonum ex se. Igitur et.

Quintū dubiū: Vtrum illi pau-  
peres q̄ attrigerant dictā eratē  
xx. annos: et q̄ pre inopia non  
poterāt offerre predictū precium:  
delz. x. obolos: peccabāt si nō  
offerebāt? Dicendum q̄ nō: dñs  
modo inde dolerēt: et p̄sertim  
si ex culpa sua et malo regimine  
nō erāt effecti impotētes. Ad  
ipossibile enim nemo obligat: vt  
rabat ex p̄bis Hiero. dicitis:  
Anathema sit q̄ dicit deū im-  
possibile p̄cepisse. Sunt tñ qui  
dicūt oēs Iudeos tūc ad hoc  
potētes: q̄ fuerāt facti diui-  
tes: ita ex spolijs Egyptiorū q̄  
ex preda Amalchitarū q̄ ita  
superauerāt: vt patet ex supra-  
dictis. xvij. c. Cū ad confirma-  
tionē dicti sui adducunt illud  
Deuter. xv. Ostino indigens et  
mendicus non erit inter vos.  
Sed nec istud nec illud edū-  
cit: nullos pauperes inter Ju-  
deos tūc fuisse. Nā diuina p̄-  
dicta sic res se habet administrat  
vt nō delint vltio tpe pauperes  
int̄ diuites. Cū Deuter. vbi. s.  
nō dicerēt (int̄ dñs) pauperes i  
terra habitatiōis tue. Itē Jo-  
rij. ait saluator: Pauperes semp  
habebis vobiscū. Et quibus Ju-  
dei multā predā habuerint ex  
Amalchitis et similib⁹ suis spo-  
liauerit Egyptios: multa sub-  
stantia possibile tñ fuit q̄ apud  
multos tūc: q̄ dñs dedit p̄ce-  
ptū de offerēdo mediū scli. l. m̄

hil remāserat de predictis: aut val-  
de parū. Et q̄ dicitū est q̄ nec  
mo debebat esse egēs apud Ju-  
deos: ad euidētā huius notā.  
dū q̄ duplex est medicinas: vtz  
stricta: et larga. Prima cogit o-  
stiatim medicare. Unde medi-  
cus dicit quasi manu dicans: siue  
manu petens eleemosynā. Tā-  
lis ergo medicinas non fuit in-  
ter Iudeos: quia eā abominā-  
bant. Secunda medicinas q̄ larga  
dicit est q̄ si in occulto patitur  
egestas et necessitas: adeo q̄  
cogitur scire ab amicis et vi-  
cinis petere. Ad propositū ergo  
quæstionis more redētes:  
dicimus q̄ si fuerint aliq̄ adeo  
pauperes inter Iudeos q̄ non  
potuerint offerre mediū scli. l.  
nec ab amicis et cognatis pos-  
tulerint illud obtinere: tūc im-  
possibilitas eos ab oluit p̄tē  
donec peruenirēt ad pingui-  
orem fortunam: sicut edūniter  
dicit de paupere qui rapuit rē  
alienā quā non p̄t restitue-  
re. Tertū dubiū mouet p̄pter  
illud verbum: et. amittis supra.  
Circa quod querit vtrū omnes  
qui erāt. xx. annos: et supra tē-  
nerentur offerre mediū scli. l.  
opus sanctuarij? Dicendum q̄  
non: sed excusabatur tria gene-  
ra p̄sonarū. Primo mulieres:  
vt s̄ dictū est. Secundo paupe-  
res: vt dictū est. Tertio senes:  
et vniuersaliter oēs impotētes:  
q̄ nō poterāt ad bella p̄cede-  
re. Sed q̄ p̄ sentū aliq̄ citius  
debilitant q̄ alij: ideo non po-  
tuit terminus assignari vltra  
quem non tenerentur ad bella  
procedere: pro qua ramen cau-  
sa dabant dictam pecuniam  
vt conseruaret eos dominis  
It ij ab

ad aduersarios. De iuuenibus autē bene potuit terminus assignari ante quem non procederent ad bella vs. xx. annorum. Nam ante talem etatem iuuenes propter defectum virium corporalium non sunt apti ad prelium.

Moraliter et primo quāuis omnes homines debeant dare precium domino deo pro animabus suis ratione beneficii creationis: quia ipse fecit nos: et non ipsi nos: precipue tamen ad hoc obligantur Christiani ratione beneficii redemptionis: quia ipse redemit eos in sanguine suo. Pre ceteris autem Christianis ad hoc obligatur deuoti catholici et electi ratione percipiende hereditatis eternalis. Sed quia nemo scit an odio vel amore dignus sit: ut dicitur Eccles. ix. sed cuncta seruantur incerta in futurum: ut ibidem immediate subditur: ideo qui habetur in numero a xx. annis: et supra. i. quicumque est capax rationis: tenetur dare precium domino. scilicet medium scilicet. Siculus autem decē obolos valet. i. tenetur dare deo ad impletionem mandatorum decalogi. Iuxta id quod scriptum est Mat. xix. Si vis ad vitam ingredi: serua mandata. Nec est igitur optima monestatio que etiam est maximi valoris et precij quo ad filios Israel. i. deuotos Christianos: quod visum deum per fidem: quia per talem moneram mercabunt regnum celorum. Et notanter dicitur in textu: quod diues nō addet ad medium scilicet: et pauper nihil diminuet: quia tam diuis-

tes et pauperes (dismodo sint doli capaces) tenentur ad obsequium tantam ditorum mandatorum: ut dicitur est.

Moraliter et secundo per numerum in sacra scriptura intelligitur predestinatio diuina: siue dispositio diuine voluntatis. Unde scriptum est Mat. x. Capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Ubi nota quod in sacra scriptura mali non dicuntur in numero contenti: sed sicut supra numerum propter sui infinitam multitudinem. Unde psalm. de talibus ait: Multiplicati sunt super numerum. Item Eccles. i. Scultorum infinitus est numerus. Ecce autem de uisitis dicitur Sap. i. Ecce quot modo computati sunt. i. numerari siue nominati inter filios dei. Item psalm. Qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocat. Ad propositum igitur descendentes: dico quod omnes illi qui a deo sunt nominati. i. electi et predestinati: debent soluere precium bonorum operum in presentia pro animabus suis: quatenus dominus velit eos a plaga future damnationis perpetue liberare et saluare.

Moraliter et tertio ut dicit hic glo. interli. ante descriptio nem labij enei: premititur mandatum. scilicet de profecturis ad bellum: ut scilicet numerentur et redimant et auferant peccata sua: ex qua redemptione fiant sumptus in edificio tabernaculi. Per quod innuitur: quod illi qui volunt ingredi bellum spirituales siue contra diabolum: siue contra carnem: aut mundum: debent

debent primum redimere peccata sua per elemosinam largitionem: secundum quod dicitur est Nabuchodonosor. Daniel. iij. peccata tua elemosinis redimes: siue per oblationem sicut in ecclesiis: siue in alios pios vsus.

Moraliter et quarto per hoc quod inter profecturos ad bellum: et qui debebant dare precium ad opus tabernaculi: non computantur iuuenes qui erant infra. xx. annos: nec similiter mulieres: sed tamen viri fortes: designantur: quod non expedit omnibus hominibus aggredi aduersarios: sed tantum perfectis et probatis. Qui autem imperfecti sunt: possunt quidem expectare cum dei adiutorio huiusmodi aduersaria si occurrant: sed non illa preuenire ne succubant. Hinc est quod in trantibus religionem datur tempus probationis: ut usque profectantur. Perfectius etiam est in re militari aggredi aduersarios: quam bene et diligenter cunctari. Nam sicut quod virtuosum aggressum hostes terrentur: sic et demones cum a viris perfectis preueniuntur. Exemplum habemus de beato Antonio: inuitate malignos spiritus ad certamen.

Moraliter et quinto per hoc quod Iudei intraturi bellum debebant certam pecuniam offerre ad opus sanctuarij: ut non caderet super eos plaga: instruuntur ad liceram milites priusquam ingrediantur bellum: preparare se per bonam confessionem: contritionem: operis satisfactionem: et elemosinam largitionem. Ad ubi fecerit: et bel-

li fuerit iustus: tunc quinos et centis preualebunt contra centum: et centum contra mille: sicut in effectu paruit de ipsis Iudeis in ingressu terre promissionis. Propterea Samuel loquebatur ad vniuersam domum Israel: dicens: Preparare corda vestra domino: et seruite illi soli: et eruet vos de manu philistinum i. Regum. vij.

Moraliter et sexto iuxta illud: Susceptas pecunias que collata est a filiis Israel: trades in vsus tabernaculi testimonij. Notandum quod tunc decime: et alie oblationes: que sunt a laicis ecclesiasticis personis: debent fideliter exponi: post eorum debitam et moderatam sustentationem: videlicet in vsus tabernaculi testimonij. i. ecclesiarum: a quibus sumunt. Item in vsus pauperum et egenorum. Quia ut dicitur. xij. q. i. q. i. usque. x. decime sunt patrimonij pauperum. Idem etiam dicitur ubi supra. c. decime.

Allegouerit primo per hoc numerus ad glo. ordi. sum filiorum Israel summa omni electorum signat: quorum nomina scripta sunt in celo. Tunc autem singuli dant pro animabus precij domino: cum sedulo seruiunt ei in operibus bonis. Alioquin plagam incurrunt numerati: quia vitio perpetua manet eos qui fidelium numero non inueniunt sociari: non offerunt deo perfecta opera fidei. Et de talibus dicitur in psalm. Non dabit deo placationem suam: nec precium redemptionis anime sue. Quia ut dicitur Pro. xij. Redemptio anime viri proprie diuitie. pec ibi.

**A**llegorice et secundo iuxta illud verbum: Et non erit plaga in eis cum fuerint recessi. Notandum quod aliqui exponunt hoc de predestinatis de quibus dicitur: et non erit in eis plaga culpe moralis: postquam fuerint recessi. i. scripti cum ceteris electis in libro vite. Et quidem hoc exponant de predestinatione non impertinenter loquuntur. Sed quod dicti predestinati non possint moraliter peccare: ut dicunt: false et erronee loquuntur. Predestinatio enim non imponit necessitatem predestinato: ut peccare non possit: ut patet de Petro et Pauli Magdalena David et similibus: quos nulli dubium est fuisse predestinatos: et nihilominus grauer peccasse pro tempore. Verum quod pro tempore pro quales sunt in peccato non sunt predestinati: secundum presentem iustitiam: quod si sic decederent: perpetuo damnarentur: quod repugnat predestinationi. Sunt tamen predestinati ad vitam eternam: secundum finalem dei ordinationem: id preuidit eos grauios et resurrecturos: et sic finaliter decessuros. Hinc Augustinus libro de fide ad Petrum cap. xxxij. firmissime inquit: tene et nullatenus dubites: omnes quos vasa misericordie gratuita bonitate deus fecit ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum dei predestinatos a deo: nec perire posse aliquem eorum quos deus predestinavit ad regnum celorum: nec quem quos non predestinavit ad vitam: vltra posse ratione saluari. Pec ille.

**A**llegorice et tertio iuxta illud verbum: Dives non addet ad modum siccitatis: et pauper nihil minuet. Notandum quod per siccitatem regnum quod. x. obolos valet: intelligitur omnis causa et ratio nostre saluationis: tam punitivialis que est meritum Christi sine qua non: que est meritum personale in adultis. Quia ut testatur Augustinus de verbis domini. ser. xv. Sine voluntate tua non erit in te dei iustitia. Quia quod fecit te sine re: non iustificabit te sine re. Per medium ergo sicut possumus intelligere meritum Christi: ut preceidit a merito nostro: sicut merito nostro nullum sit: sicut merito Christi. Iuxta id quod scriptum est: Ecce. lxxij. Omnes iustitie nostre quasi pannus mestrue. Quid est ergo: quod dives non addet ad modum siccitatis: et pauper nihil minuet: nisi quod Christus (quod est ex se) equaliter pro omnibus nobis mortuus est: tanquam causa universalis salutis nostre: in hoc non preferens divitem pauperi: sicut nec edissero. Unde apostolus. I. Cor. v. Christus pro omnibus mortuus est: et resurrecturus: et sic finaliter decessurus. Hinc Augustinus libro de fide ad Petrum cap. xxxij. firmissime inquit: tene et nullatenus dubites: omnes quos vasa misericordie gratuita bonitate deus fecit ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum dei predestinatos a deo: nec perire posse aliquem eorum quos deus predestinavit ad regnum celorum: nec quem quos non predestinavit ad vitam: vltra posse ratione saluari. Pec ille.

Certis clausula.

recessi fuerint. i. computat iter angelos celestes iplaga: quod ut dicitur Apoc. vij. Non esurient nec frigent amplius: nec cadet super illos sol: nec ulla estus. Ita enim dicitur. vii. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum: et mors ultra non erit: neque luctus: neque clamor: neque dolor: erit ultra: quod prima abierunt. Sed quid est: quod dicitur in littera. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen: dimidium siccitatis. nisi quod ipsi electi qui transierunt ad nomen: pro quanto nomina eorum scripta sunt in celsis: ut dicitur Luce. x. dabit tantum ante iudicium diei dimidium siccitatis: quod exultabunt sancti in gloria: terra buntur in cubilibus suis. Post iudicium autem diem dabitur integritas siccitatis: quod exultationes dei in gutture eorum: imple tunc erunt. Media pars igitur siccitatis offerretur ante generalem eorum resurrectionem: postea autem offerretur totus siccitatis: quantum ad hoc equa erit conditio divitis et pauperum. i. omnium hominum electorum. Cum his tamen non comprehenditur iuvenes minores. x. annis: nec mulieres aut senes. i. imperfecti et effeminati per culpam: sed tantum viri fortes. i. virtuosus: et non virtuosus: quia tales damnabuntur cum mille demonibus: Quod autem subditur in fine precedentis clausule: Susceptamque penitentiam que collata est a filiis Israel: trades in vultu tabernaculi testimonij: designat: quod quid facturi sunt electi post iudicium diem: omnia in laudem: gloriam: et honorem dei facient et ordinabunt.



**M**entus est dicitur ad Moysen: dicens: facies et labium eius: sicut basium ad laudandum. Pone ergo illud inter tabernaculum testimonij: et altare. Et missa aqua lauabitur in eo: et filij eius manent suas ac pedes: quando ingressi sunt tabernaculum testimonij: et quado accesserint: ad altare: ut offerant in eo thymiamata domino: ne forte moriantur. Legitimum semper numerus erit ipsius: semini eius per successiones. Historialiter postquam in precedenti clausula locutus est dominus ad fidelem suum servum et amicum Moysen: de peccatis erigenda a populo Israelitico: ad comparandum ea que erant necessaria circum altare incensum: hic consequenter loquitur ad eum de constructione labij enetier: de statu ipsius: dicens ad eum: facies. Non quidem manu tua propitia: sed per manum alterius artificis: cum directione tua: et labij enetier. Rabi Sal. dicit quod istud vas alibi vocatur labium: et lucerna: et erat factum ad modum magnam melle: quod grossum inferius: superius autem strictum: habens in lateribus suis duas canales: per quas effundebatur aqua. Dominus autem Petrus de Pal. dicit quod istud labium erat quod dicitur lauro: sive vas coccaud logu et reflectu ad modum labij. Vel scdm eundem dicitur labium: sicut la-

Et sicut utrum:

## Exodi tricesimo,

utrum de lauo/lauas. Ut dicitur qd hic loquitur ad Moysen de preparatione ministrorum sanctuarij siue tabernaculi: que quidem preparatio erat emundatio in labio eneo: id est in vase ad hoc apto. De cuius constructione loquitur dominus ad Moysen dicens: facies et labium eneo cum basi sua ad lauandum. Dicit autem de Labio qd in Hebræo habetur: cum sede sua: in qua erat concavitas ad recipiendam aquam: a qua quidem basi siue sede poterat separari dictum labium: cum debebat deponari de loco ad locum quotiens scilicet Israel debebat proficisci per desertum. Sequitur: Pone super illud scilicet labium inter tabernaculum et altare: scilicet sub diuo in intervallo: quod erat inter altare holocaustorum et tabernaculum ingressum: Et missa aqua lauebant in eo. i. per effusionem aque ex ipso: Aaron et filij eius manus suas et pedes: quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij: scilicet ad ponendum manum incensum: et quando accessuri sunt ad altare: videlicet vesperis. Ad altare in thymiamatis: ut offerant in eo thymiamata de sacrificiis offerrebat: quod scriptum est Leuit. xviij. Homo qui scilicet legem istam. Quod autem sequitur: Legitimum sempiternum erit ipsi Aaron: et semini eius: per successiones. Prius sepe expositum est in simili.

**C**irca hanc clausulam mouentur aliqua dubia.

**P**rimum igitur dubium: De qua materia erat constructum huiusmodi labium: Ad hoc dubium respondet in sequentibus: videlicet. xxxviii. scilicet legis. Et tamen ridiculosus: quod erat compositum de speculis

mulierum: que excubabant in ostio tabernaculi: scilicet gratia orationis. Cui in signum lasciuie deponende obtulerunt specula sua: et de sedibus eorum eneis facta sunt predictum labium: similiter et bassi illius. Iste ergo mulieres erant quedam bone matrone: quod primo quidem quod excubabant ad ostium tabernaculi: ut oraret. i. illuc frequenter veniebant. Secundo autem quod dederunt predicta specula ad honorem diuini cultus: a se abicientes ornatum corporalem: sicut modernis temporibus aliquae generose mulieres vidue dant vestes suas preciosas ad ornatum sacrorum locorum: **S**ecundum dubium: Quomodo predicta specula potuerunt apparari ad hoc quod ex illis fieret altare holocaustorum et tabernaculum ingressum: Et missa aqua lauebant in eo. i. per effusionem fuit factum ex speculis mulierum. Veruntamen ita dicitur: eo quod circa illud erant circumposita sacerdotes sacrificaturus: possent lam in facie: necne. Quod si sic: tunc prius eam lauabat: deinitium est sacrificium offerrebat: quod scriptum est Leuit. xviij. Homo qui scilicet legem istam. Quod autem sequitur: Legitimum sempiternum erit ipsi Aaron: et semini eius: per successiones. Prius sepe expositum est in simili.

**T**ertium dubium: Cur lex iubebat ut sacerdos in dicto labio lauaret manus et pedes: quotiens ingressurus erat tabernaculum testimonij. Tertium enim est sacrificium altaris esse melius perfectius et dignius sacrificio legis. Et tamen ridiculosus: imo superfluum esse: hodie

## Clausula tertia. Fo. xxxiii.

hodie: quod sacerdotes accessuri ad diuinam deberent pedes lauare. Igitur: Dicendum: quod Iudei tanquam grossi et carnales non respiciebant: nec curabant nisi de munditia corporali et exteriori. Ne ergo propter immunditiam corporalem diuinum cultum contemptibilis redderetur: lex precipiebat talem munditiam. Nec valet: si dicatur: quod populus non videbat si pedes sacerdotum: qui cooperiebantur calcibus: erant mundi: nec ne: quod dicitur in intrabant tabernaculum: et taliter sacrificabant: dicitur: dicit magister Nicolaus de Lyra. Unde in ordine fratrum minorum: iuvenes facturi sacrificium in tempore prius deponunt calceos: ut propriis oculis quandoque conspeximus. Hanc autem ceremoniam: nec laudolam nec vituperolam.

**M**oraliter et primo: et conformiter ad gloriam interit per labium eneam. i. lauachrum quod posuit Moyses inter tabernaculum et altare: intelligitur lauachrum compunctio: quod mediat inter celum et nos: quod consistit in celo non est locus meroris: sed gaudij. Et de tali lauachro loquebatur: quod dicebat: Lauabo per singulas noctes lectum meum: lachrymis meis stratum meum rigabo. Ad hanc igitur ablutionem compunctio: debent non solum sacerdotes: verum etiam omnes peccatores properare: dicente domino Esai. j. lauamini mundum vestrum.

**M**oraliter et secundo: possumus specialiter istud labium exponere de sacerdotibus: qui

prius accessuri ad altare sacrificaturi domino deo debent intruere in speculo diligentis examinationis: proprie conscientie: quia maculam et signam ter mortalem: que remouenda habeant: siue in pedibus: per prauam affectionem: siue in manibus: per prauam operationem. Qui si aliquam talem maculam in se viderint: debent venire ad lauachrum sacramentalis conscientie: et se ibi diligenter abluere. Sic enim illis precipitur in psal. xix. Sacerdotes qui accessuri sunt ad dominum sanctificentur: ne forte percutiat eos.

**M**oraliter et tertio: per tria lauachra: que secundum Josephum et Petrum Lombardum: erant ante tabernaculum: quod erexit Moyses: quorum unum erat sacerdotum: aliud virorum: reliquum vero mulierum: significat tria genera lachrymarum: que sunt in ecclesia militante. Horum igitur lauachrorum: unum est mulierum. i. imperfectorum: et incipientium: quod procedit frequenter ex timore: pene. Aliud est virorum. i. proficientium: quod fit ex dolore culpe commissa. Aliud vero est sacerdotum. i. hominum perfectorum: quod fit propter deum: et ex desiderio regni celestis consequendi: nec non ex incolatus vite presentis prolongatione: et languore: de quo in psal. lxxv. mihi quia incolatus meus prolongatus est. Et alibi: fuerit mihi lachryme mee panis die ac nocte: dum dicitur mihi per singulos etc.

**M**oraliter et quarto: Notandum: quod per hoc quod sacerdotes nudis

audis et lotis pedibus ingre-  
diatur tabernaculum: vt di-  
ctum est: significatur qd eccle-  
siasticis debent calciamera bo-  
norum te poralium de pedibus  
affectionum deponere: vt sic di-  
gni sint esse in tabernaculo ec-  
clesie: et ibi dno deseruire: ius-  
tus figurā dicitur est Moyse su-  
pra. ii. ca. Tolle calciamenta  
de pedibus tuis: Locus est in  
quo stas terra sacra est. Debet  
enim illis sufficere habere vite  
necessaria: scdm qd Aposto. in  
p. rona eoru loquens: qd et ec-  
clesiasticis fuit: dicebat. i. Lhi.  
vi. Habentes alimenta / et qb9  
teganur ista contenti sumus. Et  
hoc est contra illos ecclesi-  
asticos / qui de bonis crucifixi  
cōgregant immanes thesau-  
ros / quos per mortē relinquit  
heredibus suis: in hoc defraus-  
dantes pauperes / quos relin-  
quunt fame perire. Vñ Amb.  
lib. de officijs / et ponit decre-  
tis. xij. q. j. aurum. Aurū (in dī)  
habet ecclesia / non vt seruet  
sed vt erogat et subueniat in  
cessitatibus. Quid est opus cu-  
stodire qd nihil adiuvat / et  
ca. sequenti qd incipit / gloria  
episcopi. Sic ait dñus Hieron.  
Gloria episcopi est: pauperū o-  
pibus prouidere: ignominia  
sacerdotis est: propius studere  
diuitijs. Hec ille.

¶ Moraliter et quinto / in hoc  
qd dñs iussit vt fieret labiū ene-  
um / et nō aureū aut argenteū  
qd reponeret intra tabernacu-  
lū / i quo missa aq lauabāt Ba-  
ron / et iugietus manus suas ac pe-  
des quotiens ingressuri erant  
ispum tabernaculi: reprobat  
curiositas et curiositas multo-  
rum

episcoporum / et aliorū ecclesiasti-  
corū qd de bonis ecclesie faciūt  
sibi cōsari vasa aurea et argen-  
tea: vt in illis ministrēt eis sa-  
cramentibus ad mēsam / p quodam  
fastu quasi regio cibibus et potu.  
Lū tñ in ecclesijs de qb9 hau-  
riunt sacra vasa preciosa: vt  
seruiat in altari cum vasis sta-  
neis / etiā pte vtilitate pollui-  
tis et cōtaminatis. De ornamē-  
tis autē / cū qb9 in eisdē locis  
diuina soluunt / magis expedit  
tacere: qd aperte loqui: ne forte  
offendant pie aures. Qd si dñi  
archidiaconi laudabiliter ex-  
ercerent visitationes suas: ista  
non contingerent. De hoc vide  
disti. xxv. perlectis. §. h. sunt.  
Ite extra de officio archidia-  
coni. ca. officium.

¶ Moraliter et sexto / per hoc  
qd tam Aaron / qd filij ei9 iube-  
tur lauare pedes suos et manus  
quotiens debēt intrare taber-  
naculū dñi: designat qd sacra-  
dotes euangelici non solum iu-  
dentur se lauare in aqua cōtri-  
tionis et cōfessionis / quotiens  
accedunt ad altare missam ce-  
lebraturi: vt iam dictū est in se-  
cunda expositione morali. Ue-  
rum etiā ad talem lortionē tenē-  
tur / quoties habēt ex officio et  
solenniter administrare sacra-  
mēta ecclesie / et sierrim extra  
casum necessitatis. Hoc probat  
p illud Leui. xviij. Dñs homo-  
de stirpe Aaron / in quo est in-  
munditia / qd accesserit ad cōse-  
crata / peribit coram dño. Et qd  
se. qd / qd talis indigne accedat  
ad cōsecrata: in antiq lege pec-  
cabat mortaliter: qd tunc nul-  
lus nisi p pctō mortali occide-  
batur: scd de iudiciū. Ergo a-  
fortiori

fortiori qd in lege gratie indi-  
gne accedit ad sacramēta / siue  
qd indigne illa administrat / pec-  
cat mortaliter. Ite patet p illud  
ps. lxx. Dñm dñm qd fert  
vasa dñi. Ite supra. xij. dñi: Sa-  
cerdotes qd accedūt ad dñm / san-  
ctificēt: ne forte etc. Et qb9 pa-  
ter / qd sacerdos baptizans par-  
uulū / aut absoluens cōfitentē  
vel cōmunicās alijs sacramen-  
tū eucharisticū / aut impendens  
extremā vñctionem infirmo / et  
hmo / peccat mortaliter si fuerit  
in peccato mortali: et signāter  
notorio: qd alios hoc sciētes et  
vidētes scdālyat. Hoc tñ de-  
bet intelligi qñ admittat hmo  
sacramēta ex officio / et cū solē-  
nitate ecclesie. Secus forte si  
talia administraret subito et ex  
necessitate: sicut patet de sa-  
cerdote fornicario baptizante  
paruulū / extrema necessitate.  
Qd est talis nō potest in illo ca-  
su puidere pprie salutē cū sa-  
lute paruuli: ideo non peccat  
nouo pctō si baptizet paruulū  
et postmodū intrat ad sue salutē.  
Secus tñ dñi / qd sacerdos ex-  
stans in pctō / siue notorio / siue  
occulto: et sacramentum aliqd  
administrās / siue ex officio / si-  
ue ex necessitate: teneat cōteri-  
sacramēta in generali: vbi occurrit  
casus necessitatis / sicut dicitur  
est de paulo nō baptizato mo-  
tuo: qd talis generalis cōtri-  
tio de peccatis / potest subito  
haberi. Alias nō contritus fa-  
ctus irreuerentiā diuini: et per  
cōsequēs de nouo peccat mor-  
taliter. Cessante autē casu ne-  
cessitatis: teneat cōteri-  
sacramēta: et pres-  
cipue si peccatū ei9 fuerit no-

torium: quia per actualem cō-  
fessionem / quā forsan multi quo-  
dammodo extinguitur peccatū  
ad deum / et scandalum quo ad  
proximum.

¶ Allegorice et primo / labiū  
eneū. i. lauatorū / qd iuber dñs  
fieri in tabernaculo: in qd tā Ba-  
ron / qd filij ei9 debebāt lauare  
manus suas et pedes: designaba-  
tur / siue figurabatur sacramētū  
baptismi / qd est in tabernaculo  
.i. in ecclesia / tanq̄ ianua cere-  
rorū sacramētorū. In hoc igi-  
ter lauachro debēt singuli lauare  
pedes suos et manus. i. corpora  
et animas: corpora qd dē indire-  
cte / animas pō di recte. Sed qd  
non possunt lauare animas / nisi  
primū abluat corpus: designat  
ordinationē / qd huius esset im-  
munis a foridib9 cunctis / in hijs  
omnibus voluit primū a Joāne  
baptizari in Jordani flumio.  
Mat. iii. et hoc vt nobis daret  
formā et ritū dicit sacramenti.  
Similit' et in figurā hui9 legit  
de Joan. Mat. j. qd baptizabat  
in aq. Et notāter dñi / i aqua: qd  
baptizatus / qd erat pparatorū  
ad baptismū Christi / nō mūda-  
bat nisi corpus / et hoc ex ope o-  
perato. Baptizatus autē Christi  
principali9 mundat animas: et  
nō corpora / nisi minus principa-  
liter. Quicūq̄ igit' ibi nō lauent  
pedes et manus / peribit anima  
illa de populo dei: iuxta illud  
dñicum verbum Joā. iij. vbi ait:  
Nisi qs renatus fuerit / et aq̄  
et spiritu sancto / nō potest vide-  
re regnū dei. Uel p abluōne  
pedū intelligitur ablutio ori-  
ginalis. Per abluōnem vero  
manuū / ablutio actualis / que  
est virtute huius sacramenti in  
adultis.

ad hunc. Et hoc totū vt omnes  
z singuli possint cum puritate  
conscientie tandē intrare ta-  
bernaculū domini celeste. De  
quo in psal. Domine q̄s habi-  
tabit in tabernaculo tuo? Ecce  
bonum quod baptizatus as-  
sequitur finaliter virtute hu-  
iustmodi lotionis baptismalis.  
Ecce ergo quare suscipiendus  
est baptismus. Item suscipien-  
dus est propter vitandum ma-  
lum quod incurritur per defe-  
ctum huiusmodi susceptionis:  
quod est mors eternalis. Unde  
sequitur: ne forte moriantur. q̄  
supple non lauant manus suas  
z pedes: modo prius exposito  
per aquam baptismi.

¶ Allegorice et secundū per  
labium eneam siue creum: q̄d  
idē est: significat corpus Chri-  
sti: quod tunc fuit postum in-  
ter tabernaculum testimonij z  
altare: quando fuit in cruce  
extensum in aere: id est in ter-  
celum z terram. In hoc autem  
labio siue lauachio fuit posita  
aqua: quando in Christo po-  
suit deus pater precium nostre  
redemptionis: vt in efficacia il-  
lius lauaremus pedes z manū.  
Id est purgaremur ab omni-  
bus malis z vitijs: tam interiorib⁹  
que per pedes designantur: q̄  
exteriorib⁹ que per manus in-  
telliguntur. De aqua autē hu-  
ius labij potest intelligi illud  
Esa. xij. haurietis aquas in gau-  
dio de fontib⁹ Saluatoris: id  
est de quinq; principalib⁹ vul-  
neribus corporis Jesu Christi  
aqua: in quā gratiarū z virtu-  
tum omnium. In cuius etiā rei  
signum et figuram cum lancea  
fuisse percussum Christi latus

pendētis in cruce: cōtinuo exi-  
uit sanguis z aqua. Ioan. xij.  
¶ Allegorice z. iij. Per labij  
quod erat in ingressu taberna-  
culi: quod erat de speculis mu-  
lierum que erant in terra circū-  
quaq; illi lauato. i. de sedis  
bus speculorum compositū: vt  
dū sacerdotes se lauant: pos-  
sent videre si forte in facie ha-  
berent aliquid inhonestū. Per  
hōi labium sacra scriptura si-  
gnificatur: in qua volentes in-  
trare tabernaculum illud cele-  
ste: habent aspiciere si in cōsci-  
entia habeāt aliquid inhonestū.  
In tali enim labio siue lauato-  
rio: potest quilibet speculanti-  
ter cognoscere maculas defe-  
ctuum suorum: quib⁹ visis de-  
bet eas abstergere z mundare:  
alias nullatenus debet ad al-  
tare accedere: nec in ecclesie ta-  
bernaculo subintrare. Pedit  
autem labium sacre scri-  
pture debet cōstare de specu-  
lis multarum ante tabernacu-  
lum excubantium. i. de senten-  
tijs sanctorū prophetarum z vi-  
rorum: quorū anime nunc sunt  
ante deum.

¶ Anagogice: Per tabernacu-  
lum recte potest intelligi celus:  
de quo pluraliter loquitur ps.  
dicēs: Quā dilecta tabernacu-  
la tua dñe virtutum. In dicto  
autē tabernaculo sunt pleraq;  
labia. i. multi sancti z sancte: q̄  
in presenti fuerūt primum gra-  
ues peccatores: sed postmodū  
sancti penitētes: pleni ad sa-  
chrymarum z compunctionū:  
quales fuerūt Dauid: Petrus  
Martheus: Paulus: z similes.  
Hi enim omnes sunt nunc spe-  
cula nostra: vt quos imitari lu-  
mus

mus in culpa: imitemur in pe-  
nitentia: vt tandem eos imita-  
ri possimus in gloria post hanc  
vitam: quia teste Augusti. lib.  
vii. de trini. c. viij. Summa re-  
ligionis est imitari quē colis.  
Et Gregor. in suo pastorali. ca.  
xxviii. Srauter (inquit) extre-  
ma virtute ferendi sunt: quibus  
placuit q̄d imitari noluerūt.

## Quarta clausula.

**L**ocutusq; est dñs  
ad Moyses: dicens:  
Sume tibi aroma-  
ta prime mirrhe z  
electe: cingētos si-  
clos: et cinamomi  
medium. i. ducentos quinquag-  
inta siclos: calami similiter du-  
centos quinquaginta siclos: ca-  
si autem quingētos siclos: in  
pondere sanctuarij. Oleum de  
oluetis mēsuram hin. facies:  
que vnctionis oleum sanctum:  
vnguentum compositum ope-  
re vnguentarij: et vngetur eo  
tabernaculum testimonij: z ar-  
cam testamenti: mensang; cū  
vasis suis: candelabū z vasa  
sua: altare thymiamatis  
z holocausti: z vniuersam supel-  
lectilem que ad eorū cultū pri-  
net: sacrificabilisq; omnia: z erit  
sancta sanctorū. Qui tetigerit  
ea: sanctificabitur. Baron z si-  
lios eius vngetis: sanctificabisq;  
eos vt sacerdotio fungātur mi-  
hi. Filij quoq; Israel dices:  
hoc oleum vnctionis sanctum  
erit mihi in generationes ve-  
stras. Caro hominis nō vnget  
eo: z iuxta cōpositionē eius  
nō facietis aliud: qz sanctifica-  
tū est: z sanctū erit vobis. Po-

mo quicūq; tale composuerit:  
z dederit ex eo alieno: extermin-  
abitur de populo suo. Dicitq;  
dñs ad Moysen: Sume tibi a-  
romata: stacten: z onychā gal-  
banum boni odoris: z thus lu-  
cidissimum: equalis ponderis  
erunt omnia. faciesq; thymia-  
ma compositum opere vnguen-  
tarij: mixturū diligenter: z purū  
z sacrificariōe dignissimum.  
Lumēs in tenuissimū puluere  
vniuersa contuderis: ponesq;  
eo coram tabernaculo testimo-  
nij: in quo loco apparebo tibi.  
Sactum sanctorum erit vobis  
thymiamata. Talem cōpositionē  
non facietis in vltis vestro: qz  
sanctum est domino. Homo q̄  
cūq; fecerit simile: vt odore il-  
lius perfruat: peribit de po-  
pulis suis.

¶ Historialiter. Postquam in  
precedenti clausula: egregius  
des vates Moyses locutus est  
de labio eneo: et de situ z offi-  
cio illius: hic consequenter as-  
git de perfectione vnctionis thi-  
miamatis: quo debent omnia  
sanctificari: de quo refert dñm  
sibi dixisse: Sume tibi aroma-  
ta: prime mirrhe z c. Loquitur  
ergo dñs ad modum receptel  
que dirigitur ad apothecariū:  
dicēs: Sume tibi. i. recipe: aro-  
mata. i. species redolētes: que  
dicuntur aromata: qz implent  
aerē suo odore: prime mirrhe.  
Pro intellectu huius nominis  
fm Rabanum: q̄ mirra est ar-  
bor quāq; cubitorum altitudi-  
nis: que nascitur in Arabia: si-  
tras. Caro hominis nō vnget  
eius: z hoc propter cōdi-  
tionem terre: z caliditatem pa-  
tris. Qui arboris gurma viti-  
dis





vata terebat in puluere in hac compositione. Papias dicit quod facten est fructus cinamomi et onychan. Onychan sive Papiam est herba aromatica galbanum boni odoris. Hoc dicit ad differentiam illius galbanum quod pro vetustate amisit odorem suum siue ex alia causa et nascitur in Syria: cuius odore fugant demones et vitiosos serpentes. Secundum Ildor: gulus iste est tante potestatis quod expellit ferrum a corpore: sicut liter inde sagittas excutit. Et est species multis apta medicamentis: ut dicit Papias. Et dicitur a galba. Sicce: quod est lac: Latine: quia est succus siccissimus lactis: et thuris lucidissimus id est purissimus: ad differentiam thuris cui admiscetur resina: per que obscuratur eius color. Est autem hoc thuris thuris arbor crescens (ut plurimum) in Arabia que est immensa: et ramiosa (sive Ildorum) lenissimum corticis: et ramis ad qualitatem amigdali. Et sive Ildor dicitur a theos: quod est deus: quia in sacrificiis deorum adolef. Sequitur: Equalis ponderis erunt omnia. Hoc dicitur ad differentiam unguenti predicti: in quo omnia posita non sunt equalis ponderis: ut constat. Faciesque thimiamana compositi opere unguentarii. Non quod thimiamana sit unguentum: sed potius quedam commixtio puluerum aromaticorum. Sed quia ad idem officium pertinet facere tale commixtionem et unguenta: coram tabernaculo testimonij. i. in altari incensi: quod est tabernaculum interius: in quo erat arca

testimonij: et illa per septem vocabatur tabernaculum testimonij: in quo scilicet loco tabernaculi apparebo tibi: inquit dominus ad Moysem. i. coram sanctis sanctorum illis. Et ita accipitur hic tabernaculum testimonij: non pro toto tabernaculo: sed tamen pro illo loco qui dicebatur sancta sanctorum: ubi in signo fulgoris super precipitatorum apparebat deus: aut diebaturque diuini responsionum: ibi quasi procedens de precipitatorio usque ad altare incensum. Sacrum sanctorum erit vobis thimiamana. i. precipuum sanctitatis inter omnia offerenda. Talem compositionem non facietis in vltis vestros. glo. interit. dedicatum soli deo. Homo quis cuius fecerit simile: ut odore illius perfruat: id est delectet carnaliter: peribit de populo suo: id est interficietur domino hoc possit probari.

¶ Circa hanc pluram clausulam expositionem mouet aliquod dubium. Primum igitur dubium: cur in mixtura specierum aromaticarum mandat dominus Moyse: ut sumat de optima mirra quatuor geros siccos: et de casta tantumdem: ubi tamen mandat eidem ut sumat de cinamomo medietatem predicti ponderis: et de calamo similiter. Responso ideo sic mandat dominus: quia forte species illa aromatica que ponitur cum maiori pondere: non est tante actiuitatis sicut alia que ponitur cum minori pondere: aut quia non esset bona mixtio: nisi una notabiliter excederet aliam. Da explem de vino limphato. ¶ Secundum dubium: Quomodo potuit Moyse recuperare predi-

predictas species aromaticas in loco deserti: de cuius penuria et sterilitate murmurantes filij Israel aduerterunt ipsum Moysem dixerunt: Numeri. xx. Cur eduxit nos in locum istum pessimum: qui feri non potest: qui nec sicum gignit: nec vineas: nec malogra nata: insuper nec aquam habet ad bibendum? Dicendum: quod hoc potuit fieri tripliciter. Primo quidem per delationem de terra Egypti: quoniam inde extiterunt cum spolijs multis dicti filij Israel: ut supra paruit. xij. ca. Secundo potuerunt homines species haberi de preda Amalechitarum: post exitum de Egypto: ut paruit supra. xvij. Tertio: terra deserti potuit talia generare. Nam dato: quod non esset proposita ad generandum panem et vinum: et similia que veniunt in usum hominis quantum ad escam: potuit tamen generare herbas odoriferas: ex quibus conficitur aromata: secundum illud Eccli. xxxviii. Altissimus creauit de terra medicinam: et vir prudens non abhorrebit illam. Deus enim non alligauit virtutem herbarum in locis que communiter habitantur ab hominibus: verumeriam in locis desertis ab hominibus potest: et de facto frequenter producit herbas singularissimas.

¶ Tertium dubium mouetur propter illud verbum: quod habet ad mensuram quartam partem hin. Queritur ergo quanta sit talis mensura hin? Dicendum: quod hin est mensura liquidorum: sicut cois aridorum: siue siccorum: et ephi similiter. Unde versus: Hin batus in liquidis:

in siccis cois et ephi. De quantitate autem predicta: mensure dicit Papias: quod duplex est hin: maior: quod continet quasi quatuor quartas Parisien. cum dimidia: et minor: quod continet duas quartas. Sed quod mensure liquidorum et aridorum frequenter variantur: secundum loca et tempora diuersa et variis: ideo quantitas huius mensure et aliarum que ponuntur in sacra scriptura est nobis incerta.

¶ Quartum dubium mouet propter illud verbum: Omnia cum fuerint uncti: erunt sancta sanctorum. Videtur enim ex hoc sequi: quod nulla esset differentia inter sancta sanctorum (in quo intrabat semel in anno summus pontifex) et alia interiora: que erant intra tabernaculum: que velo tegebantur. Solutio huius dubij sufficenter patet ex dictis. Dicitur est enim: quod aliqua possunt dici sancta sanctorum dupliciter: videlicet absolute: et respectiue: siue secundum quid. Absolute ergo non erat nisi vna loci: quod dicitur sancta sanctorum. Sed respectiue: siue secundum quid: quicquid erat intra tabernaculum (quomodo esset vnus oleo: de quo hic agitur) vocabatur sanctum sanctorum: et omnia simul collecta: dicebantur sancta sanctorum: siue quis erant ad sanctitatem deputata: siue que in se erant sancta: et alios sanctificabant. i. ad sanctitatem et munditiam inducebant. Resolutorie ergo si sancta sanctorum supponat pro loco: sic non erit plura sancta sanctorum. Si autem supponat pro rebus existentibus

in loco: id est intra interiora tabernaculi: sic erant plura sancta sanctorum.

**Quintū** dubiū mouet ppter illud sequens verbū quo dicit: Omnia cū fuerint uncta / erūt sancta sanctorū. Respondet Augustinus in questionibus sup Exodū questione. cxxv. q̄ predictum verbū potest dupliciter intelligi: siue q̄ tangendo sancta sanctificabitur: siue q̄ debeat sanctificari vt liceat tangere. Et quidem quantum ad hūc secundū sensum sacerdores et leuitae sanctificabantur vt liceret eis rāgere et tractare sancta: q̄ ad hoc deputabantur ex officio et ad hoc ungebantur oleo sacro: de quo hic agitur. Alij autem eopulsi quādo offerebant hostias et munera: ungebant tabernaculum: et tangendo sanctificabatur / ppter illud oleū quo cūcta pericta sunt: non tamē sic quēadmodū sacerdotes / q̄ vt eterno sacerdotio fungerentur: ungebantur ex illo. Nec Augustinus.

**Sextum** dubiū mouetur ppter illud verbum: Unges ex eo tabernaculum testimonij et arcā et. Querit ergo si officia et singule partes tabernaculi debebant perungi predicto oleo: et similiter alia q̄ ponuntur in litera: Ad hoc respondet magister Nicolaus de Lyra q̄ nō: q̄ vt inquit predicta quantitas unguentū non suffecisset ad hoc parre. Verūtū in quolibet angulo cū digito intincto in unguento fiebat q̄dam figura ad modū signi Thau. Quēadmodū ergo in ecclesia q̄ dicitur lepro-

nedictiones et cōsecrationes: et nihilominus tota reputat delectata: ita et in proposito.

**Septimū** dubiū mouetur ppter illud verbum: Caro hoīs nō ungetur ex eo. Huius cōtrarium videt de sacerdotibus antiquē legis q̄ ungebant vt hic dicitur. Silij et reges. Vñ de Dauid dicit dñs ad Samuel: Imple cornu tuū oleo / et venti / et mittā te ad Israhel Berthelem. Proximi enim mihi in filiis eius regē. s. in Dauid. j. Reg. xvj. Itē prius. s. j. Reg. x. dicitur q̄ ipse Samuel unxit oleo Saul in regem super Israhel. Vbi dicit de Lyra q̄ illud erat oleum quo reges et pontifices ungebantur. Item in nouo testamento reges inunguntur. Unde Remus solenniter inunguntur reges frācie / cum sancta ampulla que de celo per columbam descendit idum Eudocus rex (qui primus fidem catholicā professus est) baptizatus est a beato Remigio / eiusdem ciuitatis archiepiscopo. Ad hęc ordinē dicendum est. Et quādem quantum ad unctiōnē pontificum et sacerdotū antique legis (nō mirum si ungebantur: quā ita mandabat dñs. De regibus autē illius legis est vngebantur: nō tamen eodē oleo sacro quo pontifices. Nec hoc potest conuinci ex sacra scriptura. Sed est q̄ ita sit inōtata men hoc est contra presentem literam que prohibet ne caro hominis / vt homo est inungatur predicto oleo sacro: et signanter causa voluptatis. Non tamen prohibet q̄ rex (inquāru rex) et si non inquam homi-

sed ratione officij et in quantum mediat or dei et hominum: et vt magis honoret a subditis / inuiget aliquo oleo. Unde de Dauid dicit dominus: Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto unxi eum. Et quāuis hoc forte intelligatur de unctiōne spirituali olei / potest nihilominus intelligi de oleo corporali et materiali. Et per hoc patet de regibus modernis et legis euāgelice: quos etiā cōstat nō vngi eodē oleo scđō q̄ Baron victus est / similiter et filij eius.

**Octauum** dubiū oritur ppter illud q̄ dicit in fine predicte clausule: videlicet q̄ thimonia optimi odoris / in cuius cōpositionē miscbatur thus lucidissimū: vt dicit in litera: debebat poni in conspectu tabernaculi testimonij. Item q̄ talis cōpositio nō debebat fieri in vsu hominum: vt scz tali odore perfusa. Nā cōtra hoc videt ritus thurificandi in ecclesijs: vbi post diuina thurificant homines. Quē ritū reprobus modernis tēporibus / et supstitiofum reputās q̄dā episcopus Gallus / prohibuit ne sibi aut alijs personis thurificaret in ecclesia sua. Ad hoc respondet Petrus Comest. dicens q̄ oblatio thure benedictio super altare in ecclesia / si descendat thuribulū ad clericos in choro / siue ad laicos: tūc ponendū est aliud thus sine benedictione in rathuribulum / et hoibus offerendū. Et hoc cōter obseruatur. Nam thuriferarius non petit thus suū benedicti a sacerdote / nisi pro prima thurificatione / quando scz debet thur-

rificare altare. Quā si plura altaria thurificetur / tunc ad quodlibet debet thus bñdici. Possit modum autē sine benedictione thurificetur populus: qui idē thurificat / non propter sanctitatem aut diuinitatē in eo latētem: sed vt sic perāplius auocetur ad venerationē sanctorū et celestium: ad que manu ductatur p ista corporalia: iuxta q̄ scriptum est Roma. j. Inuisibilia dei p ea que facta sunt / in relecta conspiciuntur.

**Novā** alter et. j. Per aromata multa / ex quibus simul congregatis fit unguentū sanctum ad vngendū tabernaculum testimonij / scđō pertinentibus ad ipsum: intelligitur vna collectio virtutū theologiarū / scz et moralū: nec non et intellectualū: ex quibus omnibus resulcat bonum opus / q̄d est quasi unguentū quoddā quo inungitur tabernaculum humane conscientie. Et tūc valde red olet hōidē tabernaculi / cum oibus ptinetijs suis coram deo et angelis eius: ita vt de hoc in figura dicitur Beñ. xxvij. Ecce odor filij mei / sicut odor agri pleni / cui benedixit dñs. Item illud Cañ. iij. Odor pigmentorū tuorū super omnia aromata. Itē illud Joan. xij. Domus / scz bone conscientie / impleta est ex odore unguenti.

**Novā** et. ij. et reformiter ad fratrem Pet. Berchoriē. predictum unguentū cōpositū ex omnibus predictis / est unguentū deuotionis / que consistit pmo ex myrrha amare cōditionis: et calamo affabilis orationis: p salmus: Lingua mea cala-

mus scribere. Item ex cinamo-  
mo odoroze & famofo vaporati-  
onis & opinionis. Unde dicitur  
Ecclesiastici. xxiii. Sicut  
cinanomum aromatizans desi-  
di suauitatem odoris. Item ex  
casta que scdm Plinũ cõfert  
pecorũ ardorem. s. charitatis  
& dilectionis. Et similiter ex o-  
leo piceatis et compassionis.  
Psal. Myrrha et gutta & ca-  
sia a vestimentis tuis / a domi-  
bus eburneis. Qui cõ habue-  
rit istas quinque species aroma-  
ticar. s. compassionẽ dilectio-  
nem / famosam opinionem / ora-  
tionem deuorant / & amarã con-  
tritionem: profecto talis pote-  
rit conficere in corde suo yn-  
guentũ deuotionis / quo taber-  
naculũ mentis sue poterit in-  
ungere / & sacerdotem cũ filiis  
suis. i. orationem cũ operibus  
suis bonis poterit domino cõ-  
secrare. Unde dicit Proverbiorũ  
xxvii. Unguento & varijs odo-  
ribus delectat cor. Nota tamẽ  
q̃ istud ynguentũ deuotionis  
& diuine gratie non est cuiuslibet  
volentis: sed cui datus fue-  
rit desuper. Sacerdotes enim  
& tabernaculũ istas vasa illi:  
id est / viri sancti: tali ynquen-  
to vngunt. Alij autem ad hoc  
nullo modo admittuntur.

¶ Moraliter & tertio per hoc  
q̃ dñs precepit sibi fieri thĩ-  
miama odor: suauissimi de di-  
uersis speciebus aromaticis:  
scilicet fracten thure / onycha /  
galbano: mandans omnia in  
pulverem redigi: & exinde in-  
centum sibi fieri: ipsũq̃ sibi  
super altare aureũ in sanctua-  
rio offerri: nolens q̃ talis incẽ-  
sario / vel talis puluis cederet

in vsus humanos. Quinimo  
precepit q̃ quicumq̃ tali odo-  
re vellet se delectari: de popu-  
lo suo exterminaretur. Per hũ-  
iusmodi (inquam) incẽsum / se-  
cũdũ eũdem Petrũ intelligi-  
tur oratio siue diuini cultus ex-  
hibitio: quam scilicet dominus  
vult sibi specialiter reservari  
& nulli alteri communicari: di-  
cens illud Esai. xlii. Gloriam  
meam alteri non dabo: nec lau-  
dem meam sculptilibus: non  
vult ergo dominus / q̃ huma-  
na caro. i. quicumq̃ homo mor-  
talis / tali incenso. i. cultu diuini  
no sibi exhibitio vtatur: nec in  
eo quomodolibet delectetur.  
Quemadmodũ fecit Alexan-  
der / qui fecit se sicut deũ ado-  
rari. Item Saisus Cesar / q̃ sta-  
tue sue fecit thurificari. Item  
de Herode Agrippa legitur  
Act. xii. q̃ libenter audiebat  
laudes diuinas: quas sibi pos-  
pulus concionabatur: propter  
q̃d consumpsit a vermibus mis-  
erabiliter mortuus est. Sic etiam  
de multis alijs accidit / qui vo-  
luerũt sibi attribuere diuinos  
honores. Circa hoc aut aduer-  
tendum / q̃ predictũ incensum  
orationis et lætitiæ cõstare ha-  
bet partim ex thure ( cuius su-  
mus sursum ascendit ) / ex cõ-  
templatione: partim ex galba-  
no / cuius gutta ex nature ignee:  
id est / ex feruenti delectatio-  
ne. Item ex fracten / q̃ idem est  
quod myrrha electa. i. ex ama-  
ra cõsideratiõẽ peccatorum / &  
contritione corũdem. Item ex  
onycha. q̃ secundũ Petrũ Lo-  
mestorẽ est ostreola modicã  
ad similitudinem vnguis hu-  
manũ: que scilicet est digitorũ  
extremis

extremitas. i. ex continuatiõẽ  
perseuerantie. Iuxta illõ ver-  
bũ apostoli. i. Co. iiii. v. Semp-  
ter sine intermissione orate. Et  
sic de tali thimiamate poterit  
dici illud Eccli. xxxvii. Ans-  
guntariũ faciet pigmẽta sua-  
uitatis. Et bene dicit suauita-  
tis / q̃ reuera talis oratio est  
suavis domino.

¶ Moraliter et quarto per aroma-  
mata pũme myrthe & electe  
scdm glo. interii. intelligitur  
mortificatio carnis / que tunc  
est electa quãdõ sit bona & pu-  
ra intentione: scz propter deũ  
& non propter homines. Et de  
hac myrrha loquit Salomon  
Cant. v. in persona viri iusti di-  
cens: Manu mee stillauerũt  
myrrham. i. opera mea per que  
afflxi carnem meã fuerũt pu-  
ra intentione facta: quasi myr-  
tha electa. Et osium / etiã istud  
refere ad opera pietatis / que  
tunc sunt tanq̃ aromata myr-  
the electe: q̃n quidem sũt re-  
cta intentione & propter deũ  
iuxta illõ Matthei. vi. Cũ fa-  
cis elemosynam / nesciat sinis-  
tra tua quid faciat dextera  
tua.

¶ Moraliter et quinto per hoc  
q̃ ynguentũ quo inũgi debe-  
bat tabernaculũ cũ ceteris ad  
ipsum pertinentibus / de specie-  
bus aromaticis: q̃ tangũtur in  
littera / & q̃ crescũt valde longe  
a nobis: q̃ partim in Arabia:  
partim in India: partim in Sa-  
improperatum est Judeis: ut pa-  
ter intueti: tam liberos legales  
et prophetales: ita etiam idem  
verbum potest merito imprope-  
rari multis malis Christianis:  
quod nec beneficiis: nec aduersis  
sive iniuriis: aut terroribus pos-  
sunt emolliiri: aut ad bonum fle-  
ri. Unde devotus homo: talis po-  
test dici illud Job. xv. Lucus  
rit aduersus deum erecto col-  
lo: et pingui ceruice armatus est.  
Item Act. vii. Dura ceruicis  
et incircumcisi cordibus: semper  
spiritui sancto resistitis. Item  
Esa. xlvi. Scio enim quia du-  
rus es tu: et nervus fortis: cer-  
uicem tuam: et frontem tuam crea-  
stis: maxime dicitur de subditis: et  
filiis rebellibus et inobediens:  
de quibus datur consi-  
lium Eccli. xxx. Lurus ceruicis  
ceruicem eius auertere: et tunde  
latera eius: dum infans est. Qui  
igitur fuerunt dure et indoma-  
biles ceruicis in presenti: velint  
nolite in alio seculo domari:  
turbatur: quia teste ps. Dominus  
tuus concidet ceruices peccato-  
rum. Hoc autem fiet quando  
de hoc qui in presenti exaltatur  
per superbiam: humiliabuntur  
per penarum infernalium tol-  
lerantiam: ut dicit Christus  
Luc. decimo quarto. Item eius-  
dem. xviii.

Allegorice et primo: per Mo-  
ysen qui fuit dux populi Israe-  
litici: designatur quilibet bonus  
pastor: animarum: qui eas pre-  
cedit verbo sancte doctrine: et  
exemplo bone vite. Tunc itaque  
sanctus Moyses: sine diebus di-  
causule: populus dure cerui-  
cis est: notandum quod sicut dicitur  
de hoc seculo nequam: ad celu-  
m

Et Luce. xliij. Amice ascende superius. Non quidem solus sed tu et populus tuus. i. boni subditici: preferunt qui simul cum eo fuerint dispositi ad talem ascensum faciendum: qz vt dicitur Matth. c. xvj. Virgines que parate erant intraverunt cum ponsio ad nuptias: supple celestes: et clausa est ianua. Istud autem notatur: cum dicitur in terra: Tu et populus tuus: quem eduxisti de terra Egypti. i. de statu peccati: qui quidem status designatur per Egyptum. Hunc itaqz populum. i. veros penitentes eduxit bonus pastor de terra Egypti: sacramentorum debitam administrationem: et quantum in se fuit introduxit in terram promissionis. i. gratie in presenti et glorie in futuro.

¶ Allegorice et secundo per terram pro qua iuravit dominus Abraham, Isaac et Jacob: intelligitur ecclesiastriūphās. de qua terra dicitur in Psalm. Credo videre bona domini in terra viventium. Ipse autē dominus iuravit siue promisit omnibus deuotis Christianis se efficaciter eam illis daturū: cū ait Mar. vltimo: Qui crediderit et baptizatus fuerit saluus erit: dūmodo talis decesserit. Est ergo in tali promissione cōditio implicita. Dicit ergo dominus ecclesie militanti (que est quasi filia ecclesie triūphantis). Semini tuo. i. omnibz veris et deuotis catholicis (qui sunt semē ecclesie: et per quos ipsa permancet) dabo terram hanc: vt scilicet primum in corporentur ecclesie militanti: et

deinde possideant terram viventium. Per precursorem autem hominis predicti in predictam terram regnantium: intelligitur bonus angelus custos hominis qui in morte iustitiam hominis conduxit spiritum eius in celum: secundum quod scriptum est Luce. xvj. de Lazaro mendico factum est: vt moreretur mendicus: et poreretur ab angelis in sinu Abraham. Quinimo quodammodo ante eum vadit: vt dictum est prius in quarta expositione priorum huius. Debet itaqz debet deuotus catholicus omnidie orare ad dñm dicens: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine: id est propter reuerentiam tuam: quia tu es deus illius: et ipse creatura tua. Per eiectionem autem Chanaanorum et aliorum infidelium a facie Hebræorum: euntium versus terram promissionis: intelligitur eieccio malignorum spirituum: habitantium in hoc reere caliginoso: que est inter celum et terram: improprie volētium ingressum iustorum in celum: sicut multae historie docent: quos in manu potentis et brachio extēto eiecit dñs: siue per se immediate: siue per subiectum angelum. Quo fit vt tandē ipsi iusti perueniant in celum: etiam iniustus ipse malignis spiritibus. Sic itaqz perueniunt dicti iusti in terram sacre et melle suentem.

¶ Allegorice et tertio: iuxta illud quod sequitur: Non ascēdam tecū: quia rē. recte istud

potest exponi de malignis spiritibus: qui postquam fuerūt creati a domino: non multo post voluerunt ascendere supra astra celi. i. super ceteros angelos bonos: et similes esse altissimo: vt legitur Esa. xliij. Tuaruntamen dñs tunc non erat cum eis: qz nescit diuina iustitia peccatum dare criminibus: nec etiam criminatōribz: ideo qz dñs non ascendit cū eis: ideo statim descendit: cū autē dixit dñs Luciferō (qz tunc erat primus inter eos) Ad inferna detraheris cū supbia tua: et superbia cum superbientibus angelis angelis tibi adherentibus. Quo facto et dicto sacra est illa ingens multitudo angelorum superbiorū dure ceruicis: adeoque et tunc penitente nequitie sunt. Quinimo vt dicit Psalm. superbia odietum dominum. i. malorum angelorum ascendit semper. Sic ergo disperdidit eos dominus cū essent adhuc in via. i. viatores: qui nunquā fuerunt comprehensores per spem dei visionem.

¶ Anagorice per Moysem et populum suum: cui dicit dñs: Uade ascende de loco isto: tu et populus tuus: recte potest intelligi ille angelus bonus (scilicet que fuerit ille: qui i bonitate: in qua formatus est: permāsit: cui tandem dicit dominus: Ascende: supple vsqz ad contemplationem diuinitatis mee: et hoc de valle ista: viatoris: tu et ceteri boni angeli qui tibi adhererunt in bono: in terrā quā iuravi dare oibz pseruatis: in bono: qz est terra viventium. Per Chanaanem autē et ceteros

ros paganos: qz spopodit dñs eiecere de terra promissionis: et eā pleno iure dare possidendā. Hebræis: qz dicebāt populus dñi: recte designatur eieccio malignorum spirituum de celo: et introductionio iustorum ad reparandas ruinas eorum: iuxta illud Psalm. Iudicabit in nationibz: implebit ruinas. Uñ Grego. homil. xxxiij. Ad supernā (inquit) ciuitatē: qz ex angelis et hoibz constitat: tñ credim⁹ hancū genus ascendere: quātos illic constitit electos angelos remāssit: sicut scriptū est: Statuit terminos gentium: scdm numerū angelorum dei. Dec ibi.

¶ Secunda clausula.



Udentes ergo populus: i. eam monē hūc pessimū: iustis: et nullus ex more iudatus est cultu suo. Dixitque dñs ad Moysem: Loquere filiis Israel. Populus dure ceruicis es: semel ascēdā in medio tui: et delebo te: iam nunc depone ornatum tuum: vt scias quid faciā tibi. Deposuerūt ergo filii Israel ornatum suum a monte Sion. ¶ Historialiter postqz in p̄cedenti clausula ostēdit Moyse quo dñs cōminat⁹ est populum Israel p̄pter peccatū qd cōmissit i adoratione vituli: statim hic p̄sequēter agit de iure ipsius populi: et signāter circa depositionē ornatus cognatis. Refert qz Moyse singularis famulus dñi: qz cū reuolueret populo cō-

mnationem dñi pessimā. s. q̄ deus nō adesse eis in admini- culis sicut antea: luxit supple- populū: r nullus ex more in- datus est cultu suo. i. honestio- ribus vestimentis: r hoc in si- gnum tristitie. Sic em factū qui signum tristitie animi sui ostendere exterius voluit. Sto. autem interl. dicit q̄ hoc fecit populū vt habitu exteriori penitentiam interiorē demon- straret. Dixitq̄ dominus ad Moysem. Interl. misericors iu- gentibus. Semel ascendam in medio tui et delebo te. Quo- modo autem istud verificatū fuerit dicitur in sol. dubij pri- mi. Jam nunc depone ornata tua. Interl. i. manifestam dei presentiam qua illi populo p̄ angelū apparebat. Ut scia qd̄ factam tibi. i. pro te si videro te emendatum r humiliatum. Nec per hoc intelligendū est q̄ dñs aliquid cognoscat de nouo (vt dicit de Lya) sed qd̄ ex mutatione populi de super- bia in humilitatē: apparet qd̄ illi populo condecens sit fieri a deo. Sequit̄: Deposuerūt ergo filij Isrl̄ ornata sua a more Dieb. i. coronas eis imposi- tas iuxta morem Dieb. i. dā- tione legis: vt diceb̄ in solut. quarti dubij sequētia.

¶ Circa autem clausulam istā mouentur aliqua dubia.

¶ Primum igit̄ dubiū oritur pro- pter illud verbum dñi. Semel ascendā in medio tui r delebo te. hui⁹ cōtrariū videt̄ dixisse dñs in precedēt̄ clausula. Ibi em̄ ait ad Moysem: Non enim ascendā tecū. Dicendū in pri- mis q̄ non ē hic q̄stio de ascē-

su exteriori / q̄ est ab inferiori ad superius sed de interiori q̄ est ad exterius. Secūdo dicit̄ dum q̄ quantū ad talē ascen- sum interiorē / q̄ est ad exte- rius: nō ascendit postea domi- nus sicut prius: scilz̄ visitādo populū sicut prius. s. miracula faciendo: r sic suā presentiam ostendendo. Nihilomin⁹ ascen- dit etiam r̄c̄ sed hoc in malū ipsius populi. s. in iurā suā vi- ciscendo / r delendo eū: nō qui- dem totaliter: sed pro magna parte. pauci enim remanserūt: quia mortui sunt i deserto om- nes q̄ egressi sunt de Egipto a vicesimo anno: r supra p̄ter duos. Ibi fuerunt Josue et La- leph. Hinc dñs Numeri. xliij. dixit ad Moysem: Omnes qui viderūt maiestatem meā et se- gna que feci in Egipto / r in so- litudine: r tentauerūt me iam per decē vices: nec obedierūt voci mee: nō videbūt terrā p̄ qua iurauī patrib⁹ eorum: nec quisq̄ ex illis q̄ detraxit mihi inuēditur eā. Postea aut̄ exi- mitur Caleph filius Nephonē cū semine suo: s. Josue filius Nun. Ad hoc aut̄ insinuandū dñs in presenti textu postq̄ di- xerat: Semel ascendā i medio tui: addidit r delebo te. Ter- tio dicendū est conformiter ad glo. interl. q̄ dñs in his ver- bis minatur captiuitatem Ba- bylonicam vel Romanam vel etiam vltimam iudicij vindi- ctam.

¶ Secundum dubium: Quo- modo ista comminatio r delebo te: intelligenda est? Dicen- dum q̄ est intelligenda sub cō- ditio: sicut r alie commina-

ones diuine / que habentur in sacra scriptura: scilicet nisi peniteas r corrigas te. Sicut de Ninuitis dicitur Jone. iij. Adhuc quadraginta dies et Ninive subuertetur: que tamē non fuit subuersa tunc quo ad muros: eo q̄ fuit subuersa quo ad mores. Simile est de illa cō- minatione regis Ezechie. iij. Regum. xx. Item Esa. xxxvij. capitulo.

¶ Tertium dubium oritur pro- pter illud verbum quod est in capite huius clausule: Audies populus sermonem hunc pessimum. Quertur ergo quomodo dicatur sermo pessimus: cū tamē processerit de mēte dei a quo non nisi bonū emanare potest? Dicendū q̄ aliquid po- test dici pessimum dupliciter. Uno modo in se: sicut nihil est pessimū: q̄ non potest dari sū- num malum: nec quo ad na- turā: nec quo ad mores: sicut potest dari summū bonū: quod est deus. In creatis tamen nō potest dari summū bonum. Cū hereticū est dicere / q̄ aliquis in presenti possit peruenire ad tantam vite perfectionem / vt ultra proficere nō possit. Alio modo aliquid dicitur pessimū in effectu suo: sicut adhuc hoc in- proprie r vulgariter. Et sic ser- mo domini quē audiuit popu- lus ab ore Moyſi ex parte dñi: vbi fuisse sermo pessim⁹: q̄ de- re pessima. s. q̄ de⁹ nō esset vl- terius cū eis: sicut erat prius: q̄ adoraret vitulū cōstatilē: r p̄- cepit quāru ad assidua mira- cula. Nihilomin⁹ interl. dicit pessimum. i. mestimum.

¶ Quartū dubiū oritur propter

illud verbum dñi: Jam nunc de- pone ornata tua. Vide q̄ fru- stra hoc mādauerit dñs. Jam em̄ popul⁹ ornatum illū depo- fuerat: vt dicit̄ in principio presē- tis clausule: cum dicit̄: Nullus ex more indur⁹ est cultu suo. Er- go de nouo reperit̄ eū dicit̄: Deposuerūt ergo filij Isrl̄ or- nata sua. Dicendū q̄ cult⁹: de quo pri⁹ habitū est: r orna- tus de quo sc̄do / q̄uis cōster- ad idē referatur: nō tamē i. p- posito. Nā cult⁹ de q̄ primo di- ctū est: q̄ null⁹ ex more indur⁹ est cultu suo: referat̄ ad habitū corporale: r solēnt̄ qui assidua solet in signū letitie r gaudij: sicut communiter fit in die fe- sto. Tunc autē null⁹ indurus ē ex more cultu suo: etiam in die sabbati: s. habitu mestimum: vt q̄ habitum exteriorē penitē- tiā demonstraret sup̄ pctō suo. Ornatus autē referatur ad ma- nifestam dei presentiam: qua illi pp̄lo per angelum apparebat dñs: vt exponit gl. interl. Qui quidem ornar⁹. i. dei presentia extrunc cessauit / vt dicitur est prius. Filij autē dicunt̄ q̄ iste ornatus erat quodam parū tabernaculū quo cū Moy- se conueniebant senes ad trā- crādum negotia populi: r ibi offerebantur oblationes ante constructionem magni taber- naculi. Et huiusmodi paruum tabernaculū erat positū ad ra- dices montis Sinay. Tūc autē positū est extra castra: vt dicit̄ in sequenti clausula. Quasi di- ceret dominus: In hoc punie- ris: quia amodo amittes dei manifestā p̄sētā. Sed iste mo- do dicendū: tandē redit ad p̄m̄.

Sicut tamen dñs iugo cardis  
 q̄ ad literā filij Israel tūc de-  
 posuerunt cultiora ornamenta  
 in signū penitentię sicut (inqt)  
 Minuere ad predicatiōe Jone:  
 sicut pater expicisse de rege  
 elutatis. Jone. iij. Ra. Sa. au-  
 tem dicit q̄ per ornatum hic  
 dicitur non intelliguntur pre-  
 ciosa vestimenta que populus  
 iam deposuerat: vt dictū est in  
 textu: sed (vt dicit) intelligūt  
 corone quas sibi principales  
 populi imposuerant in die da-  
 tionis legis: quādo scz dñs lo-  
 cutus est eis decē verba. Tūc  
 est populus sub deo despon-  
 satus per suscepiōem legis: r  
 ideo fuerunt coronati tunc ad  
 modum sp̄s. Et has coronas  
 non deposuerant: sed ostenden-  
 dum q̄ volebant esse subiecti  
 legi. Sed quia peccauerāt per  
 idololatram: et fabule legis  
 erant contracte: ideo ad eorū  
 confusioem et humiliatiōe  
 precepit dominus eas deponi:  
 dicens: Jam deponere nunc or-  
 natum tuum: quod r fecerunt.  
 Unde subditur: Deposuerunt  
 ergo filij Israel ornatum suū  
 a monte Oreb: id est: coronas  
 eis impositas iuxta montem  
 Oreb in datione legis. Joses-  
 phus autē dicit q̄ priusq̄ Be-  
 seleel fecisset magnum taber-  
 naculum: Israelite habebant  
 parū collocatū in radice mō-  
 tis: inter montem et castra eo-  
 rum: vt ante ipsum iura tracta-  
 rent: quod voluit dominus a-  
 se euelli: r pont ex altera par-  
 te castrorum: vt sic cognosce-  
 rent indignos effectos appro-  
 pinquatiōe ad deum. Nam ab  
 illa die nō ita mani feste appa-

ruit dominus illi populo: sc̄nt  
 prius. Finaliter alij referunt  
 cultū vestium r ornati ad idē:  
 sed tunc insurgit tale dubium:  
 ¶ Quintum igitur dubium: ta-  
 le est: supposito q̄ cult⁹ vestiu⁹  
 (quē p̄mo populus deposuit):  
 iuxta id quod dicitur in litera:  
 nullus ex more induit⁹ est cul-  
 tu suo: r ornati⁹ populi q̄ postea  
 ea precipitur a dño deponi: de-  
 cente: Jam nunc deponere orna-  
 tum tuū pro eodem capitur.  
 Consequenter queritur: quare  
 de depositiōe illius bis fit mē-  
 tio. Ad hoc duplex potest mē-  
 gnari responsio. Prima: q̄ p̄  
 ma depositiō erat solum volun-  
 taria. Secunda autem erat de  
 precepto: et sic generalis. Se-  
 cunda responsio: q̄ prima de-  
 positiō ornatus et culture ves-  
 titium iam cessauerat. Nam po-  
 pulus iam incipiebat resumere  
 culturā vestium: ideo postea  
 precipitur iterum abijci. Alij  
 autem aliter exponūt: deponere  
 ornati tuū: id est: signa idolo-  
 latrię: que licet iā remouissent  
 pro maiori parte: nunc tamen  
 dominus precipit omnino remoueri.  
 ¶ Sextum dubium: Cur prece-  
 pit domin⁹ talem ornatum seu  
 culturam vestium abijci a po-  
 pulo? Responsio: In signum pe-  
 nitentię: r doloris de peccato  
 quod habuerat in adozatione  
 vituli: vt dicit interli. Et h̄  
 uis principales authores huius-  
 modi: idololatrię iam essent  
 interfecti: tamen multi qui mē-  
 nus peccatum in hoc habue-  
 rant: erant adhuc supersites:  
 vt dictū est supra. Potest etiā  
 dici: q̄ sicut tales se nudauerāt

coram

corā idolo: forsan vt diligēt⁹  
 choras ducerēt: vel alios nu-  
 dari permiserant: vt filios r fi-  
 lias: seruos r ancillas corā di-  
 ceo idolo: etiam in penam nu-  
 darentur coram deo per depo-  
 sitionem ornatus r culture ve-  
 stium: secundū q̄ Apost. Rom.  
 vi. dicit: Sicut exhibuistis mē  
 bra vestra seruire immunditie  
 reus: r dedicauerunt altare do-  
 cessario siue depositiō huius-  
 modi vestiu⁹ que ornate erant:  
 incertum habem⁹. Probabile  
 tamen est: q̄ per plures dies  
 hebdomadas r mēses durauerit  
 intra quos non licebat or-  
 nate indui. Si enim per plures  
 dies ille populus hebreorum  
 luxit cum lugubri veste (vt ve-  
 tustissime est) morte Moyli: A-  
 ron: r Joseph: vt legitur in te-  
 xtu sacre bible per diueria ca-  
 pitula: quanto magis in po-  
 sita: Dicere autem: q̄ ex tunc  
 semp durauerit huiusmodi de-  
 positiō ornatus vestiu⁹: est om-  
 nino improbabile: cum etiā le-  
 gamus ex tunc populum he-  
 breum exultasse temporaliter.  
 Unde. j. Paral. xij. narratur:  
 q̄ filij Israel valde gauisi sunt  
 quando viderunt q̄ David ex-  
 rigebatur in regem super eos.  
 Durauit autē huiusmodi gau-  
 dium tribus diebus. Item le-  
 gitur Thobie. xj. q̄ cōsobini  
 Thobie venerūt ad eum con-  
 gratulantes ei de omnibus bo-  
 nis que ostenderat illi deus: r  
 signanter propter coniugium  
 Thobie iunioris: r per septem  
 dies epulantes gauisi sunt gau-  
 dio magno. Item nota de gau-  
 dio magno q̄ habuerunt ipsi  
 hebrei: quādo viderūt Aman

suspensum: et Wardoches ex  
 altatu in palatio regis Assue-  
 ri: Hester. viij. Itē de alio gau-  
 dio magno q̄ habuerūt de vi-  
 ctoria quā habuit Judith de re-  
 ge Holoferne. Judith. xviij.  
 r sequentibus capitulis. Item  
 gauisi sunt Machabei: quādo  
 reparauerunt templū: r orna-  
 uerunt faciem eius coronis au-  
 reis: r dedicauerunt altare do-  
 mino: r facta est letitia magna  
 in populo. i. Machabeo. iij. r  
 sic de multis alijs. Terribile  
 est autem q̄ in deducendo huius-  
 iusmodi gaudia populus cul-  
 tioribus vestimentis se induer-  
 bat: in signum maioris letitię.  
 Unde de Ruth eiusdem primo  
 legitur: q̄ induit se cultiorib⁹  
 vestimētis. Et de Perode A-  
 grippa legit Act. xij. q̄ vestit⁹  
 est veste regia: r sedit pro tri-  
 bunalī: r cōcionabatur ad po-  
 pulum. Itē de diuite epulone  
 legitur Luce. xvj. q̄ induebat  
 purpura r bysso. Similiter re-  
 ges Israel r Juda induebant  
 regio cultu. Ergo hic dicit⁹  
 q̄ domin⁹ precepit populo vt  
 deponeret ornatum: id est: ves-  
 tes letitię: secundum vnam ex  
 positiōem: non semper obli-  
 gauit: sed tantum quādiu fas-  
 crum fuit reus: scilicet ad o-  
 rario vituli.  
 ¶ Moraliter et primo: sermo  
 pessimus (de quo fit mentio in  
 p̄ncipio presentis clausule) est  
 illud verbū cōminatōriū: Hui⁹  
 isti ad peccatores: Nisi penite-  
 tiam habueritis: omnes perib-  
 bitis Luce. xij. Ipl ergo mi-  
 seri peccatores audientes huius-  
 iusmodi verbū: debēt quehemē-  
 ter lugere: quia est questio de  
 eterna

eterna damnatione. Nec ullus debet ex more indui cultu suo. i. cultu lertie sed mestrie et lertie. Unde in huius rei signu publice et solemniter penitentes in die cinerum stant pie soubus ecclesiaz cathedra huius in dunt factis nudis pedibus et de nudis vultibus in terra: de quibus plene habet in decretis: distu. l. in capite quadragesime. Possimus etiam hoc referre ad cultum peccati: quod deponendum est: prout sub alijs verbis precipit Apost. Ephes. iiii. dicens: Deponite vos secundum pristinam conversationem veterem hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestre: et induite nouum hominem: qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis. Et Coloss. iij. Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis: et induentes nouum. Nullus ergo peccator ex more suo veteri induatur cultu: sed induat cultu noui hominis Iesu Christi.

**Mozaliter** et secro iuxta illud verbum: Semel ascendam in medio tui: et delebo te. Notandum quod sicut est duplex modum in homine: videlicet interiorius et exteriorius: ita consingit ipsum deleri a deo dupliciter: scilicet vtiliter et damnabiliter. Primo igitur coringit dominum ascendere in medio hominis interioris: hoc est in corde illius: scilicet per gratiam ad vtilitatem: et tunc delet eum quod prius erat. Prius enim erat peccator et non iustus. Nunc autem in tali ascensu desinit esse

peccator: et incipit esse iustus. Et hoc est quod loquit Salomo. Prover. xij. dicens: Verre impius: non erunt: scz vltra impij. Erunt tamen etiam melius: scz ante: sed quasi alij: scz prius: scz tanquam iusti. Nam vt inquit Augusti. de ciuit. dei lib. xj. ca. xxiij. Docus euertit peccatores: non solum iratus: verum etiam miseratus. Duobus (inquit) modis euertitur peccatores. Aut sicut Sodomitae: vt tales. p. suis peccatis puniatur. Aut sicut Ninuite: vt ipsa hominum peccata penitendo destruantur. Deinde subdit dicens: Factum est ergo quod predictum est deus. Euerfa est enim Ninue que mala erat: et edificata est bona: que non erat. Stantibus enim mensibus et domibus euerfa est ciuitas in peruersis moribus: sic factum est quod erat deo proficiente venturum: atque in hunc modum propheta impleta est. Nec Augusti. vt supra. Ad propositum ergo deus ascendit per gratiam in medio Iudeorum: id est in cordibus eorum: et deleuit eos more do predicto. Et hoc quo ad illos qui redierunt ad deum per fidem et gratiam. Vel forte hoc conuersis ad fidem Christi qui merito possunt dici: Fractate: id est: videntes deum: scilicet per fidem. Tales enim deleri sunt a deo: vt amplius non essent gentiles: sed tamen inciperunt esse melius quam prius: quod Christiani.

**Mozaliter** et tertio iuxta illud verbum: Jam nunc deponam ornatum tuum. Notandum quod

quod illud verbum potest referri contra illas mulieres mundanas et vanas: que student curiose ornare corpus suum: vt placeant hominibus: et signant illas partes que magis videntur ab hominibus: inier huius est facies. Quauis enim Christus dicat Mat. vj. Ange caput tuum: et faciem tuam laua: hoc tamen spiritualiter et non literaliter intelligendum est. Nam quantum deum offendat vir aut mulier ornans curiose facie sua: per pulchre profectur Augusti. Dominica. xxiij. post trinitatem / ser. j. sic inquit: Qui formam suam quam omnipotens plasmarum fluxit in aliam transfigurare contemdit: nonne euidenter videtur dicere ei qui se finxit: Cur me fecisti sic? O improba temeritas: conditoris opus vilificas: vt formam suam quantum in se est: in aliam transfiguret. Deus enim dixit: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram: et auer quosquam mutare et conuerrere quod fecit deus: Manus ille deum offendunt: quando id quod ille formauit reformare et transfigurare contemdit. Unde dicitur similitudinem dicens: Si quis pingendi artifex vulturn altius et speciem paruulo colore signasset: et signato simulachro manus alterius auferret: et iam formata atque picta quasi peritior reformaret: et indignatio iusta videretur. Applicatio est facilis. Item beatus Cyprianus in quadam

epistola sic ait: Non meruis me cum resurrectionis dies venerit: artifer tuus non te recognoscant: et ad sua premia venientem excludat dicens: Hoc opus meum non est: nec imago nostra hec est: cum te flauo mediacamine polluisi: cum formam quam tibi dederat mendaciter formasti: facies corrupta est: deum videre non poteris: quoniam oculi tibi non sunt quos deus fecit: sed quos diabolus interfecit. Hec ille. Longe autem ab hac depictione faciei erat ille homo qui erat tam formosus: qualem nemo aliquando viderat: de quo refert Augustinus libro iij. questio. noui et veteris testamenti: i. questio. xviij. dicens: quod dictus homo cum sua formositate tam bonus erat: quod ne in tentatione ventret: quia etiam honestatum mulierum alliebat aspectum: faciem sibi septem plagis vulnerauit: vt pulchritudinem que a mulieribus desiderabatur damnetur. Fertur etiam de quadam muliere que cum concupisceretur a quodam viro: propter pulchritudinem oculorum suorum: cum hoc sibi innotuisset: eruit sibi oculos: quos in disco ad eum misit dicens: Ecce nunc habes quod tibi in me tantum placuit. Fruere ergo eo ad nutum. Quod ille videns abhorruit factum. Nunc ergo: id est in iuuentute: vel in presenti vita deponendus est nimis et curiosus ornatus: qui post alios allicere ad concupiscentiam: per quod cum marito qui permittitur. Unde

Unde et Apost. j. Tim. ot. ij. re-  
prehendit mulieres que ince-  
dant cum totis crinibus &c.  
¶ Allegorice et primo: iuxta il-  
lud verbū: Nullus ex more in-  
dutus est cultu suo: notandum  
q̄ ista verba possumus merito  
referre ad statum ecclesie. p̄-  
senti. In primitiua namq̄ eccle-  
sia multi / & pene infanti catho-  
lici ardore fidei succēsi: indu-  
ebantur scarleto / qui est color ru-  
bens: & hoc per tollerātia mar-  
tyrii. Unde cantu ecclesia de ta-  
libus: *Christi sancti gloriosi san-  
guinem fuderunt pro domino:  
amauerunt Christum in vita sua /  
imitati sunt eum in morte sua.  
Nec certe frustra. Propter q̄  
sequitur: Et ideo coronas triū  
phales meruerunt. Itē de eis-  
dem: Lauerunt stolas suas / & cā-  
didas eas fecerunt in sanguine  
agni. Sic autem loquitur eccle-  
sia de sanctis martyribus: eo q̄  
mors tollerata propter Christi  
stam mundat totaliter animā /  
scz a culpa & pena: sicut et ba-  
ptismus: cuius vicem supplēt: vt  
haberetur de consec. dist. iij. ba-  
ptismi. et. c. catechumini. Itē  
xx. q. j. merito dicitur q̄ illi d̄  
pro Christi nomine martyriū  
turi: absq̄ dubio vitam eternā  
consequuntur. Modo tam ba-  
ptismus: q̄ mors propter Chri-  
stum tollerata: habet efficaciam  
suam a passione Christi. Olim  
ergo multi (vt dictū est) indu-  
ebantur scarleto. Sed modo nul-  
lus induit huius scarleto. i. ve-  
ste rubra per martyriū tollerā-  
tiam: aut saltem nō auditur in-  
telligi nos: quicquid sit de illis q̄  
bella gerunt contra infideles.  
Sed ista sufficiant. p̄ presenti.*

¶ Allegorice et. ij. Ita possu-  
mus exponere de synagoga Ju-  
deorum in qua ante Christi ada-  
uentum multi induebantur ho-  
nosifice per donum prophetie.  
Unde tunc pphete cōmuniter  
erant de populo Iudeorum: qui  
prophetabāt de aduentu ciuidē  
Christi. Sed ex quo persecuti  
sunt summū pphētā et d̄ alios  
prophetas antea fecerat: meri-  
to prophetis caruerunt. Unde  
Marth. xi. Dēs prophete vsq̄  
ad Ioannem prophetauerunt.  
Caruerunt etiam: extunc regis-  
bus qui essent de gente sua: i-  
vt subditi essent Romano imp-  
perio. Unde imminente Chri-  
sti passione dixerunt: *Plastus  
Non habemus regem nisi Ces-  
sarem. Jam enim sceptrum re-  
gale de Juda ablatum erat: et  
dux de femore eius: put predi-  
cerat Jacob: cū moreret. Sen-  
x. r. Carerit etiam et nūc sum-  
mis pontificibus / templo ciui-  
tate sancta Hierusalē: terra pa-  
missionis: et breuiter omni dis-  
guitate et honore. Bene ergo  
ad propositū hic dicitur q̄ nul-  
lus ex more indutus est cultu  
suo: nec synagoga i se nec quo-  
ad filios suos. Quod autē sub-  
ditur: *Semel ascendam in me-  
dio tui: et delebo te. Prophe-  
tia erat de destructione ciuita-  
tis Hierusalē: q̄ siēda erat post  
Christi passionē: anno vcs. xliij.  
p̄ Titū & Vespasianū: q̄ magis  
diuinitus q̄ humanitus facta est:  
prout etiā predixerat ipse Chri-  
stus Luc. xij. dicens: *Uenient  
dies in te: supple o ciuitas Hier-  
usalē: & circundabunt te in-  
mici tui: vallē & ad terram pro-  
sernent te: & filios tuos qui in  
re sunt:***

te sunt: eo q̄ non cognoueris  
tempus visitationis tue.  
¶ Allegorice et. iij. Predicti  
verbi vbi dicitur: *Semel ascē-  
dam in medio tui: & delebo te:*  
recte potest exponi de die iudi-  
cii. Tūc em̄ ascendet Christus  
iustus iudex super sedem maie-  
statis sue: in medio vallis Josa-  
phat: vel in medio bonorum et  
malorum: quia vt habet Mar-  
x. v. in dicto iudicio Christus  
statuet oues a dextri: & hedos au-  
tem a sinistris: consequēs ergo  
est q̄ ipse erit in medio vt rotū-  
gens. Et tūc delebit reprobos di-  
cens eis: *Ite maledicti. O  
dolorosa deleris: que non fiet  
ad tēpus: sed perpetuo: ad quā  
etiam sequetur eternum tormē-  
tū. Sed vnde delebit dominus  
malos in die iudicii: Cerre de  
valle Josaphat: ad abyssum in-  
ferni: de statu vici ad statū per-  
petue miserie: & loco misericor-  
dię ad locū seuerę iustitię. Be-  
ne ergo dolorosa & flebilis erit  
dicta deleris & separatio.  
¶ Anagorice: textus presens  
recte potest exponi d̄ quolibet  
angelo malo. Nam nullus talis  
postq̄ lapsus est: ex more cultu  
suo induitur. Mos enim ange-  
lorum malorum: si tamen mos  
dici debeat: quod dico p̄pter  
breuitatē durationis: que fuit  
ab initio creationis eorū vsq̄  
ad lapsum: mos (inquam) talis  
fuit q̄ in illo tempore interme-  
dio omnes angeli erant solen-  
niter induti: scz gratia & chari-  
tate: sed ex quo peccauerunt:  
perdiderunt ornatum suum: et  
hoc a mōte Oreb. i. ex quo ce-  
siderunt de celo. Pro quo no-  
tandum q̄ Oreb: quod interpr-*

tatur ardor: recte significat ce-  
lum: i quo stant Seraphim: qui  
dicuntur ardētes: eo q̄ ardeat  
in amore sui creatoris. Et quo-  
ergo dicti mali angeli cecide-  
runt a dicto mōte Oreb. i. a celo:  
perdiderunt ornatum suum:  
id est: dona gratuita: & tūc i eis  
remanerūt naturalia etiā vul-  
nerata: & facti sunt dure cerui-  
cis: quia inflexibiles & indoma-  
biles atq̄ totaliter obstinati i  
malitia sua. Jam iam etiā ascē-  
dit in medio eorum dominus:  
& deleuit eos de medio angelo-  
rum bonorum: i tradēdo eos in  
abyssum inferni: dicendo capti-  
taneo eorū: *Lucifero illud Est.  
xiiij. Ad inferna detraheris est  
superbia tua.*

¶ Tertia clausula.

**M**oyses quoq̄ tol-  
lens tabernaculū  
tetendit extra ca-  
stra: procul. Uoca-  
uitq̄ nomen eius  
tabernaculū sedes  
ris. Et omnis populus qui has  
bebat aliquam questionē: egre-  
diebatur ad tabernaculum: fe-  
deris extra castra. Cumq̄ egre-  
deretur Moyses ad tabernacu-  
lum: surgebat vniuersa plebs:  
& stabat vnusquisq̄ in ostio pa-  
pillonis sui. Respiciebāq̄ ter-  
gum Moysi donec ingredere-  
tur tentorium.  
¶ Postq̄ egregius vates do-  
minū Moyses in p̄cedētī clau-  
sula egit de luctu populi Israe-  
liti: propter peccatum idolotro-  
larie cōmisse circa adoratio-  
nem vituli: hic consequenter  
agit de translatione taberna-  
culi



culi federis facta per eum. Loquens ergo de seipso quasi de quodam alto ait: Moyses quod tollens tabernaculum: in quo ad eum veniebant senes. Istud est tabernaculum (Sicut Petrus Comest. quod sibi fecerat Hebrei: ut ante ipsum iura tractarent: quod cum hucusque fuisset in radice montis Sinai) ut p. p. inquit esset deo: voluit ipse deus ut a se remoueretur procul: id est longe: in pena peccati ipsius populi: et tetendit illud Moyses extra castra. Ex altera parte castrorum: et satis longe ab eis: quasi iam indigni essent diuino honoris. Vocantur nomen eius tabernaculum federis: quia ibi populus orabat et recedebatur deo. Jam enim quasi contractum fuerat fedus inter populum et deum in depositione ornatu ipsius populi: Et omnis populus non quidem simpliciter omnia: sed qui habebat aliquam questionem super ple notabile: egrediebatur ad tabernaculum federis extra castra: scilicet ad Moysen: qui ibi tabernaculum intrabat cum deo loquens: ut dicit Petrus Comestor: Cum egredere Moyses ad tabernaculum: scilicet adorandum deum pro populo: surgebat vniuersa plebs: scilicet exhibendo ei reuerentiam tamquam ducti suo et summo pastori: Et stabat vnusquisque in officio passionis sui: et adorabat procul. Et ut dicit hic gloss. ordinis: papilio est quoddam genus retortii: quod sic dicitur ad similitudinem papilionis volantis: eo quod de loco ad locum facile moueretur. Unde milites qui

stant sub diuino iurantur communiter talibus papilionibus: seu tentorijs: ut protegerentur ab ardore solis: item a pluuia: sicut grandinibus: et huiusmodi. Circa hanc breuiter litteram mouentur quidam breuiter dubia. Primum igitur dubium: quid intelligitur per predictum tabernaculum? Ad hoc iam dictum est secundum opinionem Petri Comest. quod per ipsum intelligitur quoddam paruum tabernaculum quod sibi fecerant filij Israel: ut ante ipsum iura tractarent: sive lites et questiones inter homines terminarent. Alii autem dicunt quod istud tabernaculum non erat aliud quam magnum tabernaculum de cuius erectione fit expressa mentio in fine huius libri. De quo omnia que hic dicuntur per anticipationem dicuntur. Hoc autem probatur dupliciter. Primo quidem ex nomine: quia Moyses vocauit illud tabernaculum federis: quod proprie dicitur de magno tabernaculo. In illo enim statuit deus pactum cum populo Israel. Secundo vero: quia illa magna gloria diuine apparitionis et allocutionis: de qua hic subditur: videtur proprie spectare ad illud tabernaculum magnum: sicut patet ex his que in fine huius libri de eo dicuntur. Fit autem in presentia: et hoc ad insinuandum quomodo propter humilitationem populi: et preces Moysi: de quibus duobus supra facta est expressa mentio: deus ipse sic plene recedebatur: sicut in ipso tabernaculo postmodum facti sunt

glos

glossa ipsius Hebreis mirabiliter et Moysi singularissime atque familiarissime demonstraret. Hoc autem omnia sunt de mente domini patriarche de Pal. Secundum dubium: Quare Moyses tetendit huiusmodi tabernaculum extra castra? Dicitur quod propter duo. Primo quidem in penam peccati idololatrici quod commiserat populus intra castra: in adoratione vituli aurei. Non ergo cogitatum erat ut ibi edificaretur tabernaculum domino: ubi prius edificatum fuerat id est diabolo. Penitentium etiam erat atque laboriosum populo: ut omnes qui habebat questionem: egredere extra castra ad Moysen ibi indicantem: video in pena peccati populi hoc factum est. Secundo quia locus intra castra erat subditus tumultibus populi. Extra autem castra erat maior derudo ad iudicandum de querelis populi. Hinc essetiam quod licet episcopus habere domum pastorem extra videm. Tertium dubium: quantum distabat huiusmodi tabernaculum a castris? De hoc nihil dicit scriptura determinate: sed tamen per prophetam nihilominus de Lyra dicitur: quod duobus milibus cubitis longe erat ab huiusmodi castris. Et hoc accipitur ad humilitationem populi: sicut de corionis dicitur: quia sicut deus reddebat se elongatum a filiis Israel: dicens quod non ascenderet in eis: ita et Moyses qui erat inter deum et populum elongatus a castris duobus milibus cubitis. Quartum dubium: Quare Mo-

yses vocauit nomen eius tabernaculum federis? Responsum quod ibi dominus familiariter cum eo loquebatur. Insuper etiam eo quod ibi decidebatur cause que poterant esse causa contradictionis et discordie in populo. Hinc et in littera: Et omnis populus qui habebat aliquam questionem etc. Non ergo quecumque cause ibi decidebantur: sed tamen magne. De minoribus autem habebatur recursus ad illos iudices qui fuerat instituti de consilio Terzio: ut habet. S. xviii. c. Da exemplum de summis curijs que parlamentis dicuntur: ad quas hodie habet recursus: sed non nisi pro magnis et arduis causis. Inferiores autem in inferioribus curijs terminantur et deciduntur. Moraliter et. j. Per hoc quod Moyses tetendit tabernaculum extra castra procul: designatur quod qui vult deuote orare deum: debet vitare frequentiam et tumultum populi: et querere locum solitarii. Unde communitate ab parte ab antiquo fundare sunt separate a frequentia populi. Hoc autem specialiter apparet de monasterijs Listericijs. ordinis: que frequenter sunt sita in locis memorosis: et siluestribus. Taceo de Larruicij. qui pro ceteris ducunt vitam solitariam. Similiter et beatus pater Augustinus instituit quendam ordinem: qui dictus est fratrum in eremo: eo quod de factis pro secessores dicti ordinis olim inhabitabant eremo. Sed tandem relicta eremo facti sunt vilitates: qui ad perpetuam rememorationem dicuntur fratres eremite beati Augustini. Hi sunt quos

ques vulgo dicim⁹ fratres Augustini. Unde in figura q̄ solitudo est multū necessaria in oratione/legimus Numeri. xx. q̄ Moyses et Aaron dimissa multitudo pp̄li ingressi sunt alta vice in tabernaculum foderis: vt orarent dominū pro impetratione aque. Per quod innuitur/ q̄ si velim⁹ orare dominum pro impetratione aque gratiarum/ debemus dimittere populū/ et eligere solitudinem.

¶ Moraliter et secundo/ p̄ hoc q̄ Moyses posuit tabernaculum federis extra castra: vt ibi magis deuote oraret dominū: designat q̄ qui volunt deuote orare dominum/ debent exire extra castra: id est/ debēt quodāmodo exire extra sensus corporeos per feruentem mentis contemplationem Joan. iiii. Spiritus est deus: et ideo eos qui ipsum adorant/ in spiritu et veritate oportet adorare. Itē Apo. i. Cor. xiiii. Orabo (inquit) spiritu/ orabo et mente. Et de consecra. distin. f. ca. quando. Cyprianus papa sic ait: Quando (inquit) stamus ad orationē fratres/ inuigilare et incubere ad preces toto corde debem⁹: cogitatio carnalis hominis et secularis abscedat/ nec quicquid tunc animus aliud q̄ id solum cogitit quod precatur. Ideo et sacerdos ante orationem prefatione premissa/ parat fratrum mentes/ dicēdo/ sursum corda: vt dum respondet plebs/ habemus ad dominū: admoneatur nihil se aliud q̄ dominū cogitare debere. Laudatur contra aduersarium pectus/ et soli deo

pateat/ nec ad se hostem delicti porre orationis venire patiat. Dec ibi. Pinc August. in regula de cōmuni vita clericorum. Psalmis (inquit) et hymnis cū oratis deum: hoc veritē in corde/ quod pfertur in ore. Item idem super Joan. tracta. ix. Nihil (inquit) p̄dest strepitus oris/ nullo corde. Et huius rationē assignat idem Augu. sup. ps̄. dicēs: Quando em̄ lēgēs/ deus tibi loquitur. Sed cum oras/ cū deo loqueris. Nec valet excusatio eorum qui non credūt se intelligi a deo/ aut conceptum et intentionem eorum ab eo nō percipi nisi ore et voce id expiunt. Hec enim cogitatio heretica est/ et iniuriam facit deo: quia non credit ipsum plene cognoscere cogitationes hominū/ atq̄ scrutari corda. Luitas tamen contrarium patet Hiero. xvii. vbi loquitur propheta in persona domini/ dicēs: Ego dominus/ scrutans corda/ et p̄bas renes. Et in ps̄. Dñs scit cogitationes hominū. In cuius testimonium dixit Christophorus ad Iudeos Matth. ix. Quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? In hoc ergo euidenter Christophorus ostendit se cognoscere eorum cogitationes.

¶ Moraliter et. iij. Per hoc q̄ Moyses ingrediēte tabernaculum federis/ assurgebat illi vniuersa plebs Iudeorum/ benedictatur q̄ ingrediente ecclesiam euāgelicam sacerdote/ curā ammarum habente/ debet illi assurgere totus populus. Qui quāto maior officio fuerit/ tāto p̄ honorandus est. Etiam plures sacerdos legis/ s̄m q̄ veritas est

est presertim figura/ et lux vmbra atq̄ signari suo signo: et scdm q̄ sacramēta noue legis/ sunt p̄stantiora sacramētis legis antique. Hoc em̄ voluit exprimere apost. i. Tim. v. dicēs: Qui bñ p̄sunt p̄byteri/ duplici honore habeant: tū q̄ p̄byteri. i. sacerdotes et ministri dñi: tū q̄ bene p̄sunt alijs. P̄sō ergo honorandi sunt/ p̄pter dignitatē sacerdotale/ q̄ maior est dignitate omni seculari: etiā regali: vt patet dist. xcvi. duo. in principio. Secōdo honorandi sunt/ p̄pter officiū: et presertim q̄ bene et laudabiliter p̄ eos gerit. Ideo apo. vbi supra subdit/ dicens: maxime q̄ laborāt in verbo et doctrina. Talē etiā honorē exhibendū p̄byteris p̄cepit frequēter dñs. s. q̄riens p̄cepit parentes debere honorari. Ip̄s em̄ sunt parentes nostris/ p̄sēs id nos genuerunt p̄ sacramētorum administratōnem. Hoc etiā p̄cepit dominus Leuit. xix. dicēs: Honorā p̄sonā senis. Merito ergo debet populus illis assurgere tēpore et loco.

¶ Moraliter et quarto/ iuxta illud verbū: Stabat vnusq̄sq̄ in ostio papilionis sui. Notandum q̄ corpus (q̄d gerim⁹) ē velut papilio anime nostre/ sub q̄ obcōditur ipsa anima. Tunc ergo honor stat in ostio papilionis sui: q̄ non curiose hinc inde euagat sed/ cōp̄m̄ intra seip̄m colligit: tunc em̄ min⁹ facilliter cogitur a tentatore. Auctores e h̄ nō facile caput auertit/ fluctuat intra ramos arborū/ aut vbi se abscondit sub dumis et sepibus. Applicā

tio est facilis de diabolo/ q̄ ad hominē se recolligentem. In cuius figurā legit Eccl. xxiii. de Dyna filia Jacob/ q̄ q̄dus nāsit intra domum patris sui/ virgo permansit: sed postq̄ inde exiit/ vt videret mulieres regionis Sichimorum/ statim rapitur et corrumpitur a Sichem filio Emor/ q̄ erat princeps terre illius. Sic et multi tu uenes/ quādiu retinentur domi sub cura parentum/ cuius tanta mala: in q̄ incidunt/ quā vagant hinc inde/ siue ad choreas/ siue ad spectacula et vanitates seculi. Ita notare debēt illi religiosi/ quibus non incabit predicationis officiū/ qui liberet discurrūt et excurrunt monasteriū suū/ siue causa visitandi parētes/ egrorosi/ vel aliam fingentes occasione/ et excusationem in peccatis: et q̄d multo periculosi⁹ est/ idē operantur nonnulli moniales/ que nō in hac parte sancti moniales vocāde sunt: et quarū egressu interdum sequuntur graua scādas laque etiam perueniūt quādoque vīq̄ ad sacros fontes ecclesiarum. O vtinā atq̄ vtinā huiusmodi moniales bene notarent pariter et obseruarent verba Hiero. ii. parte epistolarum suarū epistola. xiiij. ca. xxy. sic inquit/ Extra monasterij limites nulla omnino vestrū/ iofozotes charissime/ fas sit pertransire. Dec let/ hec norma/ hec summa professio omnibus vobis. Et que semel intrauerit et forozibus nunq̄/ si fieri potest/ eare di permittatur. Hec ille. Item idem postea sic ait: Charissime/ monasterium ve-

Arum sepulchrum eligite / ubi  
mortue cū Christo mūdō cō-  
cupiscētis eius / sole cum ipso  
Christo ibidē maneat / se-  
pultus: quousq; resurgente cū  
ipso apparebitis in glia eius.  
Muroꝝ munitionibus sic vni-  
usq; circūcingatur locellus? ve-  
steriq; vir pateat aubus adis-  
sus. Sic tendatur muri in al-  
tum / q; nō solū non liceat pedi-  
bus: sed nec oculis q̄ intus ge-  
runtur agnoscere. Ostia forti-  
ter serentur claudibus. Sic vna  
vel plures fenestralē / sic vir-  
tutū ferrets iudicij / vt  
vtrūq; digito pateat aditus. Hec  
Piero. Quod ergo aliquē san-  
ctimonialis habeat perpetuā  
clausuram: alie autē non: non  
ex vi cōstitutionis ē / sed verus  
& purus abusus: quo ad eas q̄  
gloriantur se non habere hu-  
iūsmodi perpetuā clausuram.  
Nerum q̄ iura noua prohibēt  
forozib; illis que militant sub  
ordine beati Dominici / & bea-  
ti Francisci / ne exeat mona-  
sterium suum sub pena excom-  
municatiōis: p̄ter q̄ in cer-  
tis casib; / in earum regula cō-  
tentis. Sed ex hoc non sequit̄  
q; magis liceat sanctimoniali-  
bus beati Benedicti / aut alijs  
extrē septa monasterij sui / q̄ illi-  
tis. Et simile iudicium est de  
ingressu vitrozum ad eas p̄-  
ter casus in earum regula con-  
tentos. Sed de hoc ista suffi-  
ciant.

¶ Allegorice & primo: Taber-  
naculū federis / ē ecclia Chri-  
stiana / i qua reconciliant̄ Chri-  
sto. In cuius figurā dixit Salo-  
mon ad dñm de tēplo: qd̄ erat  
figura ecclēsie. Quicūq; ora-

uerit te in loco isto: tu exaudi  
re eum digneris de celo: loco  
tuo sancto. iij. Regū. viij. Hui-  
usmodi autem tabernaculum  
federis est hodie extra castra:  
id est extra synagogā Iudeoꝝ  
rum: & ritum eius: que non li-  
cet Christianicis obseruare: nec  
quo ad circūcisionē / nec quo  
ad immolationē agni pascha-  
lis: nec quo ad obseruantiam  
diei sabbati: & huiusmodi. Hec  
enim omnia Christo dicente i  
cruce: cōsummatum est: cōsum-  
mata sūt: & veraciter mortua.  
Nobis ergo Christianis nō li-  
cet respicere faciē Moysi. sed  
tergū ipsius: quasi a nobis rec-  
dētis: quo ad figurata. Iudei  
autē qui ponūt sp̄e in legalib; /  
respiciūt ipsum Moysen quasi  
ad faciē: & male. Quia vt dicit  
Apost. ij. Lotin. iij. cū legitur  
Moyses velamen positū est su-  
per cor eozū: q; ponentes sp̄em  
in legalibus errant. Ecce vela-  
men positum super cor eozum.  
¶ Allegorice & secundo: iuxta  
illud: Aspiciēbant tergū Moy-  
si. Notandū / q; Grego. illud ep̄-  
tatis: dicit: q; Moyses est p̄-  
dicator veritatis: qui cū alta  
de deo loquit̄ / supeme habita-  
tōis iam vtrūq; tabernaculū  
celi ingredit̄. Cuius p̄dicatio-  
nis officij et virtutē si infirmi  
plene pensare non possunt / s̄  
velut tergū aspiciūt: q; postres-  
ma que valent p̄ intellectū se-  
quuntur: sed in ipsiū munimē  
q̄ capere sufficiūt: de suis papli-  
tionibus quasi exiunt / & in o-  
stia stant: q; habitacula car-  
nis relinquere: & ad illa eterne  
vite gaudia que audist̄ p̄gredi

ascendantur. Hec ille.

¶ Allegorice & tertio: iuxta il-  
lud: Strabat vnusquisq; in o-  
stio sui partitionis. Notandū / q;  
papilio: qd̄ ē tērozū quoddā  
recte fidē designat: sub q̄ quā-  
dru viuimus in presenti: opoz-  
ter nos stare & ambulare: quia  
teste Apost. j. Lotin. xij. Vide-  
mus nunc per speculū in enig-  
mare: tunc autē / scz in patria /  
facie ad faciē. Et. ij. Lotin. v.  
dicat: q; per fidē ambulamus. i.  
in enigmatibus tantū deū co-  
gnoscimus: et ad ipsū tendi-  
mus: & nō per speciem. i. clare  
scz facie ad faciē cum vidētes /  
sicut supple in patria. Cū Au-  
gus. Quid est fides: nisi credere  
qđ nō vides: Et hoc est qđ ait  
Apost. hebre. xi. Fides (inquit)  
est sperandarū substantia rerū /  
argumentum non apparentiū.  
¶ Allegorice et quarto: iuxta  
illud vltimū verbum: Aspiciē-  
bantq; tergū Moysi. Notan-  
dum & conuulter ad glo. or-  
di. q; Moyses tenet figurā le-  
gis. Moysi ergo tergum popu-  
lus Iudaicus aspiciēbat: quia  
nihil mysticū nihil spirituale i  
lege voluit dicitur populus in-  
telligere: sed tñ superficialē li-  
tere: ideo eius facies abscondi-  
ta erat: ad est / vera & mera cog-  
nitio. Populus autē Christianus  
nō ad tergum respicit alterum  
Moysen / Christū: quia non in  
enigmatib; & figuris locus  
est mūdō: sed facie ad faciē:  
quia aperiens os suū / docebat  
populum: dicens: Beati paupe-  
res spiritu &. Matt. v.

¶ Anagorice: Moyses (vt se-  
ditū est) Christum signifi-  
cat. Pic itaq; Moyses tulit ta-

bernaculum. i. corpus suum / in  
quo reconciliari sumus de o pa-  
tri: s̄m illud. ij. Lotin. v. Deus  
erat in Christo: mūdō reconcilia-  
lians sibi. Tulit (inqua) h̄mō  
tabernaculū in ascēsiōne sua:  
quādo corpus suum assumpit  
de hoc seculo nequū: & tēdit  
illud extra castra p̄ocul. i. vsq;  
ad celū: extra locum mortalita-  
tis & miserie: iuxta illud Psal.  
Sleuata ē magnificētia tua. i.  
humanitas: i. q̄ tu (supple Chri-  
ste) multiplicat magnificat̄ ea  
in p̄ri seculo: & hoc sup celos  
supple materiales: q; vique ad  
celū empyreū: v̄ sup celos sp̄i-  
rituales. i. Angelos. Ps. Accē-  
dit super Cherubin: & volauit:  
volauit super pennas ventozū:  
id est omniū angelozum. Ideo  
ergo alte ascendit: q; dicit nūc  
sedere ad dexterā dei patris. i.  
i portozib; bonis glorie. Unde  
Apost. Heb. j. de filio loquēti  
ait: Sedet ad dexterā matris  
patris eius: scz p̄s in excelsis: &  
to angelis melior effectus: quā-  
to differētius p̄e illis nomen  
hereditauit. Ecce igit quomō-  
do Christus tēdit tabernacu-  
lū suū. i. corpus: i. gloriose ascē-  
siōne sua extra castra p̄cul. i. lō-  
ge a nobis. Istud autē taberna-  
culū hodie vocat̄ tabernaculū  
federis: q; ipse Christus: s̄m q;  
homo) reconciliat nos deo pa-  
tri: vt dicitū est. Et. j. Joā. ij. Si  
quis peccauerit: aduocatus ha-  
bem; ap̄ patrē Jesum / iustū: &  
ipse est: p̄iciatio pro peccatis  
nostris. Nō pro nostris autem  
tñ / sed et̄is p̄ totū mūdū. Be-  
ne ergo dicitur tabernaculum  
federis. Quid ergo ex hoc res-  
tat: nisi q; nos miseri peccato-  
res

res q̄ habemus continue que-  
stionem q̄ discutitur coram di-  
utna maiestate ⁊ throno dei  
egrediamur ad huiusmodi ta-  
bernaculum q̄ Chriſt⁹ est: nos  
⁊ causam nostram apud deum  
patrem agitā: de uote cōme-  
dantes. Q̄ ubi fecerim⁹? Indu-  
bie bonū exitum obtinebim⁹:  
quia nihil negabit deus pater  
Chriſto filio suo. Quod autem  
sequitur: Lūg ingrederetur  
Moyses in tabernaculū: surge  
bat uniuersa plebs: possum⁹ re-  
ferre ad illam reuerentiā que  
ab angelis exhibita est Chri-  
ſto ascendenti in celum. Unde  
pre admiratione dicebant: il-  
lud Esa. lxxij. Quis est iste qui  
venit de Edom: tinctis vestib⁹  
de Bosra? Iste formosus i glo-  
ria sua: radiens in multitudi-  
ne fortitudinis sue. Quib⁹ ipse  
respondit quod sequitur: Ego  
qui loquor iustitiam ⁊ propu-  
gnator sum ad saluandū. Qui-  
bus replicantib⁹ ⁊ dicentib⁹:  
Quare ergo rubrū est indumē-  
tum tuū ⁊ vestimenta tua? Si-  
cut calcantium in torculari:  
Respondens idē Chriſt⁹ ait:  
Torcular calcaui sol⁹: et de gē-  
tibus non est vir mecum. Que  
omnia possum iuste referri ad  
Chriſti passionem et resurre-  
ctionem. Pi tamen angeli qui  
hec dicebant de Chriſto: sta-  
bant vnusquisq̄ in ostio papi-  
lonis sui. i. in celo: nihil perdē-  
tes de uisione diuine essentie.  
Da exēplū de bonis angelis q̄  
sunt inter nos: vt nos custodi-  
ant. Qd̄ autē finaliter sequit⁹:  
Respiciēbātq̄ tergū Moysi  
donec ingrederet tētorū: refe-  
rendū est ad Chriſti ascēsiōē

in celum. Nam tūc apostoli q̄  
erant presentes uiderunt ter-  
gum eius. i. eius humanitatē  
que ferebatur in celum: sed di-  
uinitatem uirtute cui⁹ hoc fie-  
bat minime uidebant. Et hoc  
est quod dicitur Act. j. Uiden-  
tibus illis eleuatus est: supple-  
tibus illis eleuatus est: supple-  
tibus illis eleuatus est: Chriſtus  
in celum: ⁊ nubes sus-  
cepit eum ab oculis eorū: scilicet  
apostolorum. Et hoc est tergū  
sequitur: Chriſti respicere: donec ingre-  
deretur tētorū celi. Sed q̄  
hec expositio magis uidet pri-  
uere ad allegoriā q̄ ad anago-  
giā: ideo restat subdere aliam  
expositionē mere anagogicā.  
¶ Anagogice igit ⁊ aliter no-  
tādū q̄ per tabernaculū inel-  
ligitur ecclesia triumphans: q̄  
est illud tabernaculum: de quo  
Psal. p̄ admiratione querit a-  
spiritus sancto: dicens: Die quis  
habitabit i tabernaculo tuo?  
Cui respondet ipse spiritus sanctus:  
dicens: Qui ingreditur sine  
macula ⁊ t̄. talis: supple ha-  
bitabit i tabernaculo meo ce-  
lesti. Illud tabernaculū pos-  
tum est extra castra peul. i. ex  
p̄sentē mundi. Nō enim q̄ren-  
da est beatitudo in p̄senti secu-  
lo: sed in alio t̄. Cū illi tres  
ap̄li q̄ interfuerunt trāsignura-  
tionē dñi ⁊ qui dixerunt eidē:  
Dñe bonum est nos hic esse.  
Matth. xvij. quasi querentes  
beatitudinē in p̄senti grauer  
errabāt. Quō em̄ expectāda ē  
beatitudo perfecta in p̄senti  
uita: q̄ plena est tot ⁊ tāris mi-  
serijs: vt dicat Job. xliij. q̄ bō-  
natus de muliere i breui uiuēs  
tpe: replet mules miserijs: Cū  
ergo beatitudo sit status om-  
ninoꝝ aggregatione p̄fectus  
vt dicit

**A**llegoiciter et tertio / iuxta illud verbu: Puer scilicet Josue non recedebat de tabernaculo. Notandum qd per Josue / qui fuit seruus Moysi / intelligitur Christus / qui fuit seruus dei patris: et hoc in quantum homo: de quo interdum queri solet. Quid faciebat quando puer erat: non enim potest dici qd sub tenella etate frequentaret scholas: imo et aliorum paruulorum: maxime cum Judei (qui eum bene nouerant) dicerent de eo pre admiracione: **Quid** (inquit) vident hic literas scribiti: nunquid didicerit eas? Ad hoc dicunt aliqui qd quia puerum potuit manualiter operari: abas in arte fabuli / cum patre suo putatio Josue. Sed potest dici potest: quod hic dicitur Josue ad literas / figuratiue

aut de eo: Puer non recedebat de tabernaculo. Sic nec ipse de templo orationi et contemplationi vacans. Quod admodum ergo Samuel vsq ad pueru tempus non recedebat de templo: ut dicitur prius: et habet. i. Reg. i. ita potestabiliter dici potest de Christo. **A**llegoiciter et quarto / iuxta illud sequens verbu Moysi ad dominum: precipis mihi vt educau populum istu etc. Notandum qd quecumq hic dicit Moyses de seipso / aut dicit de eo: potuit recte dicere Christus de seipso: aut deus pater de eo. In primis nempe deus pater precipit ei: quando incarnari voluit: vt educeret populu Israel: et consequenter totum mundum: saltem sufficienter / de captiuitate Babylonica. scilicet diabolica. Iuxta illud psal. Redemptio enim misit dominus populo suo. Propter quod dicebat ipse Christus Jo. xiiij. Mandatum dedit mihi pater: et sicut dedit mihi sic facio. Nec ad tam magnu opus perficendum debuit admitti alius cum Christo: quia nec angelus de celo / cum carne assumpta: nec aliquis purus homo: quis patriarcha aut propheta: quia solus Christus plenissime ad hoc sufficiebat: etiam ad plures mundos: si iustis sentiret equaliter: aut plus indicauissent. Et hoc est quod dicitur in textu: precipis mihi vt educau populu istu: et non indicas mihi que missurus sis mecum. Et sunt verba ipsius Christi ad patrem. Ipse etiam deus pater noster / Christus et nomine christi approbationis. Nomen enim Christi est Iesus: vt patet Mat. i. **I**esum autem

**N**am illud est quod saluator. Christus aut saluum fecit populum suu a peccatis eorum. Ecce quo deus nouit eum nouit in approbationis. Insuper ipse Christus inuenit gratiam apud eundem patrem. Sicut enim homo Maria inuenit apud deum gratiam: quia perdidit eam: ita et benedictus eius inuenit gratiam apud eundem deum patrem: quia in paradiso terrestri perdidit eam: propter peccata sua. Si igitur (inquit) inuenit gratiam in prospectu tuo: ostende mihi faciem tuam: vt sciam te et lucem gratiam ante oculos tuos. **H**ic Christus orat. pro se et ab ipsa conceptione sue benedicta eius: nam vidit faciem patris: siue diuinitatis essentialis: etiam in terra: sicut erat possibile: et quantum postea vidit. Sed orat. pro membris suis: et ordinatis ad vitam eternam: quod imperat visionem diuine faciei: siue essentialis: et sciam ipsum: secundum illud Jo. xvij. **H**ec est vita eterna: vt cognoscat te solus verus deus: et quem misisti Iesum Christum. **Q**uod autem addit: Et lucem gratiam ante oculos tuos: intelligi potest de prima gratia: quam ipse Christus meruit eisdem membris suis: siue predestinationis. **Q**ui in his oibus exauditus est a deo patre. pro reuerentia sua. **L**u autem subdit: Respice populum tuum: gentem hanc. Ecce quo ipse Christus apte et explicite orat pro membris suis: pro quibus prius implicite orauerat. **Q**ui autem dominus dicit ad Moysen: Facies mea preceperit te: et requie dabo tibi. **H**oc potest referri ad faciem diuine predestinationis: que preceperit Christo: secundum quod homo: secundum illud psalmi apoc. Ro. i. **Q**ui

factus est ex semine David: secundum carnem: qui predestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis etc. **H**ec ergo facies diuine predestinationis: preceperit ab eterno Christo: secundum quod homo. **Q**uia etiam apostolus. hebre. xiiij. dicit: **I**esum Christum heri et hodie: ipse et in secula. **L**ab eterno: non propterea idem sequitur de ipso humanitate. **E**st enim Christus: si multiter Iesus: nomen diuinitatis: positum: de quo constat secundum fidem: quod fuit ab eterno. **H**oc autem nomen humanitas non idem significat. **E**t ideo ista catholice confiteretur Christus: secundum quod homo. **F**acies mea. scilicet predestinatio mea: preceperit te: **U**bi non vitare debemus istam hereticam: Christus est predestinatus: nisi addat modificationem suam. **Q**uod autem subdit: **E**t requie dabo tibi: referendum est ad Christum ascensionem. **Q**ui enim fuit pauper et in laboribus a iuuentute sua: vsq ad mortem: post suam resurrectionem et gloriosam ascensionem: ad dexteram dei patris: inuenit plenam requiem: ideo in signum huius sedere: ubi nunc ad dexteram dei patris. **E**t tandem quantum ad id quod Moyses dicit ad dominum: **S**i non tu ipse precedas: non educas nos de loco isto: referendum est ad illud verbu Leonis papae in benedictione cerei paschalis: vel Greg. secundum alios: **N**ihil enim nobis profuit: nisi si mori profuerit. **I**n hoc enim cognoscere possumus in finem filii dei gratia: et charitatem: quia dignatus est ambulare nobiscum: presentia: et moraliter in hoc mundo. **x**viiij. annorum **E**t iij spatia

spatio / vt nobis multipliciter ostenderet viam qua itur in celum. Propterea Joan. xiiij. dicebat: Ego sum via. Et eiusdem viij. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris / sed habebit lumen vite eterne: supple post hanc miseriam vitam. Ideo sequitur: vt glorificetur ab omnibus populis qui sunt super terram: supple: uentura: quia de illis qui nouiter introducunt in celum / gaudet tota curia celestis. Quod autem subditur dominum dixisse ad Moysen: Et verbum istud quod locutus es faciam / inuenisti enim gratiam coram me: potest referri ad illam Christi petitionem ad patrem: vbi ait: Pater clarifica filium tuum: vt filius tuus clarificet te. Cui pater: Et clarificauit / et iterum clarificabo. Jo. xij. Ecce quomodo ipse Christus inuenit gratiam coram patre suo. Quod vero finaliter subditur: Ostende mihi gloriam tuam: possumus referre non quidem ad visionem diuine essentie / quam habuit anima Christi ab instanti conceptionis sue: sed ad gloriam corporis sui: que bene dicitur gloria patris: et hoc in genere cause effectiue: quia effecta est a tota trinitate / quous formaliter fuerit solus filius. Et quia ex diuina dispensatione factum est vt gloria anime Christi non redundaret in corpus suum / quando iuxta in statu vite / nisi forte ad horam in sua transfiguratione: ideo post mortem suam huiusmodi gloriam corporis peritit a patre dicens: Ostende mihi gloriam tuam. Hoc autem fuit / quando petiuit ab

ipso patre dicens: Que visitas in sanguine meo / idem dicens: Deinde sequitur: Audiuit (inquit ipse xps) dominus supple: pater: et miseratus est mei etc. vbi ibi Locus ueritatis placuit meum in gaudium mihi: et circumdedit me leticia: vt carer tibi / supple: caritatem gratiarum actiois gloria mea. i. gloria corporis mei glorificari. Ecce igitur quomodo in resurrectione Christi impleta est eius prior petitio / cum petierat a deo patre: Ostende mihi etc. Et necesse ostendit deus pater predictam gloriam corporis Christi / ueritatem ostendit ei omne bonum ex parte anime: non quidem de nouo / sed prioris obseruando / et continuando. Ueritatem quia quicquid factum est a deo circa beatitudinem anime Christi / et misericordiam principaliter factum est: siue ex voluntate diuina / et non ex debito: signanter considerando eam secundum se: ideo subditur a domino: Miserebor cui uolueris / et clemens ero in quem miserum placuerit. Hucusque igitur omnia clausula exponi potest prima de Christi / et prima de anima illius beatifica. Parcat lector / pleritanti. ¶ Allegorice et quito iuxta illud uerbum domini ad Moysen: Stabis supra petram: notandum quod petra dicitur Christus: vt patet. i. Cor. i. Per Moysen autem / cui dicitur stabis supra petram: designatur quilibet fidelis qui est assumptus de aquis baptismatis / sicut Moyses assumptus fuit de aquis fontium / a filia Pharaonis. Hinc ergo fidelis dicitur a domino stabis supra petram. i. esto firmus et bene fundatus super fidem Iesu Christi. Hec est enim illa petra

de

de qua Mat. xvi. dicit Christus Petro: Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Item Apo. i. Cor. iij. Fundamentum inquit: aliquid nemo potest ponere / preter id quod positum est / quod est Christus Iesus. Ubi inter alia / fides de ipso Iesu. Nam sicut tota machina edificij materialis dependet ex fundamento illius: sic edificij spiritualis totum dependet ex fide Christi / sine qua impossibile est placere deo: vt dicitur Heb. xi. Stas ergo supra petram. Quod autem dicitur consequenter dominus ad Moysen / Ponas te in foramine petre / intelliguntur vulnera manuum / pedum / et lateris Christi / qui fuit petra / vt dictum est. Quoad modum ergo herinactis / infectus ab hominibus / et canibus / abscondit se intra foramina petrarum / siue locorum petrosorum / et sic facilliter euadit: ita anima deuota percipiens se insequi a diabolo / carne / uel mundo / debet statim recurrere ad vulnera Christi per deuotam meditationem / et commemorationem Iesu Christi. Ipse enim est illa petra de qua in psal. Petra refugium herinactis. i. hominibus patientibus aculeo operationum / et adueritatum. Hic est quod sponsus dicitur spose sue Can. ii. Surge prope amica mea / speciosa mea / et ueni columba mea / et uidebis postterora mea: Notandum quod hec uerba congrue possunt exponi de dominica incarnatione. Tunc enim altissimum uisum / ubi reponat pullos iusticie domini: que totaliter impediebat ne uideremus eum. Absconderat enim se ab hominibus / propter eorum peccata / si

audet appropinquare. Unde Esai. ii. dicitur anime deuote ingredi in petram. i. in mentem dicere passionis: et signanter ibi ingredi debet qui inuadit a dicto accipere per aliquam turpem cogitationem. Unde Augustinus in suo manuali ca. xxij. Cum inquit me pulsata aliqua turpis cogitatio / recorro ad vulnera Christi. Cum me premit caro mea / recordatione uulnerum domini mei reurgo. Cum diabolus parat mihi insidias / fugio ad viscera misericordie domini mei: et recedit a me. Si ardo libidinis / uocat membra mea / recordatione uulnerum domini mei extinguitur. Et breuiter in omnibus temptationibus meis non inuenit tantum efficax remedium / sicut uulnera domini mei Iesu Christi. In illis enim domino securus / et requiesco in te / repidus. Hec ille. Ecce igitur quid prodest anime deuote ponere in foraminibus petre / per deuotam meditationem eius. Quicquid enim ponitur ibi / protegit eum de terra / uel specialiter / donec transierit / ut dicitur in litera: donec (inquam) transeat de hoc mundo ad celum.

¶ Allegorice et sexto iuxta illud uerbum: Tollam manum meam / et uidebis postterora mea: Notandum quod hec uerba congrue possunt exponi de dominica incarnatione. Tunc enim altissimum uisum / ubi reponat pullos iusticie domini: que totaliter impediebat ne uideremus eum. Absconderat enim se ab hominibus / propter eorum peccata / si

cundum

eundem illud Est. ut. Inquit-  
tates velle diuersiter vos  
z deum vestrum: z peccata ves-  
tra absconderunt faciem eius  
a vobis. At vero in incarna-  
tione subdit: dicta manus est  
aliquantum eblata: non tam-  
en totaliter. Tunc enim ho-  
mines ceperant videre postea  
vota ipsius Christi: id est: hu-  
manitate: que est posterior di-  
uinitate: quia illa fuit ab eter-  
no: ista autem ex tempore. Un-  
de Apost. Sala. r. ait: At vbi  
venit plenitudo temporis: mit-  
sit deus filium suum: factum ex  
muliere: factum sub lege zc. Phi-  
lippus igitur quando perit a  
Christo dicens: Domine osten-  
de nobis patrem: z sufficit no-  
bis. Joan. rliij. anteriora vide-  
re volebat. Sed quando Chris-  
tus responderit ei: Philippe qd  
videt me videt z patrem meum:  
no tamen propterea sequitur  
q ipse Philippus viderit ante-  
riora: sed tantum posteriora. i.  
illa que pertinebant ad ipsius  
Christi humanitatem: nisi pro-  
pter communicationem idioma-  
tum. Et hoc est: qd prius dixit  
dominus: Non videbit me ho-  
mo z viuere.  
¶ Anagogice et primo: p hoc  
¶ Ingresso Moyse in taberna-  
culum federis descendit colu-  
na nubis: designatur: q ingressus  
domino deo secerit manifesta-  
tis sue: supposita creatione an-  
gelorum: non multo post descen-  
dit super eos: qui perseuerauerunt  
in bono gratie: in quo con-  
diti fuerant: columna nubis: p  
quam intelligitur illapsus di-  
uine essentie: ita vt tunc dice-  
re poruerint: quasi gratias a-

gites de tali lapsu illis p sal-  
tus tui dñe. Et bene dicit pre-  
dicta columna descendit: q pre-  
dicta lumen illius illapsus diui-  
ne essentie: ex quo comunicat  
alicut beato: nunq postea ab  
eo auferit. In cuius rei signum  
ipus dixit de Maria Magda-  
lena Luc. x. Maria optima pa-  
rem elegit: q no auferet ab ea.  
Et Joā. xvij. Soudum vestrum  
nemo tollet a vobis. Itē p sal.  
postq pmitit dices: Adimple-  
bis me lectura cum vultu tuo: sub-  
tecit postea immediate dices:  
Delectationes in dextera tua  
vires in sine. i. vires in perpetui.  
Hoc est etiā qd dicit: Procer. iij.  
Lsgrudo dierum dextera eius.  
Itē ibi: scz in celo: loquit ipse  
dñs cum dictis angelis: pariter  
et beatis hominibus facie ad  
faciem: sicut solet loqui homo  
ad amicum suum.  
¶ Anagogice z secundo: p eos  
lumnā nubis: que descende-  
bat ad hostium tabernaculi: pos-  
sunt significari illuminatiōes:  
que sunt inter bonos angelos.  
Nā hec columna lucebit vsq  
ad diem iudicii: qui vsq tunc  
superiores angeli illuminant  
inferiores: teste Dionysio. viij.  
ca. cele. hierar. vbi ait: q an-  
geli secunde hierarchie pur-  
gati: illuminantur z pernici-  
tur ab angelis prime hierar-  
chie. Et idem iudicium est de an-  
gelis terre hierarchie: quoad  
illos qui sunt de prima z secun-  
da hierarchie. Et vt dicit beatus  
Tho. i. pre. q. centesima feras  
arti. j. vnus angelus dicit illumi-  
nare alium in quantum ei manife-  
statur: pariter quā ipse cognoscit.  
Hoc

Hoc autem facit dupliciter: scdm  
eundem doctore. Primo quide  
fortificando intellectū eius. Se-  
cundo autem in quantum superior  
angelus veritatem quā viuere  
saliter cōcipit: i. quodammodo  
distinguit: vt ab inferiori capi  
possit: z sic ad eā cognoscendā  
ill. pponit. Sunt etiā inter ip-  
sos celestes spiritus: locutiones  
suo modo: ita vt loquitur ad in-  
uicē: sicut solet loq homo cum  
amico suo. Et sicut Moyses re-  
uerfus est ad castra: relicto ser-  
uo suo Josue in tabernaculo:  
a quo no recedebat: ita z inter  
angelos aliq sunt qui mittunt  
ad castra. i. in hunc mundū: ad  
custodiendos homines: pui-  
cias z regna. Alij vero sunt q  
assunt dño in cellis: z qui no  
cessant cum laudare z dicere:  
scz scz scz scz dñs deus om-  
nipotēs: q erat: z qui est: z qui  
venit: est: vt dicit Esa. vj. Item  
Apoca. iij.  
¶ Anagogice z tertio: p Moy-  
sen: cui pcepit dñs vt esset dur-  
populi Israel: cōducendo eū  
in terrā pmissiōis: ante quē  
scēdebat facies dñi: intelligit  
Michaēl: q factus est quasi dur-  
bonarū angelorū: tū in plecto  
suo cōtra āgelos malos: de  
q Apoc. rj. tū in quentiendo  
ad vissionē diuine essentie: tan-  
q in terrā pmissiōis. Nā de eo  
cognit ecclesia dices: Hic est Mi-  
chaēl archāgelus: piceps mi-  
line angelorū. Itē vocat eum  
postus curie celestis: dicens:  
Michaēl ppositus paradisi: quē  
honorificat āgelos tuos. Itē  
in hymno de eodē: Collauda-  
m⁹ venerātes oēs celi milites:  
q pcepit primatē celestis pa-

triciē: Michaelem in virtute  
cōterentē Zabulon. Sed i his  
omnibus pcedebat facies dñi  
ipsum Michaele. i. gratia dei.  
Tū postq ecclesiā cōtrauit de  
eo dices: fideiis sermo et omis  
acceptio dign⁹: Michaele ar-  
changelus pugnavit cū diabo-  
lo: mor subligit dices: Statia  
dei ille victor in cellis exstitit.  
Tū tunc de eo potuit dñs me-  
rito dicere: qd postea dicit de  
Moyse ad literam: Noui te ex  
nomine: z inuenisti gratiā corā  
me. Deinde ille ait ad dñm:  
Quēdē mihi gloria tua. Ad  
quē dñs: Ego ostendā offe bo-  
num tibi. Hoc autē fuit qd Mi-  
chaēl psecueranti in bono gra-  
tie: cōmunicata est vīso diuine  
essentie. Sed q nō ita factū sit  
de Lucifero z āgelis malis: si-  
bi adherētibus: q pcepitati sunt  
de altitudine celi: in abyssum  
inferni: recurrentē est ad dei  
voluntatē. Ideo dñs ait: Mi-  
serere vobis: cui voluerit: z clemens-  
ero in quē mihi placuerit. Hoc  
ergo processit ex occulto dei  
iudicio. Unde Aug. sup Joā.  
tractatu. xxvj. exponens illud  
verbum Joā. vi. Nemo potest  
venire ad me: nisi pater q misit  
me traxerit eū: dicit sic: Ma-  
gnā gratie cōmendatio. Nemo  
venit nisi tractus: quē trahat:  
z quē non trahat: quare illum  
trahat: z illum nō trahat: molli-  
velle iudicare: si non vis erra-  
re. Hec ille. Quod autem sub-  
ditur: Non poteris faciem meā  
am videre: possunt esse verba  
domini ad angelum malum:  
qui nunquam vidit: sicut nec  
in eternū visurus est dei essen-  
tiam. Et hoc est contra illos  
Diligentis

Ouzgenitas; qd dixerit; qd deo non in perpetuū irascetur contra angelos malos; sed qd tandem illis propiciabitur; dicere p̄sal. Nunquid obliuiscet misereri deus; aut continebit ira sua misericordias suas; q. d. nō. Sed quicquid de hoc dicitur in sacra scriptura; dicunt illud comminatorie dictū esse; sicut et illud verbū Jone prophete; Adhuc q̄dragita dies; et Ninive subuertet. Sed hunc errorem reprobat August. xij. lib. de ciui. dei. ca. xxiij. Vide bene ibi. Q̄s vero finaliter subditur; Est locus apud me; inquit dominus; et stabis supra petra; potest referri ad quālibet animam existentem in limbo ante Ch̄isti aduentū. Quelibet autem talis anima stabat supra petra; quia quilibet talis discesserat a corpore; i fide Ch̄isti futuri explicitē; vel saltem implicitē; qui quidem Ch̄ist⁹ fuit petra; vt dicit Aposto. Ibi enim protegebat domin⁹ huiusmodi animas sanctorum patrum; tanquam in foramine petre; donec trāsiret gloria resurrectionis ipsius Ch̄isti; in cuius sine. Ibi enim prius protegebat eas dextera dei; et hoc p̄cipue a diabolo; a q̄ nullo modo pertinebantur. Nec vsq; ad predictam gloriā resurrectionis; aut saltem mortis; ipsi Ch̄isti; p̄dicte anime viderunt dei essentiam; sed t̄m posteriora. Tunc enim dñs tulit manū suā; que sanctos patres impediēbat ne viderent prius ipsam diuinam essentiam.

Exodi tricesimoquarto.  
C̄ prima clausula.



**A** desceps p̄cide (ait) tibi duas tabulas instar priorum; et scribā super eas verba que habuerūt tabule q̄s fregisti. Ego paratus mane; vt ascēdas statim in montē Sinay; stabisq; mecum super verticē montis. Nullus ascēdat tecum; nec videatur quōsquam per totum montem; boues q̄q; et oves non pascantur contra. Excidit ergo duas tabulas lapideas; quales antea fuerāt; et de nocte consurgens ascendit in montem Sinay; sicut preceperat ei dñs; portans secum tabulas. Cumq; descēdisset dñs per nubem; stetit Moyses cum eo; inuocans nomen dñi. Quo transeunte coram eo; ait; Dñs; tuus domine deus; miserator et clemens; patiens; et multe misericordie; ac verax; qui custodis misericordiam in nīllis; qui auferis iniquitatem; et scelera atq; peccata; nullusq; apud te (per se) innocēs. Qui reddis iniquitatem patrum; filiis ac nepotib⁹; in tertiam et quartam; p̄genitē. Festinusq; Moyses; curuatus est pronus in terrā; et adorans; ait; Si inuent gratiam in cōspēctu tuo domine; obsecro vt gratias nobiscū; populus enim durus ceruicis est; vt auferas iniquitates n̄ras atq; peccata; nolq; possideas. Respondit dominus; Ego inibo pactum; vidētib⁹ cunctis;

cunctis; signa faciā que nunq; visa sunt super terrā; nec in viliis gētib⁹; vt cernat populus iste (in cui⁹ es medio) opus domini terribile; quod factururus sum. Obserua cuncta que hoc die mandauit tibi.

Christo ualiter; Postq; in p̄cedenti clausula et capto; sanctus propheta dñi Moyses locutus est de colūna nubis in qua dñs loquebatur ad eum. Itē de p̄fessione sua; quo ad ostensionem faciei dñi; hic consequenter loquitur de p̄cepto sibi facto a dño; quo ad p̄parationē duarū tabularum lapidearum; instar priorum. Facit ergo tria Moyses in litera p̄fissis clausule. Nā C̄ primo facit mentionem de p̄cepto sibi a domino facto; in principio.

C̄ secundo uero; de executione; nichilulmodi p̄cepti; ibi; Excidit ergo.

C̄ tertio autē format orationem pro suscipienda lege; ibi; Dominator etc.

C̄ primo ergo Moyses facies mentionē de p̄cepto sibi diuinitus facto; ait; Ac desceps; ait; supple dñs; tibi. I. ad vtilitatem tuā; et populi; duas tabulas lapideas instar priorum; de quibus multa dicta sunt prius in hoc libro; vt ptz. xxiij. cap. sub tertia clausula. Item. xxiij. ca. id est; angelus in persona dñi; per nubem; id est; in nube. Ratio autem huius humilis locutionis est; qz non conuenit deo descēdere; nisi p̄ nouū effectū; stetit Moyses cū eo; inuocans vt ascēdas statim; scz facto mane. Illa enim hora est conueniētia; ad loquendū cum deo. In

montem Sinay; vbi prius ascēderas. Stabisq; mecum; scilicet in subiecta creatura. Sic enim omnia talia intelligenda sunt; s̄m August. Nullus ascēdat tecum; quia alii non sunt ita digni accedere ad me; supple; hoc tamen intelligitur de ascēsu vsq; ad verticē montis; qz Jō prophetā dñi Moyses locutus videtur quōsquam per totum montē; ob reuerentiā deitatis; ibi descendentis in signo uisibili. Boues q̄q; et oves non pascantur e contra; propter eadē rationem. Vel ne Iudei sequētes ea occasione eorum uellēt ultra; p̄cedere; vel curiosos factum inspicerent. Et sic patet de primo.

C̄ secundo; Moyses facit mentionem de executione p̄cepti sibi facti; scilicet ait de seipso; quasi de quodam alio; Excidit ergo duas tabulas lapideas; quales antea fuerant. Ipse enim bene retinuerat in memoria formā priorum; et de nocte consurgens ascendit in montem Sinay; sicut ei preceperat dñs; portans secū tabulas. Ecce quomodo ipse Moyses executus est p̄ceptum mandatum domini. Et sic patet de secundo.

C̄ tertio; Moyses format orationem ad dñm; pro suscipienda lege. Nā cum dñs descēdisset; sub. iij. clausula; et scribā super eas uerba que habuerūt tabule quas fregisti. De hoc aliquid dicitur in deductione dubiorū. Sequitur; Ego paratus mane; stetit Moyses cū eo; inuocans vt ascēdas statim; scz facto mane. Illa enim hora est conueniētia; ad loquendū cum deo. In

hulus.



hulus. Quo transeunte coram eo/ et scz pdiret ei in sine capitiuli pcedentis transeunte (inquā) in nubē gloriofa/ cū respicentante: ipse supple Moy ses ait: Dominator/ scz in populi gubernatione: dñe/ in legis datione: deus/ in cultus veneratione: miserato/ in miseris hominū comparando: et clemēs/ in offensas remittendo: patiens/ in emendationē peccantiū expectando: et multe miserationis/ effectus tue pietatis imponendo: ac verax. i. iustus: qz misericordia sine iustitia/ est pusillanimitas: et iustitia sine misericordia/ est crudelitas. Et ideo in oibus operibz/ diuinitis semp simul misericordia/ et veritas/ iustitia relucet: s̄m qz ps̄ ait: Uniuerse vie dñi/ misericordia et veritas. Vel aliter: ac verax/ iustus premia/ et iustis supplicia retribuendo. Unde seq̄rur: Qui custodit misericordiam in milia/ reddēdo bona nō solum operāribus/ sed etiā descēdēdo ab eis absqz mēro. Qui aufero iniquitatem. i. peccata commissa in proximiū remittis vere penitētibz: et sciera. i. peccata/ que facit homo in seipm: nullusqz apud te innocens est: qz omnes cōstrahūt originale/ et cū hoc actuale/ saltem veniale: dum modo homo perueniat ad eratem adultā. Qui reddis iniquitatem et. Vel sic/ s̄m de psal. Dominator/ quantum ad prouidentie executionē: dñe/ quantum ad exequendi virtutē: Deus/ quārum ad essentia simplicitatem. Que tria ponuntur hic ordine p̄p̄o/ hero/ in signū

qz ad diuinorum cognitionem homo uenit a posteriori. Sequitur: Misericors/ scz ad dandum: clemēs/ ad parcendū: patiens/ ad expectandū: et multe misericordie/ remittēdo vltra condignū: et verax: qz teste ps̄. Uniuerse vie dñi/ misericordia et veritas. Similr de eis/ misericordia subdit: Qui custodis misericordia in milia. i. in oēs quāru effectū suū: qz nō oēs sunt capaces illius. Et nota qz hic ponitur numerus/ determinatus/ p̄ determinato. Sicut ibi Mat. xvij. vsqz septuagies septies. Seq̄rur: Qui aufero iniquitatis/ scz in proximiū: sciera/ qz sunt in deū: et peccata/ qz sunt in proximiū. Et de istis tribus loquitur Job ad dñm/ dicens: Quantas habeo iniquitates et peccata/ sciera mea. Ecce peccata commissa/ sciera mea. Cōsequēter addit qz peccata omissionis/ dicens: et delicta ostēde mihi. Eiusdem Job rō. Quantū autē ad veritatem/ iustitie/ subdit dicens: Nullusqz apud te per. se/ sine adiutorio/ cui supple: innocēs est. Et signāter hoc vniuersaliter intelligēdum est de reatu ab originali peccato/ a quo nullus liber inuenitur/ p̄ter Christum/ et matrem eius: Qui reddis iniquitatē patris in filiis ac nepotibz/ in terrā/ et quartā generationem. Istud expositū est. s̄. xx. c. sub prima clau. Et nota/ qz deus est pronior ad miserendum/ qz ad puniēdum. Et istud r̄git Moyses cū prius ait: Qui custodis misericordia in milia. Et postea subdit: Qui reddis iniquitatem patris et. Pater ergo quō

in oia

in oratione sua Moyses captat dei beniuolentiam etc. ¶ Secūdo: et consequēter idē Moyses caprar eādem dei beniuolentiam facto et opere. Et istud tangitur in textu/ cū subditur: Felicitusqz Moyses/ sicut uisus est prius in terrā. Et interiori. intelligēs se esse terrā/ et cū erent: et hoc ex diuine mansuetudinis inspectione. Et ad ostēdēdū corde/ qz actū interiori remore/ per uocem: et opere/ qz corporis inclinationem. Et ex hoc habetur s̄m quosdā: ut dicitur dñs per. s̄. psal. qz religiosi inclināt ad gloria patri. Deinde post supplicatio ipsi/ Moyses dicitur: Si inueni (in dñi) gratiā in conspectu tuo dñe. Si proiquis. Jam enī sibi dixerat dñs: Inuenisti gratiā corā me: ut ps̄. c. p̄ced. in fi. vlti. clau. Nihilominus iterū ad maiore rei confirmationē/ et sui confortationē replicat/ dicens: Si inueni gratiam in conspectu tuo dñe/ obsecro ut gradiaris nobiscum/ scz per exhibitionē tue presentie in operatiōe miraculorum/ et signorū. Item in exhibitione beneficiorum. Hec enī duo erant valde necessaria in educatione illius populi in terram/ p̄missionis: qz populus est durus/ et ceruicis est. Hic Moyses confretur humiliter reatiū populi/ ut libentius illi ppicietur dominū. Ut auferas. glo. interl. puniēdo/ et ignoscēdo: iniquitates nostras/ expone ut p̄us: nosqz possideas. glo. interl. et hereditatem tuam. P̄mitte/ sicut dicitur Moysi supplicatione ad dñm pro populo/ sequit̄ hoc mini benigna responsio/ qz

Ego inibo pactū. i. indissolubliter/ firmiter statuā: uidentibus cunctis signa faciam/ que nunqz sunt uisa super terrā/ nec in vllis gentibus/ sicut realiter/ et in effectu fecit/ quando terrā/ Dathan et Abiron absorbuir. Itē in siccatione fluuij Jordānis. Et similiter in subuersione muroz ciuitatis Hierico/ sicut nāribus tubis et c. Et hoc corā/ supple: ut cernat populus tuus iste/ quasi nō esset populus dei/ propter multiplicem malitiam illi. In cuius es medio/ id est iter quos p̄ueraris. Opus domini terribile/ quod facturus sum/ scilicet in deductione populi in terram p̄missionis. Deinde cum subdit dominus/ dicens: Obserua cuncta que hodie mandaui tibi. Pōnitur hic epilogatio omnium p̄cedentium: et signatur a. xx. cap. huius vsqz ad. xxv. licet nō omnia sint hic scripta. ¶ Circa autem hanc clausulā possunt moueri multa dubia. ¶ Primum igit dubiū oritur/ p̄pter illud uerbum quod habet in p̄ncip. huius clau. vbi dicit: P̄cedite tibi duas tabulas/ et scribā sup eas et c. Videt̄ ergo ex his uerbis qz dñs in propria scripserit tabulas legis/ quas secundo dedit Moysi. Similiter Deutero. x. idē habetur. Et paulo post: fuit Moyses cum dño. xl. diebus et c. et scriptis in tabulis uerba fcederis decem. Et tamen in sequentibus infra hoc capitulū sub quarta clausula dicitur dominus dicit̄ se/ sicut dicitur Moysi supplicatione ad dñm pro populo/ sequit̄ hoc cum fract pepigi fedus. Ad hoc



## Exodi tricesimo quarto,

tra populum / et hoc ex parte eiusdem populi: nihilominus p ipso est ex parte sui: qui propt malitiam populi magis egerebat tali presentia dei de qua dictum est.

¶ Nonum dubium mouetur propter illud verbum Moysi ad dominum: Si inuent (inquit) gratiam in conspectu tuo domine: obsecro vt gradiaris nobiscum. Sed ex quo hoc iam dominus promiserat / vt patet in clausula precedenti: cur ergo istud replicat? Videtur enim qd dubitauerit de priori promissione domini. Dicendum qd ipse timebat ne superiret impedimentum ex parte populi: scilicet nolum peccati. Scitebat enim ipsum populum pronum ad malum. Et ideo ipse orabat / vt tale impedimentum non superueneret: ideo dicit: Populus durus ceruicis est.

¶ Decimum dubium mouetur propter illud verbum domini: Signa facta qd nunc vasa sunt super terram. Querit qd si signa qd fecit dominus inducendo filios Israel in terram promissionis fuerit maxima? Nihil dicitur generale fuit maius signum: sicut et conuersio vxoris Loth in statu salis. Gen. xix. Item exterminium Sodome / et aliarum urbium vt de ibidem: Nunquid etiam maiora signa fuerint circa aduentum iudicii generalis? Dicendum qd quod sit de signis qd peccerunt signa ostensa circa ingressum filiorum Israel in terram promissionis: illa tamen qui facta sunt ante iudicium: etiam multo maiora. Et ideo notat etiam loquens de preterito: et non de futuro. Dicit etiam glo. Inter qd hoc qd dicitur: hinc est iudicium

deus datum ad istam. De die erit iudicium accipiendum est: qd factum est dominus qd nunc vasa fuerunt. Pec. ibi.

¶ Notat etiam primo in presentibus: sufficiat dicitur esse purior: quid significet p duas tabulas lapideas: et hoc in locis ubi specialiter de hoc agit. Nisi forte qd id qd prius fracte erant reparant / vel saltem similes: ad inuadendum quanta diligentia et strictione voluerit nos tenere dominus ad observantiam mandatorum decalogi / qui ipsas tabulas semel fractas mandauit Moysi iterum precidendum / et postmodum in eis scripsit proprio digito. Postquam ergo quis violauerit in corde suo ipsa precepta decalogi non propterea est in posterum absolutus ab eorum obseruantia / sed iterum atq; iterum obligatus. Da exemplum de illa que vouit perpetuam castitatem: que si violatur non propterea est absoluta pro futuro ab obseruantia castitatis possibilis.

¶ Notat etiam secundo: iura illud verbum domini ad Moysen: Esto paratus manere: et ascende ad deum. Notandum qd Moyses significat quemlibet hominem cui spiritum est: capax rationis: et sic paratus ascendere ad deum / vel per meritum boni operis: vt dicit glo. inter. Hinc est qd secundum doctores theologos: quousquam parvulus est doli capax: tenet se conuertere ad deum: faciendo quod in se: et alias culpabiliter omittit. Sic enim agendo incipit stare cum domino: et dominus cum eo: hoc totum per gratiam sine cuius presentia

## Clausula prima. Fo. d. c. ij.

sentia nequit homo proficere: iura illud Joan. xv. Sine me nihil potestis facere: inquit saluator.

¶ Notat etiam tertio: Mane est initium boni operis. In tali igitur mane debemus esse parati per cordis contritionem / et mentis recollectionem: siue attentionem ad deum. Propterea in principio horarum canonicarum signamus nos signo crucis dicentes: Deus in adiutorium meum. Qui autem sic parat se mane / ascendit cum deo in presentem gratiam / et tandem ascendit per gloriam. Ipse enim stabit cum deo super verticem montis: illius suppedit quod est in vertice montium. Sed quod est dominus dixit ad Moysen: Nullus ascendat tecum: nisi ille qui vult ad deum ascendere predicto modo / debet vitare strepitum huius mundi / et eligere locum solitarii / in quo comode possit loqui cum deo: et similiter audire quid in eo loquatur ipse dominus: iura illud Psal. Audiam quid loquatur in me dominus deus. Quid est etiam qd dicitur: Boves ac oves non pascantur eccorru: nisi ille qui vult per deuotam orationem ascendere ad dominum / et suscipere eorum habere / debet a se longe repellere morus sauales / et brutales: ita vt tunc nisi de diuinis salutariis non cogitet. Propterea postquam sacerdos in pfatione missae pronouit populum ad deum: statim recurrens ad deum: faciendo quod in se: et alias culpabiliter omittit. Sic enim agendo incipit stare cum domino: et dominus cum eo: hoc totum per gratiam sine cuius presentia

tandem qd homines se habent in multiplici differentia. Primi sunt qui mane ascendunt ad deum per bonam vitam: vt dicitur sol in intellectu / et rationis insipienter / et in ciuitate: vt sunt paruuli facti adulti: et diligenter instructi a parentibus. Et talibus dicit diuina sapientia proverbia. vii. Qui mane vigilauerit ad me / inueniet me. Item Thren. iij. dicit: Bonum erit viro cui portauerit iugum domini ab adolescentia sua. In cuius etiam figuram legitur Mar. xvi. qd mulieres qd parauerant aromata: cum venisset valde mane ad monumentum / vt vingerent Iesum: tandem ipsum inuenierunt: et adorauerunt. Secundi sunt qd ascendunt oratio in sole: sine horum alta: vt sunt qd differunt ascendunt ad deum quousquam sunt ita virtutis: et ex parte fuerint malitiam: seculi: vt patuit de Paulo / qd in adolescentia sua grauitate persecutus est ecclesiam Christi: ita vt cum lapidaret Stephanum: ipse omnium vultumeta seruaret: vt legitur Actu. vii. Item cap. seq. sic legitur: Saulus deuastabat domum: ait Moysi: Boves ac oves non pascantur eccorru: nisi ille qui vult per deuotam orationem ascendere ad dominum / et suscipere eorum habere / debet a se longe repellere morus sauales / et brutales: ita vt tunc nisi de diuinis salutariis non cogitet. Propterea postquam sacerdos in pfatione missae pronouit populum ad deum: statim recurrens ad deum: faciendo quod in se: et alias culpabiliter omittit. Sic enim agendo incipit stare cum domino: et dominus cum eo: hoc totum per gratiam sine cuius presentia

¶ Notat etiam quarto: circa presentiam presentem ad deum: non ex persecutore ecclesie / factus

et ex persecutore ecclesie / factus

est illi⁹ defensori ⁊ vas electio-  
nis: qui etiam plus omnib⁹ la-  
borauit. Unde de eo canit ec-  
clesia q̄ fuit uocatione nouis-  
simus: supple inter omnes apo-  
stolos: sed predicatione pri-  
mus. Talis etiam fuit ascēsus  
dñi August. qui distulit suum  
baptisma vsq̄ ad annum circū-  
ter. xxxij. Et de beato Francis-  
co legitur: q̄ post laiciuam in-  
uentem etatem: et negocia se-  
cularia graui lāguore attrit⁹:  
digitum dei conuertit ad suc-  
cōuersionis effectum. Tertij  
autem sunt qui differunt suum  
ascensum ad dñm vsq̄ in sene-  
ctam ⁊ senium: de quib⁹ psal.  
Lum occideret eos: querebāt  
eum et reuertebantur: ⁊ dilu-  
culo ueniebant ad eum. Quia  
quauis conuertio ⁊ ascensio  
saluum sit tarda: non tamē tar-  
da est uenia: quia ut dicit Eze-  
chielis. xviij. In quacūq̄ ho-  
ra iugauerit peccator: omniū  
iniquitatum eius nō rē. Et de  
hoc habemus multiplicem hi-  
storiam sub ytroq̄ telam. Et  
quidem quo ad uetus testamē-  
tum legimus de Manasse re-  
ge: q̄ aliquando fuerit pesti-  
mus. Cuius scelera ponuntur.  
ij. Paralip. xxiiij. Et tamen tā-  
dem conuersus est ad dominū.  
Unde eius oratio inseritur in  
fine dicti libri. Uide ibi. Quo  
ad nouum autem testamētū  
habemus historiam in bono la-  
trone. Qui dum penderet i cru-  
cem: hūc liberū haberet pre-  
ter linguam: ait ad dominum:  
Memento mei domine: dū rē.  
Ad quē Lixtus: hodie me-  
cum rē. Quartj sunt qui prob-  
dolo: nunq̄ preparant se per

uam bonā: ut quandoq̄ ascē-  
dant ad dominum. Quib⁹ non  
restat nisi damnatio eterna.  
Preparemus igitur nos mane-  
re. i. q̄ primum possumus: ut fla-  
rim ascendamus cum Moyse  
ad dominum: per gratiam.  
¶ Moraliter et quinto: iuxta  
illud uerbum: Et de nocte cō-  
surgens supple Moyse: ascen-  
dit rē. Notandum q̄ per nos-  
ctem significatur mors: et se-  
militer status post mortē. Qui  
ergo sentit se facere in statu  
peccati: debet de nocte cōsur-  
gere: id est: memoriam mortis:  
⁊ eorū que sequuntur mortem  
habere apud se. Dec enim me-  
moria ualde disponit hominē  
ad deserendum peccatum. Ju-  
xta illd̄ Eccl̄. vij. Memorare  
nouissima tua: ⁊ in eternū non  
peccabis. Et Hierony. iij. pars  
te epistolarū suarū: epistola  
lxxvj. Non facile in peccata la-  
bitur: qui se moriturū cogitat:  
et deum sibi fore iudicem non  
ignorat. Item Senec. secunda  
parte epistolarum suarū: ep̄la  
xxvj. Nihil trā prodest ad om-  
nium temperantiam: q̄ bre-  
uis cui frequēs cogitatio: etiā  
icert. Et ideo quicquid faciat  
respice ad mortem. Nec ille.  
Per mortis igitur memoriā  
facile surgit homo de peccato  
tanq̄ de nocte: ⁊ ascendit in  
montem Sinay. i. sursum erigi-  
tur: per desiderium celestiu ⁊  
eternorū: sicut precipit ei dñs  
per apostolum Col. iij. dicen-  
tem: Que sursum sunt aspice.  
Oportet etiam secum portare  
duas tabulas: quia ad talem  
ascensum sunt necessaria diuisi-  
na p̄cepta: contents in duab⁹  
tabulis

tabulis: iuxta illud Matt. xij.  
Si uis ad uitam ingredi rē.  
¶ Moraliter ⁊ sexto: notādū  
iuxta orationem Moyse ad do-  
minum: q̄ ipse obseruauit i di-  
cta oratione modū boni orato-  
ris. Debet autem bonus orato-  
ris: iuxta suam oratione habere tria:  
prout docet Tullius in sua re-  
thorica. Item de Offic. lib. i.  
Debet enim magnificare illū  
apud quem orat: seipsum par-  
uit facere ⁊ humiliare: deinde  
petitionem suam formare. hec  
autem tria obseruauit Moy-  
ses. In primis enim incepit su-  
am orationem a laude dei: cū  
ait Dominator domine deus  
rē. vsq̄ sibi atq̄ peccata. Se-  
cundo confessus est suam: atq̄  
populi Israelitici paruitatē:  
dicens: Nullus apud te per se  
inocens est. Unde in signum  
humilitatis incuruatus est: pa-  
nis in terram. Tertio forma-  
uit suam petitionem: cum ait:  
Si inueni gratiam in conspe-  
ctu tuo domice: obsecro ut gra-  
tiam nobiscum: ut auferas  
iniquitates nostras rē. Et q̄  
Moyse tam pudēter orauit  
apud dominū: ideo exaudiuit  
eum dñs. Unde sequit dñi re-  
sponsio: qui ait: Ego inibo pas-  
tum uidentibus cūctis: signa-  
faciam rē. Uade qui oras do-  
minū: ⁊ tu quoq̄ fac similiter.  
¶ Allegorice et primo: per fra-  
ctionem priorum tabularū: et  
per institutionem secundarū:  
p̄figurabatur cessatio uete-  
ris testamenti: quo ad legalia  
Christi et erectio noui testa-  
menti. In cuius signum ipse  
Christus moris in cruce: cla-

mauit dicens: Consummatum  
est: ut referunt sacri euangeli-  
ste. Et quauis prius dixisset  
se non uenisse ut legem solue-  
ret: sed ut eam impleter Mat-  
v. non propterea sequitur q̄  
predicte tabule. i. predicte lex  
adhuc perleueret: nisi forsā  
in eminentiori: non autē for-  
maliter et in se: et presertim q̄  
ad dicta ceremonialia: que nō  
fuerunt nisi figurata ⁊ ymbra  
futurozum. Unde Ezechiel. i.  
dicit: q̄ uisit rotam in medio  
rote. Fractio etiam dicorū  
legalium fuit figurata per hoc  
q̄ uelum templi in passione do-  
mini scissum est: i. duas partes:  
a summo vsq̄ deorsum. Matt.  
uicesimo septimo.  
¶ Allegorice et secundo: ⁊ ad  
formiter ad glo. ordi. per ascē-  
sum Moyse in montē Sinay:  
designatur ascensus humane  
mentis ad intelligentiam spi-  
ritualiu. Qui enim legem lire-  
raliter: ⁊ in cortice capere vo-  
lunt: hī inferi⁹ adhuc stant: q̄  
vero spiritualiter eam capisse:  
tales sursum ascēdit ad dñm:  
qui intellectum dat paruulis:  
id est: qui facit puenire ueros  
humiles ad intelligentiam le-  
gis. Et hoc est qd̄ loquit apo-  
st. i. Corin. iij. dices: Litra occi-  
dit: spūs autē uiuificat. In signu  
q̄ qñ dñs uoluit dare legē gra-  
tia: ascendit in montē. Nō enī  
stetit deorsum: sed ascēdit sur-  
sum. Sed qd̄ est: q̄ dñs prohib-  
uit Moyse: qñ ascēdit ad eū  
in montē: ne boues aut oues  
pascereut in locis uicinis: nisi  
q̄ heretici: schismatici: crosō-  
cari: ⁊ breuiter oēs p̄cissi ab  
ff iij ecclesiā

ecclesia non sunt permittendi conuerfari cum Moyfe. i. cum vniuersis carpoliticis: hoc propter periculum infectionis ab eis. Hinc apolto. ij. Lozin. vi. ait: Nolite inquit iugum ducere cū infidelibus. Que enim participatio iultric cum iniquitate: aut que focteras lucis ad tenebras? Et Eccl. xij. Sicut communicat lupus agno aliquando: sed ad malum ipsius agni supple: sic et peccator iusto. Que communicatio facta homini ad canem: aut q pars bona diuiti ad pauperem. i. ex tali cōmunicatōne nulla vtilitas temporalis potest accedere diuiti: sic nec bonus proficit ex cōmunicatōne cū peuerfo: qui supple est ab ecclesia precisus: et ideo vitādus vt dictum est.

¶ Allegorice et tertio iurā illud verbū dñi ad Moyfen: Stabis mecum super verticem mōris. Nullusq; ascendat tecum. Notandum q; ista verba recte possunt de summo pontifice exponi. Ipse enim dicitur ascendere cum domino: pro eo q; gerit vices eius in terris: dicente Chyisto ad Petrum Ioan. xvj. Pasce oves meas: pasce agnos meos. Solus autem Moyfes ascendit ad dominum in montem: quia solus est vnus pontifex supremus in terris. Illi ergo sunt censendi heretici q; dicitur q; expederet multos eē summos pontifices: secundum varietatem regnōū et prouinciarū: quoz vnus potestas indepēdēs esset ab alio: sicut et de multis regib; cōtingit: qui nō recognoscūt superiorem in

terris preter deū. Sciebat enim optime Chyist; qñ fecit Petrus vicariū suū in hoc mūdo: quid magis expediret ipsi mundo: et tamen non plures prescicit ecclesie summos pastores: sed Petrū sū. igitur. Teneam; ergo indissolubilitē vnā sanctā ecclesiam catholicā: et nō plures. Meriā prefiguratum est per tunicā inconsutilem Chyisti: que in eius passione nō fuit diuisa Mar. xvij. Sic est longe ante prophetatū fuerat per psal. dicentē in persona Chyisti: Diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortem.

¶ Allegorice et quarto iurā illud vbi: Et de nocte p̄surgēs supple Moyfes ascendit in montem Sinay. Notandum q; mūdus iste per dei gratiam semp̄ proficit in notitia diuinoꝝ. Olim enim tempore veteris testamenti: homines ambulabāt quasi in nocte: quia tunc ambulabant in tenebris. At vero tempore legis gratie ceperunt videre lucem magnam. Et hoc est quod dicitur Esa. it. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbre mortis lux orta est eis. Et in psalm. Nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius: ita et lumen eius. De nocte ergo. i. tēpore legis cepit consergere Moyfes: et alij prophete: nunciātes diem gratie fore propinquum. Sed pie ceteris Ioannes Baptistā in hoc profecit: de quo pater suus Zacharias statim post ipsius natiuitatem predicti dices illū Luc. j. Tu puer propheta

propheta altissimi vocaberis: precibus enim ante faciem dñi parare vias eius: ad dandam scientiam salutis plebi eius: i. remissionem peccatorū et. Et tūc ergo cepit populus ascendere in montem: per considerationem pariter: et cognitio: nē diuinoꝝ: et tandem per gratiam et gloriā. Tandem illuc ascendunt electi in die iudicii: portantes duas tabulas lapideas. i. corpus et animam scriptas digito dei. i. formatas potentia dei. Sed quid est q; prius descendit dominus per nubem ad Moyfen: deinde dicitur cum eo stetit inuocās nomen domini: nisi quia prius est dominum descendere ad hominem per nubem. i. per gratiam: priusq; cum eo stetit per gloriā vniuers; hominis: id est corpus et anime: sicut expectatur futurū in generali resurrectione: et tunc inuocabit quilibet electus non solū nomen domini. Unde in psal. Exultationes dei in gutture eozū et. ¶ Allegorice et quinto iurā illud verbū: Stetit Moyfes cum eo. Notandum q; vt dicitur est per Moyfen: intelligitur summus pontifex: iste ergo Moyfes debet stare cum domino multipliciter: videlicet per charitatem: per auctoritatem: per fidem: per sanctitatem. Non sufficit ergo huic Moyfi vt sit cum domino per auctoritatem: nisi etiam sit cum eo alijs modis: et presertim si tandem velit esse cum eo per gloriam: quod non omnibus conceditur: sed tantum predesti-

natis a deo: pro quibus rogabat Chyistus: cū dicebat Io. xvij. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnū sicut et nos. Et notanter dicitur q; Moyfes stetit cum domino: in quo notatur perseuerantia in bono gratie: et hoc est contra instabiles in bono: qui ad tempus credunt: et in tempore tentationis recedunt. Quia vt dicitur Ecclesiast. xvij. A mane vsq; ad vesperam immutabitur tempus. Et ideo bonum propositum in ipso: aut gratia: est sicut semen quod cecidit supra petram: quod statim arefcit: quod non habet humorem.

¶ Allegorice et sexto oratio Moyfi fuit figura orationis Chyisti quā fecit ad patrem in hoc oratorio. Ut enim iā dictū est: bono orator in principio sue orationis debet magnificare illū apud quē orat. Irē se parificare et humiliare: deinde petitionem suā formare. Sic et Chyist; i. deus magnificat deū patrem: dicens pater. Sed se parificat cum subdit: Non sicut ego volo. Et hoc est quod dicit apolto. Phil. ij. factus obediens patri vsq; ad mortē. Tertio format petitionem suam: cū addidit: Si possibile est transeat a me calix iste.

¶ Anagogice due tabule lapidee: duo sunt genera intellectuum: angelicorū. scz hominum. Qui bene dicuntur lapidei: quia tam angeli q; homines (et hoc ex parte anime) sunt stabiles et immortales. Qui designantur per lapidem qui est longe duratior: sed tantum predesti-

formate totaliter a deo | designat naturam angelicā tota-  
liter creatam a deo. Secunde  
autē | de qbus ait dñs ad Moy-  
sen | q faceret eas instar pto-  
rum | significant naturā huma-  
nam | que est instar nature an-  
gelice: in hoc scz | q vtraq; na-  
tura habet intellectum et vo-  
luntatem. Quamvis ex parte  
corpōs sit magna disparitas.  
P̄ fractionem autem prima-  
rum tabularum | designat rui-  
na maiorum angelorum. Per  
formationem vero secundarū  
intelligitur productio homi-  
nū | qui idēo p̄ducti sunt | se-  
cundū aliquos | vt ex illis re-  
stituerentur | ruitne angelice: et  
tot homines saluarentur | quot  
spiritus maligni ceciderūt: di-  
cere Psal. Iudicabit in natio-  
nib; implebit ruinas. Et sicut  
Moyſes p̄cedit secundas ta-  
bularum | non autē primas: deinde  
deus scripsit super eas decalo-  
gū: ita r materia ex q̄ forma-  
tum fuit corpus primi parētis  
p̄cessit nec a deo immediate  
p̄cessit per creationē: sed tan-  
tum ei⁹ anima. Et hec duo tā-  
guntur Gene. ij. cū dicit: For-  
mauit dñs deus hominē de li-  
mo terre | r inspirauit in faciē  
eius spiraculum vite | r factus  
est homo in animā viuētem.  
Itē sicut dñs scripsit super ta-  
bularum secundas decem verba  
decalogi | que habuerāt prime  
tabule: ita et in intellectu ho-  
minis scripsit decem precepta  
decalogi: quia omnia illa sunt  
de dictamine legis naturalis |  
r hoc post lapsum. Scripsit  
etiā p̄ aliqua p̄cepta in an-  
gelica mentibus: vt p̄ceptū

de dilectōe dei super omnia  
non tamen eadem sicut postea  
in mentibus hominū | p̄pter  
varietatem naturarū. Per hoc  
autem | q ipse domin⁹ dixit ad  
Moyſen: Esto paratus mane  
vt ascendas statim in montem  
Sinay | stabisq; necū sup ver-  
ticem montis | designatur q  
vtraq; natura | angelica scz  
humana in suo mane. i. in sua  
creatione r formatōe fuit p̄-  
ducta in esse gratie: vt conse-  
quenter ascenderet in celum | r  
p̄ficeret per esse glorie. Quia  
sicut ipse dñs quantum est ex se  
vult omnes homines saluos fie-  
ri | r ad veritatis | supple eterne  
agnitionem peruenire: vt dicit  
Apost. j. Timo. ij. Q̄ aut̄ iud-  
diz: Boves r oues nō pascant  
ecōtra i mōte: significat q̄ ad  
gloriā illā celestē nulli pecca-  
tores pueniūt: qz vt dicit Apo-  
c. xij. Non intrabit in eam aliq̄  
cōtinuarū aut abominatio-  
nem faciēs | sed tantū q̄ scripti  
sunt in libro vite agni. Simili-  
ter q̄ dicit Moyſen ascendisse in  
montem Sinay | r secū tulisse  
duas tabularum: designat q̄ ex  
gratia dei dñs assumpsit ange-  
los r homines bestos in mons-  
tem sanctū eius. Finaliter autē  
per orationē Moyſi ad dñm  
desinat̄ laus illa r iubilatio  
quā in celis cātant iugiter ad  
dñs p̄dici angelī r hoies sc̄i.

¶ Secunda clausula.

**E**so p̄te faciē tuā Am-  
more et Lhanan-  
neum: et Ltheum |  
p̄ herese que que  
r Eucum: r Jebus  
scum. Lave ne vñq; cū habitas  
coribus

coribus terre illi⁹ iungas ami-  
citas | que sint tibi in ruinam:  
sed r aras eorū destrue | cōfrin-  
ge statuas | lucosq; succide. No-  
n adorare deū alienū. Domin⁹  
sc̄lores nomen eius | deus est  
emulator. Ne in eas pactū cum  
hominibus illarū regionū | ne-  
cum fornicari fuerint cum dis-  
sulis | r adorauerūt simulachra  
eorū | vocet te quispiā vt come-  
das de immolaris. Nec vxorē  
de filiabus eorū accipies filijs  
tuis: ne postq̄ ipse fuerint for-  
nicare | fornicari faciant filios  
tuos in deos suos. Deos cōfla-  
tiles non facies tibi.  
¶ Historialiter postq̄ sanctus  
Moyſes in precedenti clausu-  
la locutus est de p̄cepto sibi  
facto | quo ad preparationē et  
renouationē secundarū tabu-  
larū: ut de oratione quā fecit  
ad dñm | hic cōsequenter agit  
de alio p̄cepto sibi facto pari-  
ter r toti populo Hebr̄eorū | qd  
est de nō habēda societate cū  
infidelibus. Sed tamen prius  
promittit magnū beneficium  
dico populo Hebr̄eorū | vi-  
delicet q̄ fugabit aduersa  
tua a facie sua | cū cō-  
missionis ante faciē suā | cū cō-  
tulerit eum illuc ventre. Dicit  
ergo dñs: Ego ipse eijciā | pos-  
tolarue: tu autē vel Josue mi-  
nisterialiter: ante faciē tuā. i.  
ad aduentū tuū ad dictā terrā  
promissionis: non quidem sic  
q̄ huiusmodi eieccio debeat  
fieri tota simul | sed successiue.  
Nec etiā omnes eijcendi erāt  
adomino | sed pro maiori par-  
te. Aliqui em̄ remansuri erant  
in terra illa ad exercitiū He-  
br̄eorū | r similiter in penam

eorū | r hoc in casu. Nā vbi pos-  
pulus Hebr̄eorū reclinauebat  
dñm | tunc diuina permissione  
gentes que remanserāt in ter-  
ra illa insurgebant cōtra eos:  
nec cessabant eos affligere do-  
mulator. Ne reuertentur ad dñm. Et  
de hoc vide ad longū Iudiciū  
iij. in principio: Gentēs ergo  
p̄ maiori parte eijcēde crāt  
sunt Ammore⁹ | Lhanan-  
das de immolaris. Nec vxorē  
legemiquantū ad illicitū cultū  
prohibitionē: vbi primo inhi-  
bet simplicem cultū creature |  
dicens: Lave ne cū habitato-  
ribus terre nō iungas amiti-  
citas que tibi sint in ruinam |  
peccati scz idololatrie | sed et  
aras eorū destrue | vbi sc̄ colū  
deos falsos: Cōfringe statuas.  
Et dicunt statuas | a stō | stas | se-  
cundū dñs de Pal. eo q̄ statua  
sit imago stans ad representā-  
dum statum alicuius: lucosq;  
succide | in quibus similiter co-  
luntur falsi dii. Et dicitur secū-  
dum eundem de Pal. lucus ci-  
per antiphrazim a luco lucus.  
Est em̄ lucus densitas nemo-  
ris | impeditens lucem solis. La-  
lis nempe locus erat aptus ad  
cultū deorū | r maxime Gene-  
ris r Priapi | p̄pter ipsius loci  
obscuritatem r amenitatem: vt  
dicit magi. Nic. de Lyra: circa  
templa idolozū erant luci | vbi  
idololatre exercebant carnalē  
lasciuā. Hec autē tria videltz  
q̄ aras | statuas | r lucos: man-  
dat dñs destrui sicut deleri | se-  
cundū glo. interit. ne vlla mo-  
nimēta. i. memoria lia idololaa-  
tue remaneāt. Hec em̄ tria re-  
ducunt ad exercitiū idolola-  
trie | scz illud qd colit | quomō  
colitur |

## Exodi tricesimo quarto,

colit locus in quo colit. Se-  
quitur: Noli adorare deū alie-  
nū scz quēcūq; vel quēcūq; ritū:  
dñs. Iste nominatur scz de  
Pal. ponit absolute: vt locum  
habeat sequēs relati: zelotes  
est nomen eius. Ubi Aug. r po-  
nit in glo. ordi. Dñs de⁹ zelās  
eius nomen de⁹ zelator est. i. no-  
men solum qđ dñs deus dicitur  
zelans est: qđ deus zelator est: qđ  
nō humane puritatis vitio  
facit de⁹ semp r omnino inco-  
mutabilis r trāquill⁹: sed hoc  
verbo indicat nō impune pie-  
tatem suā p alienos deos forni-  
catūrā. Dicitur eī hoc vbi  
tropicā zelo maritali / q casti-  
tate custodit vxorē / r pdr oēs  
q fornicat a se. Hec ille vbi su-  
pra. Sequit: Nec incas pacrū  
cū hominibus illarū regionū:  
qd potest fieri dupliciter. Pri-  
mo dđē quantū ad cibū r hoc  
phibet cū dicit: ne cū fornicari  
fuerit cū dijs suis / videlicet  
spiritualiter: r adorauerit si-  
milachā eorū / vocet te quis-  
piam vt comedas de immola-  
tis / scz in venerationē idolorū /  
r sic trahat te ad idololatriā.  
Secō sūt quātū ad actū ve-  
nerē / r hoc similiter phibet  
cū dicit: Nec vxorē de filiā⁹ eo-  
rū accipies filijs tuis: ne post-  
q ipse fuerit fornicare / forni-  
cari faciāt filios tuos in deos  
suos / sicut factū est de Salo-  
mone: de quo habet. iij. Reg.  
xj. Itē Eccl. i. xviij. in eij vitu-  
perū dicit inclinasti femora tua  
mulieribus. Et post pauca: De-  
disti maculā in gloria tua. Se-  
quit: Deos cōstitues nō facies  
tibi. Per hec verba prohibent  
idola q sculpturā / vel quocūq;

alio modo facta. Post tñ dicitur  
dij cōstitues: q quous  
alio modo / eo q de nouo filij  
israel fecerāt sibi vitulā con-  
stantem.  
¶ Circa autem clausulam istā  
mouentur aliqua dubia.  
¶ Prīmū igit dubiū: Cur hic  
racer Sergusus? Non eī cō-  
numerat ser alijs populis: qui  
sunt Amorreus / Chananeus /  
Etheus / phereus / Eueus / et  
Iebuseus. Require solutionē  
hui⁹ dubij prius: videlicet. xxiij.  
ca. sub. vij. clausula in solutione  
ad quartū dubiū. Dicitur est est  
ibi q Sergusus racerur / eo q  
gratius cessit aduentib⁹ filijs  
israel / r ideo minus grauer  
peccauit. Quid autē factū sit  
de illo populo / nequit. Verū  
mule tamen est / q remansit in  
terra quā p⁹ inhabitauerat  
viuēs in pace cū alijs israel.  
Quia ex quo nō legitur cecrus  
fuisse / sicut r alie gēres / nec oc-  
cisi / consequens est q remā-  
sit in terra illa / viuēs fonte  
sub tributo / sicut et Sabao-  
nites / qui erant reliquie Amoi-  
eorū / de quibus habetur Jo-  
sue. iij. Reg. iij. Reg. xxiij.  
¶ Secundū dubiū oritur pro-  
pter verbum illud: Ne incas pa-  
ctum cū hominibus illarū re-  
gionū. Prius dixerat dñs: La-  
ue ne vnq; cum habitatoribus  
terre illius iungas amicitias.  
Ista duo vident idē sonare: in  
hoc ergo textu videt esse nu-  
gatio. Ad hoc dicendū q nō  
est nugatio: q hec duo pced-  
pta ad diuersa pertinent. Pri-  
mum eī respicit cultū. Secū-  
dum autem amicitia / quo ad  
copulam conjugalem / r simili-  
ter

## Clausula secunda. Fo. dcviij.

per quo ad cibum r potū. Vel  
dicitur prīmū preceptum respi-  
cit affectum: secundum autem  
effectum.  
¶ Tertū dubiū oritur ppter  
illud verbum: vt vocet te quispiā:  
vt comedas de immolatis. i.  
de immolatis idolis. Contra  
hoc videtur militare verbum  
apostoli q. i. Timo. iij. dicitur  
q ofiis creatura dei bona est /  
r nihil reijciendū: qđ cum gra-  
tiam actione percipitur. Dicit  
dum / q in necessitate licet ve-  
sci immolatis / scz ad susten-  
tationem vite / dūmodo istud  
nō fiat in venerationē idoli  
r dūmodo nō sequatur scā-  
dalu. Unde. xxiiij. q. iij. sicut  
sanctius dicitur / q eligendum  
est potius fame mori / q ob re-  
uerentiā idolorū idololatrijs  
vesci: ita eī vult Aug. de bo-  
no conjugali. Super quo dicit  
glo. q sicut propter necessita-  
tem famis licitum est auferre  
aliena: vt dicitur de consecra-  
tione. v. discipulos. similiter  
r furari: vt patet extra de fur-  
tis. ca. si quis pro necessitate.  
Itē in casu necessitatis licet  
homicidium cōmittere: vt pa-  
tet extra de homici. ca. ij. Itē  
carnes comedere tēpore qua-  
dragesime: vt patet de conse-  
cra. v. carnem. Itē extra de  
obseruatione ieiunij. ca. consi-  
lium. Necessitas ergo extrema  
facit multa licita / que alias es-  
sent illicita. Licitū est ergo ob  
istud prohibetur: et si non hīc  
immolatis / dūmodo hoc nō  
fiat in venerationē idoli / nec  
sic dicitur: Lum introduxerit  
sequat scandalū: q vbi seque-  
retur scandalum / cessan-  
dum eī non obstare morte.

Ubi Apost. i. Corin. viij. dicitur:  
Si esca scandalizauerit fratrē  
meū / non manducabo carnē eius  
eternū: ne fratrē meū scanda-  
lizem. Non q esca mala sit: vt  
dicit glo. in cert. sed ne scanda-  
lizetur proximus. Talis ergo  
abstinentia est meritoria ad es-  
cā utrandū scandalū infirmorū / r  
similiter ad salutē necessaria /  
saltem quousq; doceant infir-  
mos / q talis comestio non est  
secundū se illicita. Et quo pas-  
ter / q scandalizare infirmos /  
grauē peccatū est. Unde Mar-  
xviij. Qui scandalizauerit vnū  
de puillis istis / qui rē. Quis  
uis ergo omnia mīda mīdis:  
vt dicit Rom. xviij. Ille tñ peccat  
qui per offendiculu suū cans-  
dalu manducat. Et si fiat ar-  
gumentū de Machabets / quē  
potius sustinuerunt mortem /  
erā crudelē / q comederint  
carnes suillas. Dicendū q nō  
erat tunc questio de esca talium  
carnium / secundum se / sed de  
violatione r contempnū legis  
vt patet. i. Machab. i. Modo p-  
tali causa sanctissimū est sub-  
re mortem.  
¶ Quartum dubium: Ex quo  
dominus precepit / ne filij filio-  
rum israel acciperent filias gē-  
dragesime: vt patet de conse-  
cra. v. carnem. Itē extra de  
obseruatione ieiunij. ca. consi-  
lium. Necessitas ergo extrema  
facit multa licita / que alias es-  
sent illicita. Licitū est ergo ob  
istud prohibetur: et si non hīc  
immolatis / dūmodo hoc nō  
fiat in venerationē idoli / nec  
sic dicitur: Lum introduxerit  
sequat scandalū: q vbi seque-  
retur scandalum / cessan-  
dum eī non obstare morte.

re/ Etheum/ z Sergefeū/ z Am  
morcum/ z Lhananeū/ z Phe  
reseū/ z Euefū/ z Zebufefū/ fepte  
gentes multo maioris numeri  
q̄ tu es/ z robustiores re: tradi  
deritq; eos dñs de⁹ mus tibi  
percutiens eos vsq; ad intern  
tionem. Deinde sequitur: Non  
inibis cum eis sedus/ nec mise  
reberis eorum/ nec sociabis eū  
eis cōiugia. Et postea: Filiam  
tuam non dabis filio eius: nec  
filia eius accipiet filio tuo: qz  
seducet filium tuum/ ne sequat  
me/ z vt magis seruiat dijs alie  
nis. Mos enim sacre scripture  
est/ vt quod tacetur in vno pas  
si/ suppletur in alio: sicut pa  
ter signanter apud Euangelis  
tas in plerisq; locis.

¶ Quantum dubium: Cur in p̄  
fenti passu portus sit mērio de  
filia nō accipiēda filio/ q̄ de fi  
lior/ Respōdit qz mulieres mag  
gis allicunt viros ad partem  
suam/ z sectā/ q̄ conuersio. Itē  
quia vt dicit de Pal. partus est  
in maiori periculo/ sequēdi ido  
latriam matris/ cum qua ma  
gis in pueritia cōuersatur. Et  
de hoc habetur hystoria de Jf  
maele. Sen. xvj. qui magis se  
quutus est ritū et mores Agar  
maris sui/ q̄ ritum patris sui  
Abrahe.

¶ Secrum dubium: quomodo  
ista lex stat in veritate cum illa  
lege que habet Deutero. xxi. q̄  
dicit/ q̄ aliena filia capta i bel  
lo/ potest duci in vxorem/ si pla  
cuerit oculis illius/ hebrei qui  
cepit cam/ Ad hoc dicendū/ q̄  
lex illa intelligitur de illa filia  
que derelicta ritu gētilitatis/  
transibat ad ritum Iudeorum.  
Insuper/ quia talis vxor erat

quasi ancilla: ideo non erat pe  
riculum/ q̄ sollicitaret virū suū  
ad adorandum deos alienos.  
Secus autē de illa que est vera  
vxor: quia talis est audacior/ a  
pud virum suum.

¶ Septimum dubium orit̄ p̄  
pter illud vltimum verbum in  
quo dicitur: Deos constatiles  
nō facies tibi. Sed nundā illi  
catholici qui erigunt sibi ima  
gines in ecclesijs/ z alijs locis/  
faciunt sibi deos/ statiles/ dī  
cendum/ q̄ non. Nam illi p̄p̄te  
faciunt sibi deos constatiles/ q̄  
constant sibi ex auro/ argenti/  
aut ere imagines/ in quib⁹ cre  
dunt esse spiritum vite/ z aliqd  
numinis/ siue sanctitatis. Sec⁹  
autem de illis qui talia nō cre  
dunt: sed formant/ aut formant  
faciunt imagines dei/ z sancto  
rum/ aut prius formatis vtunt̄:  
non quidem p̄pter se/ z f̄m̄ se/  
sed p̄pter aliud: vt se/ per hoc  
ducantur in cognitionem ipso  
rum sanctoꝝ/ q̄ suis multis a lō  
ge. Et ad hoc facit dictū Apo.  
Roma. i. Inuisibilia (in q̄) dei/  
per ea que facta sunt a creatu  
ra mūdi (i. ab homine/ p̄pter  
quem factus est mundus: z qui  
est principalis pars mūdi) in  
rellecta conspiciunt̄. Propter  
ca August. lib. iij. de doctrina  
Chriſtia. ca. viij. z. ix. dicit sic:  
Signa inutilia deozum genti  
lium reicit ecclesia/ imagines  
autem Chriſti/ z sanctoꝝ eius/  
ac sacramentozum in decem  
factos relata/ acceptauit. Nec  
deus in hoc loco prohibet sim  
pliciter fieri sculpsile/ seu ima  
gines: sed/ phibet fieri sculpsile/  
sculpsile/ cuius cultus more ido  
latriarū exhibetur. Veri er  
go

go Chriſtiani venerabiles ima  
gines dei/ z sanctoꝝ/ non deos  
appellant/ neq; seruiunt eis/ vt  
dij/ neq; spem salutis ponunt  
in eis/ neq; similiter ab eis ex  
pectāt futurum iudiciū/ sed ad  
memoriam/ z recordationē pri  
mitiuozum venerantur/ et ado  
rant eas/ neq; similiter seruiūt  
eis cultu diuino/ nec alicui cre  
antur. De hac materia diffuse  
scripti prius: vcz. xx. c. hui⁹/ sub  
prima claus. in sol. ad. vij. dub.  
In expositione illius precepti:  
Non facies tibi sculpsile. Vide  
bene ibi.

¶ Moraliter z primo: iuxta il  
lud verbū: Ego ipse etijcā ante  
faciem tuā Amozreū zc. no  
tandum q̄ hoc totum potest di  
rigi ad verū penitentē/ qui est  
in via perueniēdi ad terrā illā  
p̄missionis/ hereditatis supple  
telestis. Nam per illas septe gē  
tes que addito Sergeſeo cōnu  
merantur in litera/ intelligunt̄  
septem peccata mortalia. Vel  
per hoc intelligitur multitudo  
demonū/ intentū suis illuſioni  
bus/ et tentationibus impedire  
ex summa inuidia ipsos penitē  
tes/ ne finaliter perueniant ad  
predicā terram/ de qua semel  
cecidere/ iterū illuc nō reuer  
turi. Isti enī sunt illi septe spiri  
tus nequissimi/ z immūdiſsimi/  
qui querunt habitare in peni  
tente/ per culpam/ de quibus le  
gitur Luc. xij. Item isti sunt se  
ptem demonia/ que eiecit Chri  
stus a Maria Magdalena: vt  
dicit Marc. xvj. Unde glos. in  
terti. super hoc passu dicit sic:  
Per has gentes septe vitia de  
signantur/ cum quibus sociata  
sunt iungere prohibemur.

¶ Moraliter z secundo: iuxta  
idem verbum/ vbi dicitur: Ego  
ipse etijcā zc. notandum s̄m  
dñm Hug. Lardi. q̄ p̄pter dñm  
ctum verbum potest sumi argu  
mentū/ q̄ dominus per se/ z im  
mediate peccata dimittit/ iux  
ta illud Esaię. xliij: Ego sum/  
ego sum ipse qui deleo iniquita  
tes propter me. Et sic est prius  
peccati remissio/ q̄ ḡe infusio.

¶ Moraliter z tertio: iuxta il  
lud verbum: Laue ne vnq; cum  
habitatoꝝ terre illius zc. no  
tandum q̄ per hanc phibitio  
nem prohibetur nobis mala et  
iniqua societas/ que postea no  
bis esse in ruinam spiritusalem.  
Secus autem de illis qui sunt  
adeo perfecti/ q̄ nō possunt de  
facili scandalizari ex mala con  
uersatione eorum. Tales enim  
possunt secure cum eis conuer  
sari/ z signanter vt eos prota  
hant ad motum emendationē.  
Sic enim olim fecerunt multi  
patriarche/ prophete/ Aposto  
li/ martyres/ z pleriq; sancti/ p̄  
dicat oꝝ/ qui adierunt terras  
infidelium/ z hereticoꝝ salutis  
coꝝ causa: sicut patuit de bea  
to patre nostro Dominico/ quo  
ad hereticos Albigen. Similit̄  
de beato Vincentio Ferrariē.  
qui aliquādo tranſiuit maria/  
vt infidelibus predicaret fidē:  
z sic de multis alijs/ quozū no  
mina sunt in libro vite: et cū q̄  
bus erat spiritus sanct⁹/ loquē  
per eos. Imperfectis autē/ siue  
infirmis in fide/ z gratia pericu  
losum est conuersari cū pecca  
toꝝ/ z infidelib⁹. Quia qui  
tetigerit picem/ inquinabit ab  
eas/ z ipse tactus: qz macula vel  
malus odor remanet in manu/  
arian



## Exodi tricesimoquarto,

etiam eiecta pice. Nimis enim difficile est esse in medio ignis: et non comburi: immo hoc non potest fieri absq; miraculo: sicut patet Damel. iij. in tribus pueris. Unde Proverb. vi. Nūquid potest homo abscondere ignem in sinu suo: vt vestimenta eius non ardeant: aut ambulare supra pumias: vt non comburantur plantae eius? Ac si dicere: q; sicut ista sunt impossibilia per viā nature: ita in proposito difficultissimum est hominibus: et signanter imperfectum et adhuc infirmum: commotari in medio nationis peruersae: et non corrumpi. Quia vt ait Psalmi. Cum sancto sanctus eris: cum peruerso peruerteris. Propterea Christus Mar. xvi. ait: Lauete a fermento Pharisaeorum: quia sicut fermentum trahit massam ad suum saporē: ita peruersa consortia alii cūst bonos ad malum. Et hoc est qd dicitur Proverbio. xiiij. amicus stultorum: id est: peccatorum: similis efficiet. Et Dierem. ij. Fugite de medio Babylonis: vt saluet vnusquisq; animam suam. Et Apoc. xviii. Exite de illa: scilicet ciuitate Babylonis: per quam significatur cōgregatio malorum: et ne participes istis delictis eius: et de plagis eius ne accipiat. Tanquā diceretur: Si non fueritis participes in culpa: non eritis similes in pena. Unde qdam vir probus sepe reperebat tale Proverbium: Dic mihi cum quo vadis: et ego dicam tibi quid tu facis. Ecce ergo quare dominus prohibuit filijs Israel: ne haberent amicitias cū

gentibus qui adorabāt idola. Moraliter et quarto: iuxta illud: Dominus zelotes nomen eius. Notandum q; dominus deus merito dicitur et vocatur zelotes: et hoc respectu anime deuote. Zelotypia enim dicitur intensus amor viri ad uxorem. Vel ecōuersio: qui quidem amor non patitur consortium in re amata. Qui igit ita amat uxorem: vt sollicitus sit ne quis ea perfruat: zelotypus dicitur. Sic est autem de domino deo: in ordine ad animā deuotam cui tanto zelo assicitur: q; non libenter patitur q; diabolus ei coniungatur per culpam: aut ecōuersio: et preferunt si et aliquando et prius contenta fuerit per gratiam baptismi: aut veram penitentiā. Nam ad ipsam tanto zelo ducitur q; vbi deliquit: et fidē et frēgit: atq; adultero diabolo per peccatum se contulerit: ipsam solet: vt verus zelotypus) versu berare: atq; punire: atq; contra eam per debitam iustitiam seuerē insurgere. Potest ergo merito de ea dicere illud Zacharie. viij. Zelatus sum zelo magno. Da exemplum de leonem: qui sentiens leenam adultēratam fuisse cum pardo: solet contra eam insurgere: et decerpere. Sic et dominus deus qui omnia nouit: cognoscens animam rationalem adulterium spirituale perpetrāsse cum diabolo: mirabiliter contra eāra scitur: et mirabiliter ira scitur in die iudicii: tunc enim decerpit eam: et punit: et in foueam inferni sine fine cruciandam. Tunc enim iuxta verbum Psalmi. accē-

## Clausula secunda. Fo. dcix.

detur velut ignis zelus illius. Unde Proverb. vi. ait ipse dominus: Zelus et furor meus nō parces in die videte. Bene eruditum est: q; dominus zelotes nomen eius.

Moraliter et quinto: notandum q; sicut dñs deus est zelotypus respectu anime rationalis: vt immediate dicitur est: ita econuerso ipsa anima debet esse zelotypa respectu illius: et hoc per intensum amorē illius super omnia. Sic enim illi prescipitur Deuter. vi. cum illi dicitur: Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo: et ex tota mente: et ex oib; virtutibus tuis. Et similit̄ idē preceptum repetiunt Christi: in nouo testamēto: vt Matth. xxij. Ad hñcōi aurē zelum pertinet q; homo quārum potest: et preferat vbi sibi incūbit ex officio: aut vbi specialiter dirigitur a spiritu sacro: vt non pmitat sine punitione iniuriā fieri parenter cōtra dominum deum. Nam talem zelū ad legē dñi: habuit Phinees: de quo legitur Num. xxv. q; videns iniuriā diuino nomini publice fieri: et cōtra legem cū sacro Madianite vnū de filijs Israel publice fornicari: accessus est zelus eius: et accepto gladio interfecit vtrūq;. Quis exēplo illi q; sunt in potestate sup alios pstituri: debēt similes deo et ecclesie puniri. Unde de ipso Phinees dr. j. Machab. ij. q; zelando zelū dei: receptus est in celi. Iste igitur zelus est fortis amoris hoīs in ad deū. Sed phidolor. zelus dñi: et honoris illius: atq; dominus eius comedit: hodie ferme

omnes amatores illius: q; sunt hodie pauci tales: vni zelatores dñi sup terrā. Omnes enim querit q; tua sunt: et nō q; zelus Christi. Hodie nēpe dicitur hoīnes: cū de honore dei agit. Quid me habeo intrinsecere de factis aliorū: et irangere mihi caput? Agāt bene si volunt: ego de hoc non curo. Sufficit mihi saluare animā meā. Tales itaq; non bene attendūt illud. Eccl. xvij. Unicuiq; mādauit deus de primo suo. Unde Augusti. sup Jo. tracta. x. Fratres mei: (indē) vnusquisq; Christus in mēbris Christi zelo delectatur. Quis comedit? Lo dom? dicit? Erre ille cui oīa que ibi videt peruersa: fatagit emēdare: cupit corrigi: nō quis escit. Si nō potest emēdare: gemit: tolleret. Aniquos ergo Christiāni zelus dom? dei comēdat: in qua domo dei membrum est. Hec ille.

Moraliter et vi. notandū q; sicut deus est zelotes respectu animarum nostrarū: et nos similit̄ esse debemus respectu honoris illius: vt dicitur est: ita debemus zelare p honore et pfectu amicorū nostrorū: ipm tanē magis et min. i. qm q; attinet nobis cōsāguinitate: aut affinitate: seu beneficio. Da exēplū de apib; q; si molestetur ab aliq; statim exeunt de habitaculo suo: et signāter in eitate: et acriter puniūt se inuadere. Exēplū ē etiā de aspidib;: de q; dicit Plin. in natu. histor. q; masculi zelat pro cōiugibus: in q; occiso rem solent persequi. et inuadere: et cum maximo furore pūndere e ipsum impetere: et punire.

**A** fortiori ergo homines qui sunt creature rationales debent zelare pro sibi inuicem! **S**icut enim magis et minus: ut dictum est: quod scriptum est **Eccl. vii.** Unicusquisque mandauit deus de primo suo. De hoc figura habemus **Luc. 7.** de Samaritano qui incidit in latrones: cui graues plagas imposuerunt. Et cum perterritus debuisse copari vnus ramentum solus illi copatus est. Et talis fuit veraciter primus illius. Uade et tu fac similiter zelando bonum proximi tui.

**A**llegorice et primo: Per illas septem nationes gentium quas permittit dominus eicere ante faciem filiorum Israel in egressu eorum in terram promissionis: designat eiecchio infidelium idololatrarum et hereticorum ante faciem verorum catholicorum. Et hoc aperte patuit tempore primitiue ecclesie. Tunc etiam multa simulachra et idola eiecta sunt: et templa eorum dedicata in honore Christi et sanctorum eius: sicut docet multe historie de hoc conscripte tam tempore Apostolorum quam sanctorum martyrum: qui primitus flouerunt. Unde legitur in vita beati Laurentii apostoli huius civitatis Ebriocensis: qui primitus tempore beati Dionysii apostoli Parisiensis: et qui susceperat cum de sacris fontibus plantauit fidem Christi in dicta ciuitate: quod cum peruenisset ad templum Diane: aduersum demonem intra latratem: et ait: In nomine Iesu demon iniquitatis: eri de simulachro: ut qualis sis inuideant. Quo dicto: ecce niger ethiops sicut fuligo: longam barbam ha-

bens prolixam: et igneus ex ore scintillas emittens: qui stetit ante illos. Angelus autem domini: ut sol fulgidus aduenit: et demonem a tergo ligatum: de templo cum crucis cernentibus adducit: et inde ab omni spurcitia idolorum ipsum expurgans: in honorem sancte dei genitricis Marie eosecrauit. Ecce igitur quod significat eiecchio gentium de terra promissionis. Et similiter quod significat introductio filiorum Israel in dictam terram. Nihil minus sicut gentiles non fuerunt penitus delecti de dicta terra: sed plures remanserunt ad exercitum Israelitarum: ita ad exercitum Christianorum in plerisque terris Christianorum remanserunt aliquid infideles: et signanter Iudei: propter quod merito vocantur gentium Christianissimum: cum regno suo: sed vitia res esse non negant: et cuncti Lutheriani: cum fauoribus suis. Allegorice et secundo: iuxta illud sequens verbum: ubi narrant dominus populo Israel dicens: Laue ne vnusquisque cum habitatoribus tuis. Notandum: quod ut iam in parte dictum est: per dictos habitatores terre promissionis recte designant non solum infideles et Iudei: verum etiam heretici: cum quibus prohibet veris catholicis: ne conuersentur cum eis. Unde de talibus loquens Iohannes in sua epistola: canonica dicit sic: Si quis venit ad vos: et hanc doctrinam videlicet catholicam non afferri: nolite recipere eum in domum: nec autem dixeritis ei: Qui est: dicitur cum subdit: Qui est:

dicit illi: auce: communicat operibus eius malignis. Et apostolus **1. Cor. 10.** Licet nos autem angelus de celo euangelizet vobis: prater quod euangelizauimus vobis: anathema sit. **1. Cor. 11.** Denunciamus vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi: ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinare: et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Sequitur vbi supra: Nec autem dixeritis ei: quod signum videtur consensus eroribus: ut dicitur glo. Unde Titus ultimo: Hereticum hominem postquam et secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est: qui eiusmodi est. Hoc tamen intelligendum est de precisis ab ecclesia. Et ut dicitur glossa: vnde ista instituta sunt: ad significandum quod opera huiusmodi hereticorum: quibus dicimus anathema: placeant nobis: et sic qui dicitur auce: applaudit operibus eius cui dicitur: et sic quod amodo communicat ei. Unde quando horum debeamus habere hereticos sequens exemplum indicat. Legitur enim in vitis patrum: de quodam sancto senes: qui dicebat Agathon: quod cum esset tante humilitatis et patientie: ut cum quidam fratres volentes probare eius patientiam: dicerent ei: quod multi scandalizarentur in eo: quod superbus esset: et alios despiceret. Item quod alius etiam melioribus sedetraheret. Item quod formicator: esset: et huiusmodi: respondit dicens: hec omnia vitia in me esse recognosco: et prosterne me in terram: dicebat: Dia-

te pro me: ut dominus remittat mihi peccata mea. Tandem quidam pater dixit ei: quod aliqui dicebant eum esse hereticum. Respondit: absit hoc a me. Quo audito: interrogauerunt eum patres et fratres: cur ita patres fuisset ad ceteras contumelias: prater quod ad vltimam. Respondit: Certe hoc ideo feci: quod heresis separatio est a deo: et coniunctio cum diabolo. Et licet autem esse a deo nolo: nec coniunctus diabolo. Patet ergo: quod fideles summo percauere debent consortia hereticorum: et conuenticula eorum.

**A**llegorice et tertio: notandum iuxta illud: Dominus zelotes nomen eius: quod sicut olim dominus fuit zelotes synagoge sic postmodum fuit zelotes ecclesie Christiane: quia etiam plus dilexit: quam prius dilexerat ipsam synagogam. Nam synagoga aliquando dimisit: ecclesia autem catholicam nunquam dimisit: ex quo etiam semel assumptis: nec aliquando ante finem seculi eam dimittet: iuxta illud **Mat. xxviii.** Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. Nihilominus sicut zelotipus videtur aliquando relinquere uxorem suam: quam tamen nunquam ex toto relinquit: ita et Christus videtur aliquando relinquere sponsam suam ecclesiam: pro seque relinquere eam: multi agitari et molestantur ab hereticis et tyrannis: nunquam tamen eam totaliter relinquit: nisi forte loquamur de aliquibus particularibus aut particularibus ecclesiis. Nam multe sunt que aliquando fuerunt patriarchales: metropolitane: et

provinciales que deserit omnino esse ecclesie: et inhabitari per christicolos: et apud hebreos et grecos et huiusmodi. Sed vera ecclesia christi que non consistit in muris: sed in recta fide et moribus: semper manet: et manebit in cordibus electorum: quando mundus presens durabit.

¶ Allegorice et quarto: in ista ecclesie (qui in aduentu filiorum israel electi sunt) paucis excipitur ad exercitiis hebreorum intelliguntur peruenit et discolorum religioni nihil haberes de religione preter formam habitus talem qualem i qui de multis monasteriis vi et auctoritate non solum pontificali: verum etiam regia electi sunt: propter eorum malam vitam: introductis loco eorum viris reformatis: habentibus zelum dei et sue professionis: qui studuerunt renouare sanctam more filiorum israel: quod tens opus fuit restaurare templum domini: postquam profanatum fuerat a gentibus: ut patuit tempore Esdre et Nachab. et huiusmodi. Rentes enim que discuntur a signo gignis: possunt recte appellari multi religiosi non reformati: eo quod sint multum dediti generationi. Per tales enim sepe profanant sancta: id est domus claustrales: in quibus debent habitare viri continentis et virgines. Unde de istis potest dici illud psalmi. Dei venerunt gentes in hereditate tua: polluerunt templum sanctum tuum. Quod assequitur: Posuerunt iherusalem in pomorum custodia: potest designare: quod sicut puerile esset: et valde fas-

tuum committere custodia vnius magne ciuitatis (qualis est ciuitas iherusalem) vni paruulo: et quod vir aptus est custodire pomorum: ita fatuum est eligere in abbatem vel priorem filium nobilitatis: propter genus suum tantum qui nondum posset bene custodire pomorum. Ac si dicti electores (non plus magni facerent curam monasterii in spiritualibus et temporalibus) quam curam pomorum. Patet ergo quid significant gentes venientes. id est habitantes in hereditatem dei. in domo claustrali: que merito deberet esse hereditas dei: per bonam et religiosam vitam. Patet etiam quid ibi operantur: de multis loquor: ne bonos scandalizent: et ne ponam in celum os meum. Sed vnde parum digressi sumus redeuntes: hoc vnum recolligendum nobis venit ex procedenti literaliter: sicut nationes gentium electe sunt in aduentu hebreorum: sic quoniam est questio de reformatione altius cuius domus claustralis inuiti et contrarij iuxta conatum iustitiam inueniunt: inde eiiciendi sunt: et ad alia monasteria eiusdem ordinis: et presertim reformati: si fuerit possibile mittantur ad tempus. Quibus bene probatis: reuocari poterunt. Sic enim fiebat in Gallia tempore Ludouici. xij. et Georgij de Ambasia legati sedis apostolice: sub quibus multe reformationes etiam diuersorum ordinum facte sunt: ad laudem dei: et salutem animarum.

¶ Allegorice et quinto: iuxta eandem literam: sed ad aliud propositum notandum: quod per predictas gentes

gentes: cum quibus prohibita sunt hebreis: ne cum eis iugerent amicitias: que essent illis in ruinam: intelliguntur excommunicati: et precisi ab ecclesia: et signanter per maiorem excommunicationem. Nam cum talibus non debent alij catholici contrahere amicitias: nec communicationes in cibo aut potu habere: ne fiant illis in ruinam: id est: ne similiter incurant excommunicationem: participando cum eis in castibus a iure interdictis. Solam tamen excommunicationem minoris incurunt tales: si non plus potantur. Est autem excommunicatio maior: separatio extra communionem ecclesie: ut notatur in iure. xj. q. iij. nihil. et canonica. Item. xvij. q. i. v. duas. et. xliij. q. iij. tam sacerdotum. Hunc autem ritum: excommunicandi: traxit ecclesia ab apostolo paulo: qui excommunicauit quedam corinthios: et tradidit eum satane: ut veniret corpus aliter ab eo: ad salutem tamen anime sue: ut dicitur. i. corinth. v. De hoc etiam habes. xj. q. iij. ca. omnis. Tertia iuxta quartam questione tercia: apostolice. Tunc ergo traduntur peccatores satane: cum per excommunicationem: propter suam incorrigibilitatem: a comunione fidelium separantur. Hoc autem fit multum rationabiliter: quod sicut putride carnes sunt refecande: et ouis scabiosa ne ceteras inficiat: est a caulis repellenda: ita et peruersitatis oblinati: ne bonos

inficiant: per sententiam excommunicationis extra ecclesiam sunt proiciendi: ut dicitur iuxta quartam questione tercia: refecande. et pluribus alijs capitulis sequentibus. Lauere igitur summopere debent veri fideles: et ecclesie recte obedire: resine cum talibus contrahant familiaritatem: nec matrimonium: nec similia.

¶ Allegorice et sexto: Quibus christiani omnes sunt vnius cultus: principalis: et per consequens ex hac parte possunt in vni conuersari pro causa legitima: ut causa mercantie vel contrahendi matrimonium: aut huiusmodi: sunt tamen inter eos aliquae nationes: que cautelis et subtilitatibus vtuntur: ita ut libenter deciperent fratres suos: et vicinos: si possent. Bonum est ergo: et omnino expedit: ut ceteri cum talibus non habeant commercium: nec amicitias: que possent eis esse in ruinam: sed seorsum inter se permittantur viuere: propter poterunt.

¶ Allegorice et septimo. Per predictas septem gentes: possunt intelligi multi officarij: et rursus curie: vel etiam locum tenentes: et receptores regum ac principum: qui dicitur inhabitare pro tempore terram promissionis lacte et melle manantem: quod in officijs suis bene sciunt replere mansuetudine sua. Hi enim sunt qui solent dicere: quod subtili ingenio extorque de sunt pecunie a barbaris. Sed sepe accidit: quod postquam bene ditati sunt in dicta terra promissionis. id est officijs suis: ad expensas illorum qui

bus presunt: tandem iusto dei iudicio turpiter deiciuntur de officijs suis. Sicut nuper accidit in hoc regno francie / de quodam magno officario qui videbatur pseudoante regere regē & regnū. propterea Boetius i persona talium loquens de sol. lib. i. metro. j. sic ait: Quid me felice fortis tactus amicti. Qui cecidit stabili non erat ille gradu. Et in psalmi. Deiecasti eos dum alleuarent. Sequitur: Ecce quomodo facta sunt in desolationem / perierunt propter iniquitatem suā. Et de hoc extat notissima historia de Aman superbissimo. Dexter. vii. qui fuit valde humiliatus / quia vsq; ad crucis supplicium: contra autē Dardochus valde exaltatus: ita in proposito predicata septē genera gentium prostrata sunt / & genus hebreorum valde exaltatum in terra promissionis.

**A**nagogice per septem nationes quas eiecit dominus de terra promissionis: & illic introduxit filios israel: recte potest intelligi humiliatio malignorum spirituum: & exaltatio bonorum. Uel exaltatio nature humane in celum / vnde ceciderant ipsi maligni spiritus / propter superbiam suam. Unde domino dicitur i psal. Nunc scilicet superbium spiritum humiliat: supple in abyssum: & hunc scilicet humilem hominem exaltat: scilicet in celum. Et hoc est quod dicitur Luce primo in cantico virginis: Deposuit supple dominus potentes de sede / & exaltauit

humiles. Sed quid est quod dicitur in litera? Caue ne cum habitatoribus terre illius iungas amicitias: nisi quia cum ipsis demonibus non debemus habere amicitiam: quia nec ipsi nobiscum eam habere volunt. Quinimo summo odio et inuidia presequuntur: tum etiam quia ex quo non sunt capaces future beatitudinis / non debemus ipsos propter hoc diligere: sed debemus destruere eorum aras / stellas et lucos: per que oia peccata intelliguntur / que in nobis mediante gratia dei debemus: quantum in nobis est / destruere. Similiter per filias prestrasi quas non debemus predictis gentibus dare in vxores: intelligitur anime nostre: que tradimus illis in vxores quod etiam minime facere debemus. Insuper non debemus comedere de immolatis eorum: id est consentire operibus / aut rationibus eorum malis. Sed hoc vltimum pertinet ad sensum mortalem: ideo supercedendum a reliquo.

## Tertia clausula.

**Q**uod dicitur in clausula: Olenitate azimorum custodies. Septem diebus azymis vesceris: sicut precepti tibi in tempore mensis nouorum. Mense enim venit tempore azymis egresus es de egypto. Omne quod aperit vuluam generis masculini: meum erit. De cunctis animalibus / tam de bo-

bus / que de ouibus: meum erit. Primo genitum asini redimes oue. Si autem nec pecuniam pro dederis / occidetur. Primo genitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis / die septimo cessabis arare & metere. Solennitatem hebdomadarum facies: tibi in primitiis frugum messis metrice: & solennitate quoque quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini dei israel. Cum enim tulero gentes a facie tua / & dilatauero terminos tuos / nullus insidiabitur terre tue: ascendente te & apparere in conspectu domini dei tui ter in anno. Non immolabis super fermento sanguinem hostie mee: neque resistit mane de victimis solennitatis phase. Primitias frugum terre tue offeres in domo domini dei tui. Non coques hedum in lacte matris sue. Dicitur dominus ad Moysen: Scribe tibi verba hec / quibus et tecum / & cum israel pepigit fedus. Fuit ergo cum domino Moyses quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit / & aquam non bibit: & scripsit in tabulis verba fedus decem.

**H**istorialiter postquam in prece dente clausula magister noster Moyses qui fuit summus legislator / in precedenti clausula agit de societate non contrahenda cum gentibus idolorum: nec in cibo: & signa-

ter de illo qui fuerat semel idolis immolatus: neque quo ad coniugium contrahendum cum dicitis gentibus: hic consequenter agit de repetitione multorum preceptorum dei. i. que pertinent ad cultum dei / & que consequens erant ceremonialia: que hic ponuntur per ordinem.

**H**orum igitur preceptorum primum fuit tale: Festiuitatem azimorum custodies. Sic ergo dominus precipit esse cessandum ab opere seruilium: occurrere festo azimorum: id est pasche: ut dicit inter alios: torrens quod tuncis occurrit: scilicet singulis annis. Consequenter describit modum talis cessationis: cum subdit: Septem diebus / tibi quit domus / azymis vesceris: sicut precepti tibi supra. xij. huius: et hoc in memoria beneficii liberationis de seruitute egyptiaca. Item quod transito mari rubro plene liberatus est / & totus exercitus pharaonis submersus. Compellebant enim prius eos egyptii exire de terra sua: nec permissi sunt fermentationem paste sue expectare: ut dicitur est ibidem. sicut precepti tibi in tempore mensis nouorum: scilicet in azymis: quando scilicet noue spiritus colligebantur. Dicit tamen glossa inter alios: quod dicitur messis / & non mensis. In terra enim egypti propter illius caliditatem / et proximitatem ad solem: grauitius marurescunt / que apud nos. Consequenter reddidit eam festi: cum ait: Mense enim venit tempore egresus es de egypto.

¶ Secundum preceptum fuit tale: Omne quod aperit vulva: id est: quod primo exit de utero matris/generis masculini: secus autem si esset femella: meum erit. Nec solum quidem de hominibus hoc licet: verum de cunctis animantibus: tam de bobus / quam de ouibus / meum erit. Hoc tamen intelligendum est de animantibus mundis: et que poterant licite immolari ipsi domino: ideo signanter addit: tam de bobus / quam de ouibus. Et hoc in signum / et recognitionem liberationis primogenitorum Israel ab angelo exterminatore: de quo habes vbi supra / videlicet. xij. ca. Ut autem dicit dominus per trus de Palu. hec duo precepta ideo coniunguntur fere vbi dicitur de pascha: quia simul contigerunt liberatio populi a seruitute Egyptiaca: et primogenitorum ab exterminatore. De hoc autem precepto prius dictum est supra. xij. cap. Item de eodem scribitur Numeri. viij. Sic ergo solū reperitur.

¶ Tertium preceptum est de redimendis aliquibus primogenitis. dicit ergo sic: Primogenitum asini redimes oue. Et idem iudicium videtur de primogenitis omnium iumentorum. Vbi autem dominus huiusmodi primogeniti non poterat / aut forte nolebat / ipsum redimere oue: quia forte non tantum valebat quantum ouis: sicut patet de primogenito canis / aut catti: tunc sufficiebat ipsum occidere. De primogenitis autem hominum specialiter man-

dabatur / ut redimerentur. Tale de subditur in litera: Primogenitum filiorum tuorum redimes: qui supple non fuerint de tribu Leui: quia tales primogeniti non redimebantur: sed erant domino religione perpetua. Tales enim deputabatur diuiso cultui. Primogeniti autem aliarum tribuum redimi poterant certo precio argenti: sicut autem preceptum de redimendo primogenitum asini oue: ponitur supra videlicet. xij. ca.

¶ Quartum preceptum est de assidue offerendo domino deo in die festo: et hoc tangitur in fine capituli: Non apparebis in conspectu meo vacuus. Quia suppletur aliquid offeres mihi de tuis substantiis. Quauis ergo bouem esset aliquid domino offerre in tabernaculo: aut tempore postquam constructus est templum Salomonis: quotidie hoc tamen erat de necessitate certis temporibus / et festis que erant precipua: sicut statim dicitur. Istud autem preceptum de non apparendo vacuo in conspectu domini / ponitur supra videlicet. xxij. ca. Item in sequentibus / videlicet Deuteronomio. xvi. ca. Item Eccli. xxxij. cap. Unde in Deutero. subdit: sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionem domini sui quam dederit ei. Quanta ergo precij dandi assignabat secundum facultatem offerentis.

¶ Quintum preceptum est de cessante ab ope manuali in die sabbati: de quo subdit: Sex diebus operaberis: in die septimo cessabis arare et metere. Super quibus Hugo Card. Cum dominus prohibet hoc

hoc valde necessarium: patet quod prohibet omnia alia opera. Istud autem preceptum prius habetur in Ex. xij. c. ¶ Sextum preceptum est de aliquibus solennitatibus observandis: de quibus subdit: Solennitates hebdomadarum facies tibi. Ad tuam utilitatem: et hoc in primis frugum messis tue triticee. Tangit autem per hec verba tempus et modum huius solennitatis cum dicit: In primitiis frugum messis tue triticee. Tunc enim triticum poterat colligi: quod ad maturitatem valde appropriabat: vel quia secundum aliquos tunc Iudei colligebant manipulos: et offerebant coram domino. Primitias autem aliarum frugum tunc mature scilicet offerebant in Apuli. Vel forte: ut dicit de Palu. primitias vocat hic nouos panes: qui tunc offerebantur domino. Que autem esset ista solennitas hebdomadarum: dicitur statim in sol. ad octauum dubium. Sequitur: Et solennitatem quoque. Hec est secunda solennitas observanda: quod proprio nomine dicitur festum tabernaculorum: vel alio nomine scenophegia: aut festum dedicationis: et hoc post edificationem templi. Prius autem dicebatur festum tabernaculorum: quando habitantes in deserto stabant sub tabernaculis: de qua sic mandat dominus: dicens: Et solennitatem aliam supple facies: quando redunte anni tempore cuncta conduntur. In domo includuntur. Primum festum fiebat in Aere: sive elate: secundum autem in autumno. Primum festum fiebat in memoria beneficii creationis: secundum

autem in memoriam beneficii gubernationis et sustentationis in deserto per quadraginta annos: et similiter ducatus per ipsum de desertum. De istis autem duabus solennitatibus habes supra. xxij. cap.

¶ Septimum preceptum est de trina computatione per annos singulos in templo domini: quod erat in Hierusalem. Et de hoc precepto subdit: Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum ante conspectum domini dei Israel. In hoc autem precepto loquitur dominus de cultu licito consistente in oblationibus. Et primo agit de oblationibus exhibendis in dei venerationem: dicens: Tribus temporibus anni: scilicet in vere estate: et autumnum: et dicitur interlinia. Et hoc in tribus solennitatibus supradictis: apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis domini dei Israel: supple offerens in loco vbi colitur deus. Nam ante constructionem templi apud Hierusalem: populus adorabat dominum in Sylo. Unde legitur primi Regum. i. de Helcana patre Samueles: et ascendebat sanctis diebus de ciuitate sua que dicebatur Ramathaim: ut adoraret et sacrificaret domino exercituum in Sylo. Priusquam autem venissent in Sylo: adorabant alibi: vbi scilicet erat tabernaculum: quod mobile erat. De hoc autem precepto prius dictum est: supra videlicet. xxij. cap. vbi sic mandat dominus: dicens:

Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram domino deo tuo: scilicet in pascha / pentecoste / et festo tabernaculorum. Dicit tamen de Lyra / quod aliquando dispensabat de duabus vicibus: videlicet in pentecoste / et in festo tabernaculorum cum illis qui erant remote habitantes a Hierusalē: sed ubi de hoc non docet. Cui ergo dominus equaliter illa tria preceperit / videlicet / quod cessante legitimo impedimento equaliter obligauerint. vel dicat / cur tam varie. Consequenter dominus reddat causam: cur populus masculinus debeat ter apparere in conspectu domini. Putas igitur causam esse partem uniuersalitatis de qua subdit: / Lum enim tulerō. i. abstulero: gētes a facie tua / gētes in quibus predictas: et dilatauero terminos tuos / nullus in iudicabitur terre tue / ascendente te et apparente in conspectu domini dei tui ter in anno. Hoc ergo promissio si litera liter intelligat / conditionalis est. Ac si diceret dominus: Pacem habebis / quoad iudicio deo fideliter serueris.

¶ De octauo precepto: / Non imolabis super fœmēto. i. cum pane fœmētato: sanguinem hostie mee. i. agni paschalis: vt dicit Augustinus in questionibus super exodum. Nec residet. i. non remanebit manes de victimis solennitatis pasche. i. de carnis agni paschalis. Lotum enim debebat comedere / vel edebatur: vt dicitur in super. ii. ca.

¶ Nonum preceptum: / Primitias frugum terre tue offeres in domo domini dei tui. Hic autem agit de oblationibus que fiebant ad

ministrorum sustentationem: dicitur: / quātum ad offerēda: primitias. i. meliores / et non tantum priores: frugum terre tue offeres in domum domini dei tui: scilicet illas portando. Minus ergo facit Christiani moderni / qui velina quunt decimas in campo / cum talia men afferat ad domum illa que iure debent dominis suis temporalibus: quasi plus faciētes pro terrenis dominis / quam pro domino celi et terre. Cui etiam clamat Mala. iij. dicens: / In ferre oem decimam in horreū meū: vt sit tibi in domo mea. De isto autem precepto prius dictum est videlicet / xxiij. c. huiusmodi sic dicit: / Primitias frugum terre tue deferes in domum domini tui.

¶ Decimum preceptum: / Non coques hœdum in lacte matris sue. i. dum adhuc pacis lacte matris sue: quia adhuc nimis tenellus est. Vel magis versus ad octauum dicit: / quia adhuc reputat esse quoniam in lacte matris. Et idem intelligitur de alijs animalibus. Alij autem volunt / quod hœdus non nisi se pararus a lacte matris: coqui debeat et comedi. Nec similitudine vitulus / et huiusmodi. In cuius rei signum / cum lex mandat hœdum offerri domino / apponit etiam dicitur: / agnus / anniculus. i. vnius anni. De isto precepto prius habetur. xxiij. c. Patet ergo / quod que hic dicitur / per recapitulationem dicitur: / quia de illis omnibus prius dictum est / et signanter. xxiij. ca. huiusmodi / partiter et de aliquibus alijs. Vide ibi.

¶ Primitias igitur predictis preceptis dominus precepit Moysi / vt dicitur in littera / dicens: / Scribe tibi verba hec. Cui notandum / quod hic

agitur de legis datione / quantum ad moralia: et est sensus: / Scribe tui supple Moyses legem / gissator. i. scripta suscipere: vt et ceteris / cum Israel pepigi fœdus. / in separabile familiaritate. Sic enim scpe se excusant / qui per hoc igitur patet / quod hec scriptura fuit preceptorum decalogi que sunt moralia. Fuit ergo ibi cum domino / scilicet in monte Sinai. xl. dies / et xl. noctes / alios scilicet a precedentibus: pane super corporalem: et aqua non bibis. Sup quo dicit glo. inter. / quod nomine panis / omnis cibus significat: et nomine aquae / omnis potus. Patet ergo / quod fuit tunc sustentat / sola virtute diuina: quia corpus humanum adhuc mortale existens / non potest naturaliter talem viuere. Et scriptum est: / quod potest referri ad deum / vel ipsum Moysen: in tabulis lapideis / scilicet ministerio / si referatur ad Moysen: vel secundum aliquos: scriptis. i. scriptis susceptis: verba fœderis. i. decem precepta / per quorum impletionem tam ipsi Hebrei / quam nos copulamur deo firmo fœdere. Et bene decem: quia sicut denarius numerus est consummatio omnium numerorum / et omnes alij numeri sequentes sunt quasi replicatio ad ipsum: sic et decem precepta sunt omnium aliorum preceptorum consummatio / et omnia alia ad ipsa reducunt. Patet ergo de preceptis contentis in hoc capitulo: quorum aliqua sunt ceremonialia / et aliqua moralia.

¶ Circa autem hanc clausulam sunt moueri aliqua dubia.

¶ Primum igitur dubium: / Quare ista repetitio preceptorum

precedentium? Numquid satis erat / quod semel ea edidisset dominus / sicut probatum est in deductioe littere? Responso / hoc ideo factum esse putamus / vltus de illis pretendere posset ignorantiam. Sic enim scpe se excusant / qui pretendunt excusationes in peccatis / dicentes: / Ego nesciebam. Sed ex quo plures repetunt / nullus capax rationis potest per ignorantiam se excusare. Nam hac de causa voluit beatus pater Augustinus / sua regulam / quae scribit de communi vita clericorum / sepe legi / dicens: / Et ne per oblivionem aliquid negligat / semel in septimana vobis legatur.

¶ Secundum dubium: / Cur porum hic reperunt precepta ceremonialia / quam iudicialia? Dicendum / quod ideo: quia populus ille erat paratus ad id molariam / sicut aperte monstratum est in adoratione vituli / constat illis: et ideo illa que pertinebant ad cultum vitum / vere dei / erant ei magis repetenda.

¶ Tertium dubium mouet / propter illud verbum / sicut preceptum tibi in mense nouorum. Querit ergo quomodo differunt mensis nouorum / et festum nouorum. Dicendum / quod multi differunt. Nam mensis nouorum / omnes alij menses / quod ideo sic dicitur / tunc habebant noui fructus. Tunc colligebant noue spice. Festum autem nouorum dicebat festum pentecostes: quia tunc offerebatur domino duo panes de nouis fructibus: vt dicitur / Leuit. xxiij. Idem etiam festum pentecostes dicebat festum primitiuorum: vt dicitur / Num. xxiij. eo quod illi panes dicebantur / et erant primitie que offerebantur domino.

¶ Quartum dubium: / Quid iuris est

et quod fieri debebat de panibus azimis / si qui remanebant in domibus / et hebreorum / in factis septem diebus paschalibus / nisi quod sicut illis in re dicebat habere panes / fermentatos / postquam aduenerant dies azimorum / ut supra. xij. ita et illis interdicit videbat ne haberent panes azimos / postquam expiari fuerat dies azimorum / qui incipiebant quartadecima die mensis primi. i. aprilis ad vespera / et continuabant usque ad die vigesima prima eiusdem mensis / similiter usque ad vespera / ut patet supra xij. Dicendum / quod reliquie predictorum panum azimorum / postquam celebrantur festa paschalia / poterant comedi / et melius erat eos ab hominibus comedi / quam dare canibus / quia iuxta verbum Christi in Mat. xv. non licet sumere panem filiorum / et mittere canibus. Nullibi enim illud inuenit phibitum / sicut primum / istud ergo licebat / dummodo quis per hoc non intendere / introducere legem / sed videret talis pane secundum se. Alii dicunt / quod debebant comeri / sicut et relictis agni paschalis / qui remanebant usque mane / de quibus habes supra. xij. ca.

Quintum dubium mouet propter illud verbum / Omne quod aperit vuluam generis masculini / meum erit. Querit ergo cur potius hoc statuit dominus de masculino / quam de femella / Dicendum / quod propter duas rationes. Prima est figuratiua. Per hoc enim presignabatur / quod Christus qui assumptus naturam humanam in seruo masculino / cuius non sit natus de matre aperiendo vuluam / sed clauso

sepulchro / fuit totaliter dedicatus / et sanctificatus / deo patri / etiam ab instanti conceptionis sue. Unde Mat. j. Quod in carnari est / de spiritu sancto est. Unde de domino potest dici quod legitur de seruo / videlicet Luc. j. Replebitur spiritu sancto ad huc ex vtero matris sue. Hoc tamen intelligendum est / secundum quod homo. Fuit itaque iste masculus / Christus secundum quod homo / dedicatus deo patri / primum conceptus est / per gratiam habituale / et per gratiam hypostaticam. Secunda ratio obligationis primogeniti masculini / est moralis. Senus enim masculinum est perfectius genere femineo. Ad significandum ergo / quod meliora et perfectiora sunt deo offerenda / iuxta illud Malach. j. Mandatus dolosus / qui habet in grege suo masculinum / et votum faciens immolat debile domino.

Sextum dubium oritur circa primogenita aliquorum iumentorum / ut pote cerui / apri / et huiusmodi. Vtrum Iudei tenerent reclinere talia primogenita / distinguendum est / aut enim talia animalia erant domestica / sicut de aliquibus patet / et que etiam ferus suos faciunt / locis clausis / que dicuntur guenne / vel parci / vulgariter. Aut non erant domestica / sed simpliciter siluestria. In primo casu debebant eodem modo facere pro talibus primogenitis / sicut primogenitis aliorum iumentorum / in secundo casu non debebantur.

Septimum

 erat cōtinua visio et fructio di-  
 uine essentie ratione partis su-  
 perioris: que ad tempus tan-  
 tum redundauit in corpus eius:  
 in Moyse autem non erat sic  
 cōtinua visio diuine essentie:  
 nec illius cōtinua fructio: sed  
 quasi momentanea redundanti-  
 a predicte claritatis ad fa-  
 ciem. Sic etiam contigit in  
 Christo: secundum Hierony-  
 num: in quadā epistola: quan-  
 do ministri Iudeorum volue-  
 runt eum comprehendere. Un-  
 de cū hos interrogasset prin-  
 cipes: cur eū non adduxissent:  
 responderūt: dicentes. Nūquā  
 homo sic locutus est: sicut lo-  
 quitur homo iste. Joā. viij. Su-  
 per quo dicit dicit: Hic ergo in  
 vultu ipsius Christi apparuit  
 tunc quidā splendor fulgureus:  
 quē ministri predicti vidētes  
 corruerūt prout in terram. Et  
 forte alias idem contigit: et si-  
 guanter in eius transfiguratione  
 vt iam dictum est. In Moyse  
 ergo: quāuis fuerit visio di-  
 uine essentie quasi subita et  
 momentanea: fuit tamen re-  
 dundantiā claritatis inde cau-  
 sate quasi cōtinua. Fuerat  
 enim diuinitus conseruata in  
 facie eius: et quo secūdo cum  
 dño fuerat locutus in monte  
 Sinay.

Sinay. fuerat enim in eo radicaliter: id est in eius facie impressa: et diuini us conseruata. Unde ex tunc ipse Moyses fuit maioris auctoritatis ad populum: quia prius: atque magis eum timuit qui pronus erat ad peccandum.

¶ Sextum dubium: Utrum predicta claritas solum redundaret in facie Moysi? Dicendum: quod sic. Quamuis enim esset iam in eo aliquis participatio future beatitudinis corporum glorificationis: tamen aliquis similitudo illius: non tamen adaequabatur illi: tum quia visio beatifica non fuerat in eo nisi in transitu. Secus autem in beatitudine post iudicium: tum quia non reddebat corpus eius clarum totaliter: nec impassibile: vel leue: siue agile: aut etiam immortale. Item nulla fuit facta mutatio in vestimentis eius: sicut in vestimentis Christi: que in eius transfiguratione transfigurata sunt aliquo modo. facta enim sunt alba: sicut in. Mat. xvi. et hoc ex excellentia et vehementia glorie: que redundabat in corpus: et ex corpore in vestimenta. Sic autem non sic: sed longe aliter.

¶ Insuper possunt moueri alique curiose questiones de vestimento Moysi: ut prope de qua materia esset. Item ubi acciperat ipsum Moyses. Item quid inde factum sit. Item utrum in illo impressa fuerit species faciei Moysi: sicut in litho quo Verumna terit facie Christi: fuit impressa effigies eiusdem Christi. Item queritur utrum eo tempore quo Moyses erat se-

orsus a populo: et non in monte cum domino: an tunc facies ipsius esset conueta: et velata: et sic de multis alijs dubijs: que omnia remitto discretioni lectoris peritioris.

¶ Moraliter et primo: Moyses est prelatus ecclesiasticus: qui tempore et loco debet ascendere montem contemplationis: et deuote orationis: tam pro se: quam pro populo suo: et pro tempore descendere per actionem: et signanter per predicationem. Vel dic: quod est ratione dignitatis officij exaltatur super subditos: debet tamen coram domino descendere per humilitatem: et abstrahere multos ex illis: forte coram eo se multo meliores. Propter quod cauere sumopere debet ne eos contemnat: sed amplectetur in visceribus charitatis: et fraternitatis. Quod bene et prudenter aduertens sanctus Gregorius. Quis esset Romanus potestatis: nihilominus primus intulit se seruus seruorum dei. Et hoc est quod dicitur Ecclesi. iii. Quanto magnus est: scilicet generis nobilitate: vel scientie sublimitate: vel officij dignitate: tanto humilia te in omnibus. id est pro omnibus: et habebis coram deo laudem. Unde de eo dicit Jacob. iiii. Desuperbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Et Luc. i. de eo dicit similiter dicit: Deposuit potententes de sedibus: et exaltauit humiles. Nota tamen quod est aliqua humilitas necessitatis: et aliqua supererogationis: et voluntatis. Causa autem cur Moyses id est prelatus debet descendere ad populum suum: principalis et precipua est: ut eos verbo sancte predice-

dicat: et instruat: et hoc quam ad verum testamentum: quam ad verum requiritur et sufficit. Et hoc tangitur cum subditur in littera: de Moyses descendente: quod tenebat duas tabulas lapideas testimonij. Et hoc est contra illos predicatorum: qui replent suos sermones nugis et fabulis. De quibus dicit Apostolus. i. Timot. iiii. quod multi predicatorum: et multi auditorum: in fine seculi ad fabulas conuertentur. Nihilominus erunt semper aliqui boni predicatorum: et alij deuoti oratores. Ideo subditur: Tu vero vigila: in omnibus labora: opus fac euangelij: in misterium tuum imple.

¶ Moraliter et. ij. Moyses qui ascendit ad dominum in montem: et ex consortio sermonis domini habuit faciem conueta: id est ita visus est a populo: quando inde descendit: recte designat illos: qui interdum habent aliquas paruas gratias: sed in hoc effluuntur conueta per superbiam: et arrogantiam: quia credunt magnas se habere: vel magnam scientiam: quia ut habet Roma. vii. Scientia inflat: si supple est solus: ut dicit glossa interli. Sed in hoc propheta consistit predictio: et abusus: et fatuitas: quia non recognoscunt bene imperitium suum. Et hoc insinuat in Moyses: qui ignorabat faciem suam esse conueta. Hoc est: malum habet superbia: quod claudit oculos interiores: homines superbi: ut non possit recognoscere imperfectiones suas: et aliorum virtutes: et merita: et appropinquari: prout dignus est. Unde Gregorius. lib. xiiii. moral. cap. xxviii. Pa-

bent (inquit) hoc proprium omnium arrogantes: ut cum foras acutum aliquid sentit: inde mor ad vitium elationis erumpit: sensusque omnium in sui conspectu despiciunt: sed in suo iudicio aliorum meritis anteposunt. Contra autem est de bonis virtutibus. In eodem Gregorius. libro. xxvi. moral. ca. xxviii. dicit: hec sancti viri aliena opera (etiam) mirantur: sua vero etiam magna despiciunt. Deinde subdit: dicens: Et contra arrogantes aliena etiam magna despiciunt: sua etiam que parua sunt: admittuntur: et plerumque de suis malis bona existimant: de alienis autem bonis mala sentire non cessant. Nam dum propria gloriam querunt: peritiose studet ut quicquid virtutis ab alijs agitur: iniquitatis nota lacere tur: et potius bone actionis vertunt in maculam criminis. per Gregorius. Parcat ergo quid significatur per Moysen conueta: ¶ Moraliter et. iij. Si ex consortio sermonis domini apparuit conueta facies Moysi: non mirum si ex consortio malorum hominum: et signanter hereticorum: et schismaticorum: facies interiores effluuntur conueta: et immutata in altam formam: quod deceterum: quod scriptum est in Psal. Cum sanctus ceteris: et cum perierit: conuertetur. Nota de hodie: nis Lutherantis.

¶ Moraliter et quarto: Moyses qui ascendit ad dominum: visus ad summum montem Sinay: et tandem apparuit facies eius conueta: et ex consortio sermonis domini: designatur illi qui lib. xiiii. moral. cap. xxviii. Pa-



plus debito perscrutari. Propter quod in penam sue temeritatis r arrogatū facies eorum quādoq; apparent cornute: id est manifestū efficiuntur eorum rores. Propter quod Sapiens Eccli. iii. ait: Altiora te ne q; fieris: fortiora te ne scrutar; fueris: sed que p̄cepit tibi de illa cogita semper: et in pluribus operibus eius nō fueris curiosus. Non est enim tibi necessaria: ca que abscondita sunt videre oculis tuis. In supnaculis rebus nōli scrutari multipliciter: et in pluribus operibus eius nō eris curiosus. Hec ille. Nam ergo est ex curiositate sursum velle ascendere: sed ad inuestigandum subtilia: vana et inutilia. Propterea etiā Apo. Roma. xij. ait: Non plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem. Et Proverbi. xxij. Ne erigas oculos tuos ad oves quas habere non potes. Et eiusdem. xxv. perscrutator maiestatis: opprimes a gloria. Unde magnus ille predicator ecclesie Paulus de seipso loquens. i. Cor. ii. ait: Et ego cū venissem ad vos fratres: veni nō in sublimitate sermonis: aut sapientie: annuncians vobis testimonium Christi.

¶ **Moza. r. v.** Per hoc q; Moyses ignorabat q; cornua esset facies sua: quā tamen talem esse videbat (saltem apparent) Maro et filij Israel: designatur q; frequēter hoīes potius vidēt defectus alienos q̄ proprios. Unde p̄munitur dicitur vniuersis est cecus in propria causa. Unde Seneca: Aliena vitia habemus ante oculos: a tergo autē

nostra. Sumus ergo in hac re similes oculo corporali: q̄ bene videt maculā in oculo alieno: sed nō in seipso. Sumus etiā similes medicis: de quibus fertur q; illis interdicitur videre. p̄ priam vniuersi: sed periculose egrotāt: ne desperent: non autē alienā. Applicatio est facilis. Unde Saluator Joā. viij. inuehit de hoc p̄tra scribas et pharisaeos: q; adducerāt ad eū multiter deprehensam in adulterio: al legantes: et eam legē: dicentes q; Moyses iusserat hōi lapidari. Ad aliena peccata puniendā ibant: et sua post se reliquerāt. Reuertatur igitur intus ad conscientia: et sua prius corrigant: deinde aliena emendare studeāt. Hec ille: Uade: et tu fac similitudinem. Nō enim est homo super terrā qui non habeat aliqd in seipso: quod corrigat: si bene et diligēter considerat seipm. In cuius figurā legitur Exod. vi. q; quādo dominus percussit primogenita Egypti: nō erat domus in qua nō esset aliquod mortuū.

¶ **Moza. r. vi.** Per cornua Moysi possunt recte intelligi cornua iustitiae: sunt virtutes: et gratie anime: de quibus ps. Erat tabulatur cornua iusti. Cornua ergo q; data sunt aliq; anime libere: ut pote bobus: ceruis: et arietibus ad capitis ornamentū: et totius animalis tutamentū: significāt fortitudinē: iudiciā: et alias anime virtutes: et gratias: sunt ornatus et tutela. Lenius enim quot habet annos: tot recipit cornu: p̄cipali parua cornua quousq;

quousq; septē annos etatis habeat. Sic vere anima deuota: quāto plus in scientia solet maturet: eto plus in scientia solet maturet: eto de Zacheo p̄ncipe pharisaei multiplicarē: et cumulatū hoc quousq; possit ad seipm p̄fectionis attingere: et peruenire. Hic in ps. dicitur: placebit deo sup vitulū nouelū: et cornua p̄ducētē et ungulas. Abit tamē a nobis error fratellous: dicentū aliquid via: totum purū hominē ad tantam vite p̄fectionē posse quēnt: et vt ultra non possit peccare: qui etiā nec per vite meritū possit proficere. Quilibet ergo quantumcūq; p̄cruerit: etiam si p̄ insinitū tempus uiueret in presentē: semper mereri possit: et gratia nunq; potest esse summa.

¶ **Moza. r. vii.** per hoc q; Moyses: qui tā sincerus dei amicus erat: vt interdum loquebatur cū eo facie ad faciem: sic solet loqui homo cū amico suo: et tamen habebat faciē cornutā: (saltem vt sibi videbatur) propter quod non loquebatur ad populū: nisi prius velata facie: designat q; sepe euenit: vt qui sunt magni dei amici: p̄ vite meritū: et pulchri atq; decoti plurimum in interiori homine: habent aliquē defectū: aut deformitatē in exteriori: si cur videre est de Job sanctissimo: qui tamē fuit vicerib; pleuius. Eiusdē. ii. Jre David: q; uis rer potētissimus: et sanctissimus fuerit: erat tamen breuis stature. Unde de eo dicitur. Regū vii. q; quādo Samuel fecit eū vocari: vt vngeret eum: in regē Israel: loco Saul: erat tūc paruus: et pascebat oves. Sed

postea dicitur: q; erat paruus: etas te. Tenetur tū cōiter q; ipse David breuis stature fuerit: Zacheo de Zacheo p̄ncipe pharisaei: eto id tantū meriti fuit: vt dicitur: Lhusus in eius domo manere. Hic tamen pusillus erat: ita vt ascenderet in arborē: sp̄ comoz: vt videret Jesum: qui erat illac transiturus. Lu. xij. Legitur etiā in vitis patru: quod ā sancto patre: q; dicebat: totum purū hominē ad tantam vite p̄fectionē posse quēnt: et vt ultra non possit peccare: qui etiā nec per vite meritū possit proficere. Quilibet ergo quantumcūq; p̄cruerit: etiam si p̄ insinitū tempus uiueret in presentē: semper mereri possit: et gratia nunq; potest esse summa.

¶ **Moza. r. vii.** per hoc q; Moyses: qui tā sincerus dei amicus erat: vt interdum loquebatur cū eo facie ad faciem: sic solet loqui homo cū amico suo: et tamen habebat faciē cornutā: (saltem vt sibi videbatur) propter quod non loquebatur ad populū: nisi prius velata facie: designat q; sepe euenit: vt qui sunt magni dei amici: p̄ vite meritū: et pulchri atq; decoti plurimum in interiori homine: habent aliquē defectū: aut deformitatē in exteriori: si cur videre est de Job sanctissimo: qui tamē fuit vicerib; pleuius. Eiusdē. ii. Jre David: q; uis rer potētissimus: et sanctissimus fuerit: erat tamen breuis stature. Unde de eo dicitur. Regū vii. q; quādo Samuel fecit eū vocari: vt vngeret eum: in regē Israel: loco Saul: erat tūc paruus: et pascebat oves. Sed

aliquādo ⁊ quasi ordinarie apparuit sine cornibus; sed torus māfuerus. Unde de eo dicitur Num. xij. Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur super terram. Aliquando etiā apparuit cornutus: vt hic. Nonne etiam bene cornutus apparuit p̄tra malos quando eo descendēte p̄timum de monte Sinay ⁊ vidēte vitulum aureū ⁊ choros populi iratus est valde: ita vt p̄tulerit tabulas lapideas de manu sua ⁊ confregit eas ad radicem mōris; atq; postmodum vitulum in puluere redegerit: ⁊ de idololatrante populo mirabilem stragē fecerit. Quo ad bonos ergo debet apparere p̄talaris; pater ⁊ benignus: quo autē ad indisciplinatos; iudex ⁊ severus. ꝑcc enim duo sunt in eo necessaria: vtz māfuerudo ⁊ iustitia: pro loco tamen ⁊ tēpore. In cuius figurā intra arcam eiusdem Moysi erat manna ⁊ virga. Heb. it. Manna erat dulcissimus cibus ad manducādū: ⁊ ideo recte designat mansuetudinē ⁊ benignitatem in prelatō. Virga vero; correptionē ⁊ severitatem. P̄timum propter bonos; secundum propter malos. Notandum tamen q̄ prelatus nō debet totaliter suis cornibus exterminare malos; sed misere misericordiam cum iustitia. Quia vt dicit Gregor. in suo pastor. c. xvij. Disciplina vci misericordiam multum destruit; nisi vna sine alia teneatur. Et ideo cauere debet platus; ne districtio sit rigida nimium; aut pietas remissa plurimum. In cuius rei signū legitur

Luc. x. q̄ Samaritanus vulneratum in stabulum ductus; via num atq; oleū eius vulneribus adhibuit: vt per vinū moideā vulnera ⁊ per oleum foueant. Decille. Hinc Ps. ait: Virga tua ⁊ baculus tuus ipsa me cōsolata sunt. Virga enim percussit; ur; sed baculo sustentamur. ¶ Moraliter ⁊ nono: per Moysen ducē populi; cuius facies apparuit cornuta; portus q̄ fratris sui Aaron; aut cuiuscunq; alterius de populo; designatur q̄ plerūq; illi qui assumuntur in duces populi Christiani ⁊ pastores; sunt cornuti: non tñ apparenter; sed ⁊ realiter: et hoc per ignorantiam legis diuine; quā tamen p̄re ceteris scire tenentur. Unde fertur q̄ cum de in episcopū consecratur; inter rogatur ab eo q̄ inter tres episcopos consecrantes cū est maior. Scis vtrumq; testamentū? Lut responder: Scio. Sed caueant multi tales ne incurant mendaciū. Quia est questio de eminenti scientia. Cū iuxta doctrinam Apost. i. Timoth. iij. oporteat episcopū esse doctorem; supplet a docēdo. Et hinc est q̄ nullus episcopus potest postea acquirere gradum magistratū; siue doctoratū; in theologia; quia iam presumitur doctor ⁊ magister. Caueat etiam ne duo predicta cornua Moysi; ⁊ que representantur per duo cornua mirre pastoralis; p̄contrarium sensum significant; ignorantiam vtriusq; testamenti. Sed de hoc sufficit ad p̄sentem ne ponere videat in celum os meum.

¶ Moraliter et. x. iuxta illud verbum:

verbum: Posuit velamen super faciem suam; scilicet Moyses. Notandum q̄ illud verbū potest veraciter dici de fide ⁊ fidei consentientibus. Tales enī ponunt velamen malitie ⁊ nequitie. I. hypocritis ⁊ fictionis super faciem suam. I. super conscientiam suam; que est facies interiori hominis; ⁊ in qua debet resplendere omni modō veritas. Sed cui libet tali potest dici cum opprobrio illud Job xij. Quare faciem tuam auertis. I. conscientiam tuam in cōscieutiā abscondere interius? Nescis quia alterum necessarium est; aut q̄ bono corde cōfitearis; ⁊ sic ignoscat deus; aut non plene cōfitearis; ⁊ sic non ignoscat deus; sed pro delictis tuis dāneris perpetuo. Quare ergo faciem tuā auertis? Caue ergo o peccator; ne ponas velamen fictionis super faciem tuam.

¶ Allegorice et primo: Moyses Christus presfigurauit multipliciter. Tum primo; q̄ de aq̄s sumptus fuit; et Christus de aq̄s Jordanicis in quib; baptizatus a Joāne; sumptus est. Tum secundo; q̄ Moyses electus est a domino; vt liberaret populum Israeliticū; cū signis mirabilib; ⁊ inauditis de potestate Pharaonis. Et Christus venit in hunc mundum; vt liberaret populum creatum de potestate demonis. Tum tertio; q̄ Moyses iterit cū dñe in mōre Sinay. xl. diebus; ⁊ toridē noctibus; panem cōmēdens; ⁊ aquā non bibens. Sic ⁊ Christus tāto tēpore

to: vitās quersationē hominū; semper tamen manēs cū deo patre ⁊ vnitate essentie. Unde ⁊ dicebat Jo. xvi. Non sum ego solus; sed pater meus mecum ē. Tum quarto; q̄ Moyses descendēs de monte; attulit duas tabulas lapideas. Et Christus veniens in hunc mundum; emendauit in noua legem veterē; dicens Mat. v. Audistis q̄ dicitur est antiquis; sed iuges amīcū tuū ⁊ odio habebis inimicū tuū. Ego autē dico vobis: Diligite inimicos vestros ⁊ cetera. Quia Moyses fuit valde natus super officē homines qui fuerant in terra; vt dicitur Num. xij. Et Christus de se ipso ait Mat. xi. Dicitis a iherosolimitis sum; ⁊ humilis corde. Sicut ⁊ Moyses multa perpeffus est. Et de Christo dicitur Esa. liij. q̄ vulneratus est; propter iniquitates nostras; ⁊ multa iniquitas. Ecce q̄ quomodo Christus fuit alter Moyses; q̄ in eo multipliciter presfiguratus; qui etiā descendens de summitate montis paradisi in vtrūq; virginis ⁊ in valle p̄sentis scilicet; cuius visus est habere faciem nutā; ⁊ maxime in re; hōsios ne vitiorū; similiter ⁊ electio ne vendentium ⁊ ementium de templo; vt legitur Joan. ij. Quod autem dicitur de Moyses; q̄ venerunt ad eū filij Israel; postea q̄ eos vocauit; presfigurauit q̄ apostoli erant venturi ad Christū per apostolatū; cū eos nominatim vocauit. De quoq; vocatione loquuntur euangēliste in diuersis partibus. Quibus vocatis et congregatis Christus manifestauit ea que

auderat a patre i celo / quantum licuit: sicut Moyses nunciavit filiis Israel ea que audiverat a domino in monte Sinai. Unde et Joan. viij. dicebat: Ego que audivi a patre hec loquor i mundo. Lererum quod sequitur qd Moyses posuit velamen super faciem suā: aperte insinuavit qd divinitas in Christo fuit per eius humanitatem velata. Alias enim ab oculis corporeis videri nō poterat. Fuit ergo divinitas occultata in Christo sub ei hūanitate: sicut lumen in lucerna. Quod autem Moyses ascensus ad dñm auferbat dictū velamen a facie sua: prefigurat qd ipse Christus ascensurus ad patrem debebat clare et nude videri a sanctis angelis: et cunctis beatis: etiam secundū vtrāq; naturam: divinā. s. et humanam.

¶ Allegorice et secundo: et cōformiter ad glo. ordi. et interit. facies Moysi clara adeo qd opus fuit vt eam velaret: quādo ad populū loqui voluit: significat legem diuinis mysterijs illustratam: siue quibusdā radijs splendoris visus ferre nō poterat: nisi dicta facies velaretur per fidem: vt qd virgo concepit et peperit manēs virgo. Item qd deus sit homo factus. Item qd panis conuertatur in Christi verum corpus: in sacramento altaris: et vinum in sanguinem: sic de alijs.

¶ Allegorice et tertio: qd facies Moysi fuerit velata: quādo oportuit eum loqui ad populū: vbi tamē velamen de-

ponebat quando ad dominum in montem ascendebat: designat sacramentum altaris: qd non nisi velatum speciebus potest videri ab hominibus adhibere degentibus in terra. propter quod dicitur Esai. lvi. Vere tu es deus absconditus. Secus autem in patriā: ubi est clare et nude videt ipse Christus ab ipsis beatis: dicente eodem Christo. Joā. xvi. Dec est vita eterna: vt cognoscant te verum deum: et quem misisti Iesum Christum: ubi enim videtur ipse benedictus Christus sicut est: vt dicit Joā. iij.

¶ Allegorice et quarto: Moyses (vt sepe dicitur) est Christus significat: cuius facies comuta apparebit in die iudicij contra malos. Fuit enim ipse Christus in primo suo aduentu tanquā agnus per mansuetudinem: iuxta illud qd Joānes Baptista dicit de eo Joan. i. Ecce agnus dei. Item dicitur. Ego quasi agnus mansuerus: qui portat ad victimā. Sed in secūdo suo aduentu (qui erit ad iudicium) erit tanquā aries. Aries enim cōmuniter est cornutus. Unde cū cornibus alterū arietem percutit. Sic et Christus in dieo iudicio percutiet valde atrociter miseros peccatores: dicens eis illud Mat. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Psal. Tūc loquetur ad eos ira sua: et in furore suo conturbabit eos.

¶ Allegorice et quinto: Moyses velans faciem suā: cū descendit de monte vt loquitur ad populū: hebraicū significat: verus testamentū: qd fuit datum

cum descensu: qz tēporalia et non eterna: nec celestia pmittēbat: dicitur dño Esa. i. Si me audieritis: bona terre comedetis. Ideo autē pmittit dñs Judaeis bona terre: vt sic eos alligeret ad obseruantia mandatorum suorum: quia nouerat eorum animos auaros. Ipse autē idem Moyses deponens velamen cum ascendit ad dñm: significat nouū testamentū: qd fuit datum cum ascensu: quia celestia et eterna pmittēbat suis obseruatoribus: dicitur dño Mat. xix. cuidam adolescentulo: Si vis ad vitam ingredi: seruis mandata. Dicitur etiam in figuram huius Mat. v. qd cum ipse dominus voluit dare ipsum nouū testamentū: ascendit in montem. Et tunc dixit: beati pauperes et cetera. Bene etiā Moyses descendens de monte Sinai ad populū: abscondit velamine faciem suā: quia vetus testamentum fuit velatū multitudinis figurarum: quia teste Epistol. i. Corin. x. omnia in figuris cōtingebant illis. Cum aurem ascendit ad dominum in monte: predictum velamen absculit: quia adueniente nouo testamento: cessauerunt predicte figure: et apparuit lux pfecte veritatis. Hinc Jo. i. dicitur: Lex per Moysen data est: gratia et veritas per Iesum Christū facta est. Et in ps. Tenebrosa aqua: supple doctrine et mysteriorum noui testamenti: fuit supple in nubibus aeris. i. sub figuris veteris testamenti. pze fulgore autē in conspectu eius. i. p aduentū Christi: imbes transierunt. i. figure cessauerunt.

¶ Allegorice et sexto: Moyses descendens ad filios Israel: habens faciem velatā et apparēter comutam: designat cecitatem adhuc regnantē in cordibus Judaeorum. Non enim possunt videre clare et nude faciem Moysi: id est: non possunt credere voces prophetarū loquentium de Christi incarnatione: naturā: et vitam: morte: resurrectione: et in celum ascensione. Propter quod Esaias in psona omnium antiquorū pphetarū. c. liij. loquitur: dices: Dñe qd credidit auditui nostro? Sic autē loquitur cū admiratione: qz reuera pauci de populo Judaeorū crediderunt: predicta de Christo. Unde sequitur: et brachiū dñi cui reuelatū est: ubi notandum: qd brachiū dñi (supple dei patris) est Christus. Quia sicut per brachiū operat homo: ita et deus pater oia per filium suū Christū fecit in terris. Jo. i. ois per ipsum factum est. Hoc igitur brachiū paucis de Judaeis efficaciter reuelatū est. Unde vbi supra dicitur: In ppria venit: et in eū nō receperunt. Et Esa. i. Cognouit bos possessorem suū: et asinus presepem domini sui: Israel autē me nō cognouit: et populus meus nō intellexit. Ecce quomodo conqueritur dominus de predicta cecitate et velatione mētis Judaeorū: et signāter quo ad Christū incarnationē: et cetera ipsius sequentia mysteria. Quia autem facies Moysi apparebat Judaeis comuta: designat qd esse dem Judaeis apparere hodie videtur: vtrunq; testamentum cornutum. Antiquū quidem: qz ipsum male interpretantur.

Novum autem quia ipsum omnino respiciunt. Propter quod apost. secunde Corinthiorum tertio dicit qd vsq; in hodiernum diem cum loquitur Moytes velamen positum est super eor Judeorum. Nec auferetur vsq; in finem seculi: quando scilicet relictis Israel salus fiet: vt dicitur Esaię decimo. Tūc enim fiet vnum ouile: scilicet ex gentilibus: siue Christianis et Iudeis: z vnus pastor Ioan. decimo.

**¶** Anagogice! Moyses qd descendendo videbatur habere faciem cornutam: propter qd videbatur eam: quo ascendente in montem ad dominum: non amplius talis videbatur: propter quod deponeretur velamen: designat malos angelos: z ceteros reprobos: qui cadentes in infernum: illuc deferunt omnes defectus suos: z imperfectiones: si quas in presenti habuerunt. Habent etiam velamen super faciem suam: id est: carentiam diuine visionis. Unde Esa. vicimosexto: Tollatur impius: vt habet aliqui libri. Deinde sequitur: In terra sanctorum iniqua gestit: z ideo non videbit gloriam domini. Per hoc autem qd idē Moyses sursum ascendens: nō amplius apparebat cornutus: insuper et velamē deponeretur: designatur qd tam boni angeli: qd ceteri electi: sunt in celo a deo gloriosi: qd nulla deformitas apparet in eis: iuxta illud Apocalypsis decimoquarto: Sine macula sunt ante thronum dei.

Exodi tricesimo quinto.  
Prima clausula.



Sicut congregata omni turba filiorum Israel dixit ad eos: Hec sunt que iussit dominus fieri.

Ser diebus facietis opus. Serptimus dies erit vobis sabbatus: sabbatum erit requies domini. Qui fecerit opus in eor occidetur. Non succenderis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati.

Historialiter post qd in procedentibus sanctus legisset Moyses multa inseruit suo principali proposito: et hoc ratione adorationis vituli conseruata: hic consequenter redit ad ipsum principale intentionis: quod est de opere seruauitij construendo. Primo igitur repetit quod supra dixerat de preparatione materie eiusdem tabernaculi: videlicet. xxv. ca. Sed ante hec omnia adhuc primo repetit preceptum de obseruatione sabbati: de quo primo dictum fuit supra. xvj. cap. Sed circa presentem beneuolentiam mouentur aliqua dubia.

Primo igitur dubium mouetur propter illud verbum: Lo congregata omni turba filiorum Israel. Queritur ergo: quare dicitur citius congregata omni turba: qd congregata omni multitudo filiorum Israel? Responsio: quia illa duo differunt.

Nam

Nam turba secundū de pal. proprie est communis z vulgaris populus: z qui vacat operi manuali. Multitudo autē populi illius gentis: importat indifferenter nobiles z ignobiles: diuites z pauperes: fortes et debiles. Et qd dicta congregatio fiebat vt eligerentur viri qui edificarent tabernaculum: distico Moyses potius vnus est hoc nomine turba: qd alio. Maiores enim z principes: qui comprehenduntur sub multitudine: nō solent manualiter operari.

Secundū dubium mouetur propter illud verbum: Hec sunt que iussit dñs fieri. Videtur qd Moyses debuerit addere: et nō fieri: z hoc propter requies sabbati. Qui enim requiescit ab opere: non dicitur aliquid facere. Dicitur: qd hic capitur fieri large: prout se extendit ad fieri non fieri.

Tertium dubium mouetur propter illud sequens verbum: Ser diebus facietis opus. Queritur ergo: vtrum operari die non festo: cadat sub precepto: sicut non operari die festo: cadit sub precepto: vt hic dicitur? Videtur qd sic: Qui enim nihil operatur: necesse est vt sit ociosus. Ociositas autem reprehenditur in sacra scriptura tanq; vitiosa: tanq; mater z nutritrix vitiorum. Igitur. Dicendum: qd cū in presenti sit qstio de opere seruiti: z qd potest fieri: sicut arare: metere: edificare: z hmoi: taliter operari nō cadit sub precepto diuino. Alias diuites z nobiles: clerici z similes: qd nō solent facere

opera seruitia: essent peioris conditionis: qd pauperes z agricolę. Vult tamen dñs vt homo possit lapsus tempore z loco operetur: hoc vel illo modo. Tū primo: vt occupetur in aliquo licito exercitio: ne diabolus eū occupet in aliquo illicito: qd non potest humana mens diu esse ociosa. Propter quod Hiero. ad Rusticum monachū scribens: z ponitur de consecr. dicit. v. Nunq; facito: z cū aliquid operis: vt semper diabolus inueniat te occupari. Nā quando David fuit occupatus in arte militari: caste vixit. At vero adulterium commisit cū ocioso vacauit: i solario domus sue. ij. Regū. xj. Tū secundo vt vitet vitium: Unde de ociosis loquitur Psalm. dicens: In labore hoim non sunt: z cū hominibus nō flagellabunt. Sequitur: Ideo renuit eos superbia: operi sunt inquitare et impietate sua. Prodiit quasi ex adipē iniquitas eor: transierunt in affectum cordis. Tū tertio: vt habeat vnde manducet: z hoc in casu necessitatis: vbi scilicet nullus alius operaretur terram. Nam in illo casu teneretur homo manibus laborare: cum teneat ex debito nature vitā suam sustentare. Propter quod dicebat apostolus ij. Thess. ij. Qui non vult operari: nec manducet. Unde imitari postea reprehendit homines ociosos: dicens: Audiuimus enim inter vos quosdam ambulantes inquiete: nihil operantes: sed curiose agentes. Hęc autem qui eiusmodi sunt denunciamus et obsecramus

in domino Iesu Chriſto vt cū  
ſilentio operantes ſui panem  
manducant. Pecille. Unde et  
paterfamilias reprehendit il-  
los homines qui ocioſi ſtabāt  
in foro dicēs: Quid hic ſtatis  
tota die ocioſi? Itē in vineam  
meam. Mat. xx. Ecce quomo-  
do dominus precepti opus ma-  
nualē tempore et loco. De hoc  
etiam perpulchre loquitur idē  
apolt. i. Col. in. ix. poteſt etiam  
dicī qd ſentus illiꝝ propoſitio-  
nis: Sex diebꝫ facietis opus  
eſt talis. i. vobis licitum erit  
operari ſex diebus. Non ſic au-  
tem de die ſeptimo quia in il-  
lo operari prohibet dominus:  
ideo de hoc mouetur ſequens  
dubium.

¶ Quartū dubiū: Utrū liceat  
Iudeis aliquā opari ſeruiliter  
in die ſabbati? Uideſ qd nō iꝫ  
hoc prohibebat dñs ſub pena  
mortis: vt pꝫ in textu: Dicēdū  
qꝫ ordinari nō licebat eiſ. pꝫ  
pter illius ſanctitatē et dñi pꝫ  
hibitiōē. Licebat tamen pro-  
pter imminentē neceſſitatē di-  
ſtinctionē non patientē. Hoc autē  
cōfirmat dñs nꝫ Ieſus Chri-  
ſtus Mat. xij. vbi legiſ qꝫ cum  
in die ſabbati diſcipuli velle-  
rēt ſpicas vt māducārēt: eo qꝫ  
valde eſurirent et de hoc pha-  
riſei ſcandalizati ipſum Chri-  
ſtum increpauerunt: reſpondit qꝫ  
hoc licebat eiſ. pꝫpter imminē-  
tē neceſſitatē. Hoc autē probat  
uit exēplo Dauid qꝫ pꝫpter ſim-  
ilem neceſſitatē i ipſe et qꝫ cū eo  
erant intravit in domū dñi et  
panes propoſitiōis comedit: qꝫ  
ei nō licebat alias comedere.  
Sic hoc idē pbavit Luc. xij.  
exēplo brutor: i qꝫ ducūtur ad

adaquādū in die ſabbati. Itē  
ca. ſequēti qd eſt. xij. hoc idē  
pbat exēplo aſini dicēs: Lu-  
tus veſtrū aſini? aut bos in pu-  
teū caderet? et nō cōtinuo curra-  
heret illū die ſabbati? Itē in die  
ſabbati licebat ipſis Iudeis  
adimplere opa pietatis et iſte  
ricordie. Hoc autē pbavit idē  
Chriſtꝫ eiſ pꝫ hoc qꝫ ipſe mu-  
tos egrotos et male habentes  
curauit eodē die: ſicut patet  
Mat. xij. de habere manū aſi-  
nā: quē curauit eodē die. Itē  
de paralytico Joan. v. Et bic  
uiter frequētius curabat in fir-  
mos tali die: qꝫ aliiſ: vt iſtina-  
ret qꝫ opa pietatis iſte ſūt ma-  
xime implenda ſicut ſupra bi-  
ximus. Iudei ergo qui de hoc  
ſcandalizabantur grauitate re-  
rabant: quorū ſcandalum erat  
acceptū et non datū. Similes  
ergo Iudeis ſunt aliqui Chri-  
ſtiani qꝫ faciūt conſcientiā de  
eo qd nullo modo eſt malū: vt  
de operando aliquid i die ſab-  
bati poſt qꝫ nona pulſata eſt: et  
tandē procurante diabolo ve-  
niēt ad feſtiuandū mane i pꝫ-  
cta die: et ſic ad feſtiuandū to-  
tū ſabbatū more Iudeoſi et  
iudaizare. Pro quo facit cap.  
peruenit. de cōſecr. di. iij. Non  
autē faciūt cōſcientiā de coide  
operādo ſeruiliter in die feſto.  
Dicētes forſan qꝫ eſt baſi ſe-  
ſtū et nō multū celebre: et pꝫ cō-  
ſequēs nō eſſe periculū aliquid  
tūc operari. Talibꝫ itaqꝫ vide-  
tur loqui dñs Eſa. v. dicēs: Ue-  
qꝫ dicitis malū bonū et bonum  
malū: ponētes tenebras lucē  
et lucē tenebras: ponētes ama-  
rū in dulce et dulce i amarum.

Quintum

¶ Quintum dubiū: quare dñs  
ita ſtrictē precepit obſeruan-  
tiā ſabbati: vbi tamē de de-  
cem preceptis non loquit niſi  
in generali: dicens: Pec ſunt  
qꝫ iuſſit dñs fieri: Hoc dubium  
mouet Auguſt. in queſtionibꝫ  
ſuper Erodi. q. clxxij. ſub his  
verbis: Cum Moyſes decem  
verba legis accepit in tabu-  
lis lapideis: quas ipſe iterum  
excidit et conſcripſit: quare de  
ſabbato ſolo (poſtea qꝫ deſcen-  
dit) populū admonuit? Si enī  
(inquit) propterea decem pre-  
cepta legis ſuperfluum fuit vt  
populus iterum audiret: cur  
et hoc non fuit ſuperfluum / vt  
de ſabbato audiret? Ad hoc  
igitur dubium reſponder ipſe  
Auguſtinus vbi ſupra dicens:  
qꝫ non eſt ſimile de hoc prece-  
pto et de alijs nouem. Hoc  
enī figurale erat: ſignificans  
quiereſt Chriſti in ſepulchro:  
et per conſequens conuertē-  
dum erat in obſeruantā diei  
dominice: propter reuerentiā  
dominice reſurrecciónis. Alia  
autem nouem precepta deca-  
logi moralia erant: et ideo ſi-  
cut precepta ſunt etiam in no-  
uo teſtamento obſeruanda ni-  
ſi nime dubitamus: illud autem  
vnum de ſabbato vſqꝫ adeo ſi-  
gurata dici ſeprimi obſerua-  
tione apud Iſraelitas velatū  
fuit: et in myſterio preceptum  
fuit: et quodam ſacramento ſi-  
gurabatur / vt hodie a nobis  
non obſeruetur: ſed ſolū quod  
ſignificabat intrucamur. Dein-  
de deſcendit Auguſt. ad pro-  
poſitum queſtionis: dicens: qꝫ  
quia alia nouē precepta erant  
de lege nature non erat ita fa-

cile Iudeis cōtradidit illiſ  
ſicut huic de obſeruatōe ſab-  
bati qd erat in parte cerimon-  
iale. Propter qd faciliꝫ erat  
iſtud trāſgredi / niſi frequent  
iuſſiōe ſumaret. Vel forte iſtō  
pꝫceptū de obſeruatōe ſabbati  
ſpecialitꝫ hic appoſitū eſt: ne  
forte ipſi Iudei crederēt eiſ li-  
cere opari i die ſabbati in ope  
tabernaculi qd inſtabat facie-  
dū: et ſignatē opari cū preſe-  
dū. Quia ſicut hodie licet opari i  
die feſto ad ſabucam eccleſie:  
dummodo hoc fiat ſine peccō: ita  
forte et tunc pꝫ ſabrica et opere  
ipſius tabernaculi.

¶ Sextū dubiū mouet pꝫpter  
illud vtrūqꝫ verbū: Nō ſuccen-  
deris ignē in obꝫ habitaculis  
veſtris pꝫ die ſabbati. Querit  
ergo an in caſu neceſſitatis li-  
ceret Iudeis ignē ſuccedere i  
tabernaculis ſuis? Dicēdū qꝫ  
neceſſitas poterat eſſe tāta qꝫ  
non peccaſſent ipſum accēde-  
do. Unde vulgo dici ſolet / qꝫ  
neceſſitas non habet legem.  
Huiusmodi ergo pꝫceptū obli-  
gabat extra neceſſitatem: nō  
alias. Fuit autem darum tale  
pꝫceptū Iudeis in onus. Pro-  
pter ergo huiusmodi pꝫcepta  
cerimonialia pꝫdicta lex vetus  
dicebat lex oneris: et nō hono-  
ris. Hodie autē pꝫceptū pꝫdictū  
nullo modo obligat: nec i caſu  
neceſſitatis: nec extra: qꝫ oīa ce-  
rimonialia ceſſauerūt i aduētū  
Chriſti: dicitis i cruce. I dñs  
marū ē: ſupple verꝫ teſtamentū  
Iſtū ad ceremonialia qꝫ figura-  
lia erant myſterioꝝ noui teſt.  
¶ Moraliter et pꝫmo pꝫ congre-  
gationē filioꝝ Iſrael / qꝫ ſunt  
qui I Moyses dicēs: Pec ſunt



**A**llegorice et primo: per sex dies: in quibus est operandū intelligi possunt sex opera misericordie corporalis: que enumerantur Mat. xxv. et que impleri iive operari debēt in presentia. Et quicunq; sic operatus fuerit: requiescat in sabbato eterne vite: in qua nullus labor erit: sed requiescent tunc omnes electi a laboribus suis: ut dicitur Apoca. xiiij.

**A**llegorice et secundo: sabbatum quod tempore legis veteris precipiebatur observandū sub pena mortis corporalis: gessit typū diei dominice: que propter reverentiā dominice resurrectionis (que tunc fuit impleta) observanda est sub pena mortis spiritualis et eternalis. Sic enim figura muratur in veritatem: et ymbra in lucē atq; nox in diem.

**A**llegorice et tertio: per sex dies in quibus operandū est: recre possunt intelligi sex etates mūdi. Primus igitur dies fuit ab Adā vsq; ad Noē: sive vsq; ad diluuium. Secundus fuit a Noē vsq; ad Abrahā. Tertius ab Abrahā vsq; ad Moysen. Quartus a Moysē vsq; ad trāsmigrationē Babylonis. Quintus a trāsmigratione Babylonis vsq; ad Dauid. Sextus a Dauid vsq; ad Christum. Et a Christo incepit sabbatū. Tūc enī quicuerunt figure et pphetie: q̄ de aduentu Christi scripte erant: secundū q̄ dicit Mat. xj. Omnes prophete et lex vsq; ad Joannē pphetauerūt: qui scilicet Joannes fuit quasi contēporaneus Christi: demptis sex mensib;: ut pater Luc. j. Quin-

imo adhuc min⁹ si in seipsum a Christi incarnatione: sive cōceptione. Hic est igitur septimus dies: scilicet septima etas mūdi: que bene dicitur sabbatū: quia in eore quiescit Christus multipliciter: scilicet in vtero matris: in cruce: in sepulchro. Ite q̄ fecit in eo quiescere figuras et pphetias antiquas: ut dictū est. Ite q̄ ipse vult in nobis quiescere gratia: iuxta illud Prover. viij. Delitice mee esse cū filiis hominum. Ite per fidem: iuxta illud Mat. xxvij. Ecce ego vobiscū sum vsq; ad consummationem seculi. Qd̄ exponit cōmuniter doctores de p̄sentia sacramentali: aut per fidem: sive vtroq; modo. Hic igitur septimus dies sanctissimus: tum q̄ ille q̄ est sanctus sanctorū: tali die venit ad nos: tum q̄ nobis dedit et reliquit sancta sacramenta: tū q̄ dedit legē sanctā dulcem: mansuetā: iuxta illud Mat. xj. Jugū meum suave est: et onus meum leve.

**A**nagogice: p̄sentis tertius rationabilis potest exponi de ecclesia trīumphante. Nā sine seculi congregabunt cum deo oēs electi eius: q̄ recte designatur per filios Israel. Israel nēpe videns deū interpretatur. Electi autē q̄uis in presentia videant deū p̄ fidē: hec tū visio est multū obscura et enigmatica. Secus autē de beatis et cōprehensivibus: qui vident deū clarē in luce: et facie ad faciem. Et hoc est qd̄ dicit Apoca. j. Lorin. xij. Videmus nunc per speculū in enigmate: tunc autē rem facie ad facie. Ecce quomodo

modo ipsi electi recte dici possunt filii Israel. Huiusmodi autem: filii Israel: et hoc quo ad homines: sex diebus: id est: q̄ diu fuerit in presentia: fecerūt opera bona meritoria: et signa ter se: opera misericordie: ut expositum est. Propter que renumerabuntur in illo sancto sabbato: id est: in requie sempiterna: que illis reddetur in celo. Nam ut dicit Augustinus in questionibus super Exodū: q. cxxxj. plenitudo sabbati erit in requie sempiterna. In cuius figuram institutum est sabbatum sabbatorum. Hec ille. Tale autem sabbatum non est non claudet: sed semper lucidū erit: eo qd̄ sol illius: id est: Christus non occidet: ut dicitur Esa. vi. Erit (inquit Esaias) dominus tibi in lucem sempiternam. Item Apoca. xvj. dicitur: q̄ ciuitas illa super celestialis non eget sole: neq; luna: et lucant in ea. Nam claritas dei illuminabit eā: et lucerna eius est agnus: et ambulabunt gentes in lumine eius. Sequitur: Nox non erit ibi. Ecce quomodo dicitur sabbatum sempiternum erit. Ibi etiam non succendetur ignis: quia frigus ibi non erit: sicut neq; calor. Hec enī et similia ibi cessabūt: que possunt distemperare humanam corpora. Unde Apoca. vij. Non cadet super illos sol: neq; vllus estus: et similiter dicitur de frigore. Et breuiter omne maledictum: id est: pena non erit ibi: ut dicitur Apoca. vltimo.

**E**t ait Moyses ad omnem cateruā filiorū Israel. Iste est sermo quē precepit dominus: dicens: Separate a me primitias dño. Omnes voluntarij et prono animo offerat eas dño. Aurū et argentū et es: hinc in thū: et purpurā cocciq; distinctū: et byssum pilos captarū: pelleq; captarū rubicatas et hinc in thū: ligna serphim: oleū ad luminaria cōsumenda: et vt conficiat vnguentū et thymiana suauissimum: lapides onichinos: et gemas: ad ornarū super humeralis et rationali. Quisquis vestrū sapiens est: veniat et faciat qd̄ dñs imperauit: tabernaculum scilicet et tectū eius: atq; operimentum: annulos et tabulata cum vectib;: parillos et bases: arcam et vectes: propiciatorij et velum quod ante illud appenditur: mensam cum vectibus: et vasis: et propiciationis pantibus: candelabrum ad luminaria sustentēda: vasa illius: et lucernas: et oleum ad nutrimenta ignium: altare thymamari: et vectes: et oleum victionis: et thymiana ex aromatis: tentorium ad habitum tabernaculi: salrare habitaculi: et craticulam eius: eneam cum vectibus et vasis suis: sabrum et bases eius: cortinas atrij cum columnis: et bases: tentorium in foribus vestibuli: parillos tabernaculi: aris cum funiculis suis: vestimenta quorum usus est in ministris

ministerio sanctuarij. Vestes Aaron pontificis | ac filiorum eius: vt sacerdotio fungantur mibi. Egrediaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi obtulerunt primitias domino | ad faciendum op<sup>9</sup> tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum: et ad vestes sanctas necessarium erat: viri cum mulierib<sup>9</sup> prebuerunt: armillas | et in aurea | annulos: et deretras. Omne vas aureum in donaria domini separatum est. Si quis habebat aurum | hiacinthum | et purpuram | coccoque bis tinctum | byssum | et pilos caprarum | pelles arietum rubicatas | et hiacinthinam | argenti | et aurum | et meralla obrulerunt | dno lignas serphim in varios vius. Sed et mulieres dicte que venerant | dederunt hiacinthum | purpuram | ac vermiculum | ac byssum | et capillos caprarum | sponte propua cuncta tribuentes. Principes vero obrulerunt lapides onichinos | et gemas | ac superhumerales et rationale | aromatas | et oleum ad luminaria | et censemandam | et ad preparandum | vnguentum ac thymiamam | odoris suavissimi componendum. Omnes viri | et mulieres | mente deuota obrulerunt donaria: vt fierent opera que iusserat dñs per manum Moysi. Licti filij Israel volutaria dño dedicauerunt. Dixitq<sup>9</sup> Moyses ad filios Israel: Ecce vocauit dñs et nomine Beseleel filium Pur | et filij Pur | de tribu Juda. Impleuitq<sup>9</sup> eu spiritu dei | sapientia | et intelligentia | et scientia | et omni doctrina | ad cogitandum

et faciendum opus in auro | et argento | et creta | et ferro | sculpendum lapidibus: et opere carpentario. Quicquid fabre adinueniri potest | dedit in corde eius. Doliab q<sup>9</sup> filium Achisamech de tribu Dan | ambos eruditur sapientia: vt faciant opera abietarij | polymitarij | ac plumarij | de hincincho | et purpura | coccoque bis tincto | et bysso: et terant omnia ac noua queq<sup>9</sup> reperiant. ¶ Historialiter: Postq<sup>9</sup> in precedenti clausula Moyses valde stricte ex parte dñi preceptum habebat custodiri: ita vt non liceret in ea ignem passum succedere: sed tñ in vigente necessitate: vt dictum est: hic consequenter perit donaria a populo pro construendo opere tabernaculi: cui mente deuota amantissime populus. Refert ergo Moyses de seipso | quasi de quodam alio tertio | dicens: Locutus est Moyses ad omnem carerum filiorum Israel. Est autem carerum (qm dñm Pet. de Pal.) multitudo populorum maioris: q<sup>9</sup> minoris. Unde p hoc differt a turba: q<sup>9</sup> turba est multitudo minoris: siue parui populi: et dicit eis: Iste est sermo id est res sermone expressa: quem precepit dñs fieri. Ac si diceret: Nō recitatus sol<sup>9</sup> accepta dño. Separare apud vos primitias dñi | id est: precipua et preciosiora: vt illa offeratis dño. i. ad honorem dñi. Omnis volutaris etc. Sic ergo reperitur preparatio materie | qua fieri debebat opus tabernaculi: de quo dictum est supra. xxx. c. et pluribus alijs capitulis sequentibus. Verum q<sup>9</sup> hoc

hec materia intercepta fuerat | et aliquantulum omissa: propter neplandam idololatriam qua populus commiserat in adoratione vituli aurei | de quo in precedentiibus dictum est: et de punitione dno dno idololatriam: ideo Moyses nunc reuertitur ad potestatem suam principale. Dicit ergo: Omnis voluntarius et pno animo offerat hmoi primitias dñi | nō ex tristitia aut necessitate: q<sup>9</sup> vt inquit Apost. Philarem datorum | dicitur deus. Consequenter Moyses specificat que sint illa: cum ait: Aurum | et argentum etc. De hac materia plene habetur supra. xxx. c. et capis seq. ideo ptranseundum est. Sequitur: Quisquis vestrum sapiens est | veniat. glo. Interli. seq. sponte: et faciat quod dñs imperauit. Quauis est supra | vtz. xxxj. c. Beseleel et Doliab ad hoc op<sup>9</sup> sunt electi tanq<sup>9</sup> principales et magistri: hic tamen aduocatur alij tanq<sup>9</sup> secundarij et ministri. De his desubdit Moyses que sunt factenda in huiusmodi tabernaculo: cum ait: Tabernaculum scilicet et rectum etc. De his omnibus vide postillatores | signatim de Lyra | et de Palud. qui prolixet tractant hanc materiam quantum ad sensum literalem.

¶ Circa presentem clausulam mouentur aliqua dubia. ¶ Primum igitur dubium: cur Moyses in presenti caplo copulat materia de obseruandis sabbatarum cum preparacione materie | qua fieri debebat opus tabernaculi. Hec est duo nullam coherentiam videntur inter se habere: sed videntur quasi disparata: Dicendum q<sup>9</sup> ratio

fuit: quis enim in hac secunda clausula: et in sequentibus ipse Moyses erat acturus de preparacione et sacra ipsius tabernaculi: et de pertinentibus ad ipsum tam intrinsece q<sup>9</sup> extrinsece: que pfecto valde magnam erant in quo quidem opere multo dies expendendi erant: ideo ne populus Hebreus crederet q<sup>9</sup> liceret tibi operari circa huiusmodi opus | die sabbati: remouet et soluit hoc dubium: valde dilucide prohibens operari in die sabbati: etiam ppter dictam occasionem. Cum tamen in lege gratie liceat operari ex charitate p opere ecclesie pauperis: vt dictum est. Et ex hoc concluditur q<sup>9</sup> lex verus erit in multis austerior et durior lege noua.

¶ Secundum dubium: vtrum isti duo viri Beseleel scilicet et Doliab fuerit soli electi a domino ad hoc opus faciendum? Dicendum q<sup>9</sup> non: quia supra vires eorum erat. Nos tamen elegit dñs tanq<sup>9</sup> principales: et multos alios tanq<sup>9</sup> min<sup>9</sup> principales: quorum numer<sup>9</sup> ignorat. Nō enim solent tales subfamulantes communiter numerari in sacra scriptura. Vel forte tales non elegit dñs per se et immediate: sicut duos primos. Sed p hos elegit alios quos iudicauerunt idoneos ad constructionem predicti tabernaculi.

¶ Tertium dubium mouet propter illud verbum: Omnis voluntarius etc. Queritur ergo cur Moyses nō imposuit certam taxam populo | vel cuiuslibet de populo | potente contribuere ad opus tabernaculi: sed hoc commisit



misse voluntati eorum? Dicendum quod preter rationem moralem (de qua postea dicitur) hoc fuit ratio literalis. Quod enim per raram soluturam communiter sinitur soluitur etiam quantum ad eum parum sicut patet in talibus et tributis principum. Naturaliter enim quilibet odit coactionem et amat libertatem. Paratus fuerunt plus facere sponte quam coacte. Rationabiliter ergo dixit Moyses ad populum: Omnis voluntarius etc.

**Quartum dubium:** Quomodo populus Hebræus et quod sepe notat de avaritia in sacra scriptura: tam sponte tribuit illa quam erant necessaria ad constructionem tabernaculi etiam plus quam erat necesse? Ad hoc in primis dicendum est quod hoc factum est a domino interius eos ad hoc movente qui potest de tenaci facere liberalem. Secundo dicendum quod quoad hoc ita evenit ut avarus transiret de extremo virtutis ad aliud extremum: quasi nesciens tenere medium. Quasi queratur unde illi populo peccare regre constituitur tante divitie? Dicendum quod partim ex spolijs Egyptiorum: et partim ex propria industria.

**Quintum dubium:** in quanto tempore opus tabernaculi factum est? Josephus dicit quod omne tempus ad opus faciendum transiit in mensibus septem. Et hoc videtur approbare Petrus Lombardus. Sed necesse est tunc aliter dicere: aut quod cum archiepiscopus Beseleel scilicet et Doliab fuerunt multi subministrati: aut quod in illis septem mensibus non fuerit facta nisi coadunatio

et adaptatio materie ipsius tabernaculi. Preparatio autem materie prius facta fuerat. Sed per quod tempus non tradunt historiographi quod non loquuntur nisi de principali.

**Secundum dubium** dicitur propter illud verbum: et propiciationis panibus. De huiusmodi panibus propiciationis dicitur est prius: v. c. circa finem quod isti panes erant. xij. numero: quos non licebat tangere nec comedere: nisi sacerdotibus qui caudam ponebantur singulis sabbatis intra propiciationis amoris in frigidatis et induratis. Hic autem pertinebat ad artifices ipsius tabernaculi qui laici erant. Igitur non solum ad sacerdotes. Ad hoc dicendum: secundum dominum Petrum de Palud. quod Moyses hic per panes propiciationis forte intelligit. xij. patenas aureas que plene thure sabbatim hebdomadam super. xij. panes. Vel dicendum quod huiusmodi panes possunt dupliciter considerari: scilicet quantum ad consecrationem et usum: et sic sacerdotibus spectabant. Vel quantum ad situm et locum in quo reponi debebant intra tabernaculum: et hoc agebat officium eorum qui operati sunt tabernaculum cum pertinentiis eius: tam interioribus quam exterioribus. Vel dicere panes nisi ante consecrationem et benedictionem. hoc autem licuit eis. De exemplum de fabro argentario qui tangit calicem non consecratum sed non potest.

**Septimum dubium** versat circa oleum

oleum quod consecraverunt dicitur artifices: Utrum scilicet consecraverunt oleum quod fuit expositum in usus tabernaculi? Sed idem permansit in esse et quousque venient in terram promissionis? Ad hoc respondet dicitur de Palud. quod non est multum probabile quod ita fuerit: tum quia ignorabatur quantum tempore debebat durare usus dicitur tabernaculi: tum quia cum usus illi duraverit fore. et ante in decursu rationis dicitur oleum fuisse exhalatum: et sic potest differre odorem et virtutem suam naturalem ad illuminandum intra templum: sicut patet de oleo veteris cuiuslibet etiam speciei et virtutis sit. Confectiones itaque quas fecerunt edificatores tabernaculi de oleo non fuerunt facte pro toto tempore pro quo debuit durare ipsum tabernaculum: sed tamen tempore pro quo possibile erat eas in sua plena virtute conservari. Possimus ergo dicere quod ipsi fecerunt primum oleum et primas consecrationes olei: que fuerunt consumptæ primitus in ipso tabernaculo: et similiter primos panes propiciationis: scilicet de alijs.

**Octavum dubium** movetur propter illud verbum: Beseleel filium huri etc. Queritur ergo quomodo iste Beseleel potuerit esse magister principalis operis tabernaculi cum nondum esset natus: et per hoc et his que leguntur. i. Paralip. ij. Ad hoc dicunt quidam quod fuerunt duo viri huius nominis Beseleel. De hoc videtur dominum patriarcham de Palud. prore deducit suum hoc passum hoc dubium. Similiter ipsum deducit mag. Nic. de Lyra in primis v. c. xxi. c. huius libri: dicitur nihil de hoc volui scribere.

**Nonum dubium:** cum dominus per infusionem erudierit primum hos duos viros: v. c. Beseleel et Doliab: et hoc quo ad edificationem mirabile tabernaculi: testimonium: deinde Salomone: ut legitur iij. Reg. iij. unde propter summam eius sapientiam dicitur esse antonomastice sapiens: huiusmodi quod inter hos fuerit maior sapientiam dicitur a deo: Uideret quod isti duo de quibus in presenti agit. hoc autem probatur duplici testimonio: v. c. dicitur de i. Moysi. Et quidem de testi monio dei habetur. s. v. c. xxi. c. in cuius principio sic legitur: Locutus est dominus ad Moysen dicens: Ecce vocavi ex nomine Beseleel et filium huri: sicut huri de tribu Juda: et implevit eum spiritu dei: sapientiam et intelligentiam et scientiam in omni opere: ad cogitandum quod dicitur breviter potest ex auro etc. dicitur de hoc socii Doliab etc. Sequitur: Et in corde hominis crudiri posuit sapientiam: ut facta esset cuncta que etc. De testimonio autem hominis legitur in presenti clausula: quod Moyses de corde Beseleel ait ad filios Israel: Ecce vocavi dominus ex nomine Beseleel: et implevit eum spiritu dei sapientiam et intelligentiam: et facta est cuncta ad cogitandum et facta est omni doctrina: ad cogitandum et facta est opus in auro etc. Et post pauca: Quicquid fabricaverint potest: dedit dominus in corde eius. Et idem postea dicitur de facio eius Doliab. Uideretur ergo quod isti duo viri fuerint peritiores et eruditiores Salomone. In oppositum autem argui potest quod Salomone fuerit illis eruditior. Nam iij. Reg. iij. legitur de eo quod postquam petivisset sapientiam a domino: respondit ei dominus dicens: Quia postulasti verbum hoc etc.

non petisti dies multos: nec di-  
uitias: aut animas inimicorū  
tuorū: sed potulasti tibi sapien-  
tiam ad discernendum iudicū:  
ecce feci tibi secundū sermones  
tuos: et dedi tibi cor sapiens et  
intelligēs: in tū vt nullus ante  
te similis tui fuerit: nec post re-  
surrecturus sit. Et eadē pmissio  
dñi repetitur. ij. Paralip. j.  
Videtur ergo qd Salomon fue-  
rit istis duobus viris qui edifica-  
uerūt tabernaculū: cruditiō:  
signanter cum illi dixerit dñs  
qd nullus in sapiētia fuerit ante  
eum similis? Responso: dicē-  
dum qd de sapientia Salomō-  
nis possumus loqui dupliciter:  
scilicet in genere et in specie. Item  
in genere: aut in specie. Item  
in reges: aut quascunq; alias  
personas. Si in genere: aut in  
specie: sive inter quascunq; per-  
sonas: sic sapiētia Salomōnis  
non fuit summa. Non enim re-  
pugnat quin aliquid qui non fue-  
runt de numero regū: eum hoc  
modo exceperint: vt Apostoli  
post susceptionem spiritus san-  
cti: et signanter quo ad veram  
notitiam sacre scripture: et ne-  
cessarioz ad salutē: et simili-  
ter circa aliquā specialem ma-  
teriam. Nā duo illi viri: de quibus  
hic agit: creduntur fuisse per-  
tiores ipso Salomone: quantum  
ad artem quam habuerunt in  
edificando tabernaculū. Si ve-  
ro loquamur extrinsece: et in ge-  
nere: atq; comparando ipsum  
Salomonem ceteris regibus: qui  
ante eum fuerūt: aut post eum  
regnauerunt. ipse omnino talis  
in hoc excessit. Nam si sit que-  
stio de eius sapientia in gene-  
re: legitur. ij. Reg. iij. verius

finē: qd ipse locutus est tria milia  
parabolas: et fuerunt carni-  
na eius quinq; milia. Sup hoc  
autem dicit de Lyra: qd in lib.  
parabolarum ipsius Salomo-  
nis: quem habemus: non conti-  
nētur omnes parabole ipsius:  
quia in eo non continentur nisi  
si non gēti. xv. Nō in Hebreo  
Quantū etiam ad numerū car-  
minū eius: dicit idem doctōr  
qd in Hebreo habet. quinq; ex  
mille. Nam sibi modum loquē-  
di Hebraicum: quando duo nu-  
meri simul iunguntur: minor  
munitur preponitur. Insuper  
dicit: qd non omnia predicta car-  
mina continentur in libro: qui di-  
citur Cantica canticorū. Dicitur  
etiam vbi supra: qd ipse Sa-  
lomon disputauit super lignis  
cedro: que est i Libano: et qd  
ad hyssopum que egreditur de  
pariete. Est autem cedrus Li-  
bani arbor maxima: hyssopus  
autem arbor parua. Vult ergo  
dicere qd ipse disputauit de o-  
mnibus arboribus: determinando  
de naturis et proprietatibus: et  
rum: maxime de illis que erāt  
necessarie vel vtilē: vt huma-  
ne in medicinis: et similibus.  
Item vt subditur ipse Salo-  
mon differuit de iumentis et ve-  
lucris: et reptilibus et piscibus:  
maxime in quantum talis veniūt  
in vsum et vtilitatem hominū.  
Patet ergo quāta fuerit sapiē-  
tia Salomōnis in genere. Unde  
de (quātum ad hoc) superauit  
predictos artifices tabernaculi.  
¶ Decimū dubium: quare Mo-  
yses in propria non fuit a dño  
inmediate electus: vt construc-  
ret ipsum tabernaculū: Respon-  
detur: qd hunc elegerat dñs ad  
alius

alius officii: vt scilicet esset  
legifer et dux populi: versus ter-  
ram promissionis. Hoc autem  
requirebat totum hominem: et  
vltia. Quia non nisi speciali-  
ter adiutus a domino potuit  
tantum officium debite exer-  
cere. Unde ad hoc propositum  
facti: qd Iertho: cognatus eius:  
dem Moysi: dixit ei: quādo vi-  
dit eum valde occupatum i iu-  
dicando causas et querelas po-  
puli a mane: vsq; ad vespēram  
Ecc. xvij. Stulto (inquit) la-  
borē cōsumeris: et tu et populus  
iste qui tecum est. Ultra vires  
tuas est negociū. Solus ihud  
non poteris sustinere: sed audi  
verba mea: atq; consilia: et erit  
dominus tecum. Esto tu popu-  
li in his que ad deum perti-  
nent: vt referas que ad eum di-  
cuntur: ostendatq; populo ce-  
rimonias et ritum colēdi deū:  
namq; per quam ingredi de-  
beant: et opus quod facere  
debeant. Deinde sequitur:  
¶ Prout autem de omni ple-  
be viros sapientes. Si hoc fe-  
ceris: implebitis iugium domi-  
ni: et precepta eius poteris su-  
stentare. Quibus auditis: Moy-  
ses fecit omnia illa: que ille  
suggererat. Et electis viris  
strenuis de cuncto Israel: cō-  
stituit eos principes populi: tri-  
bunos: et centuriones: et quin-  
quagenarios: et decanos: qui  
iudicarent plebem domini om-  
ni tempore. Quicquid autem  
gratius erat referebant ad  
eū: facilius tantūmodo iudi-  
cātes: ita in proposito electio-  
ne non humana sed diuina: deo  
valente supportare serui sui  
Moyse: a constructione taber-

nauli: factū est vt predicti duo  
sapientes viri Beseleel et Ooli-  
ab ad hanc sarcinam assume-  
rentur.  
¶ Moraliter et primo iuxta il-  
lud verbū: Separate apud vos  
primitias domino. Per primitias  
quas filij Israel iussu sunt  
separare: et domino offerre: in-  
telliguntur: (secundū Ougēnē)  
et ponitur in glo. ordi. bonę co-  
gitationes et affectiōes: atque  
desideria sancta. Hec enim sūt  
primitie bonorū operū: quas  
debemus separare a malis co-  
gitationibus: affectiōibus: et  
desiderijs: et dño offerre. Jus-  
tū enim est vt sicut huiusmodi  
primitie procedūt a deo: qd vt  
ait Apost. ij. Corin. iij. Nō su-  
mus sufficientes cogitare ali-  
quid a nobis: quasi ex nobis:  
sed sufficientia nostra ex deo  
est. Et Philip. ij. Deus est qui  
operat in nobis: et velle: et per-  
ficere pro bona voluntate sua:  
similiter ad ipsum referantur tā-  
q; in finē: qd ipse est alpha et o:  
principiū et finis: vt dicit Apoca.  
xviij. Qui autē sic separat suas  
primitias dño: meref vt in cen-  
tuplo postea multiplicent. Dis-  
cat ergo homo cui deus largif  
tates primitias. i. initia virtu-  
tum et bonorū operū cū psal.  
Non nobis dñe: in nobis: sed  
nomini tuo da gloriam. Nobis  
enim non nisi confusio: et tibi  
soli gloria. Dicente Aposto. j.  
Timoth. j. Regi seculo: et im-  
mortalis: inuisibilis: soli deo:  
honor et gloria: in secula seculorū.  
i. in eternū. Sed reuera  
valde pauci sunt qui hodie re-  
ferāt primitias suas domino:  
vel forte quia tales nō habēt:  
Rk vel

vel si uterque habent: statim  
isurgit quedam gloriatio vana/  
que totum destruit. Propter quod  
merito dicere possumus illud  
Dan. iij. Non est in tempore hoc  
locus punitiarum coram re.

Moraliter et secundo / per  
hoc quod Moyses ex parte domini  
precepit filiis Israel / ut se-  
parent primitias domino: de-  
signatur quod boni et iusti qui sunt  
de sorte domini debent separari  
de se a consortio malorum: quod  
tunc et ubi possit. Da exemplum  
de pastore / qui separat oves sa-  
nas de consortio morbidarum:  
quia vna sola pecus inficit om-  
ne pecus. Et idem dicitur de  
bente infecto. Hinc psal. ait:  
Lum perueris peruerteris. Et  
Eccl. xij. Qui communicauerit  
superbiam / induet superbiam.  
Unde ibi datur exemplum de  
illo qui tangit picem. Talis enim  
statim inquinatur ab ea. Ita  
in proposito: Propterea Apoc.  
xvij. nos admonet dominus / ut  
vitemus societatem malorum /  
dicens: Exite de illa. scilicet de socie-  
tate malorum / quod per Babilo-  
nem designatur / et ne partici-  
pes sitis delictorum eius: et de  
plagis eius non accipiatis: id  
est / ne consequenter sitis par-  
ticipes penarum eius: quoniam  
perueniunt peccata eius usque  
ad celum. Unde in figura  
huius dixit dominus in peccato  
dedit capitulo filiis Israel: La-  
ue ne cum habitatoribus ter-  
re Amozeorum / Chananeo-  
rum / et ceterorum gentium  
linguas amicitias: que sint tibi  
in ruinam.

Moraliter et tertio / iuxta  
illud verbum: Omnis voluntas

et prono animo etc. Nota  
dum / quod in istis verbis: et aliquid  
bus sequentibus: exprimuntur  
aliquae conditiones pulchre  
requisite ad oblationem que  
fit domino. Prima est / ut fiat  
voluntarie: et cum promptu  
dine animi: quia teste apost. ij.  
Corinth. nono. Dilarem dato-  
rem diligit deus. Et Gregorius:  
Non sunt deo gratia coacta ser-  
uitia. Nec autem conditio ta-  
giturici dicitur: Omnis volun-  
tarius etc. Non est ergo aliquid  
offerendum domino ex tristi-  
tia / aut ex necessitate: ut dicit  
idem Apolto. ubi supra. Item  
Eccl. xxv. In omni dato his  
larem fac vultu tuum. Et Apo-  
Rom. xij. Qui miscratur in his  
laritate. Secunda conditio: do-  
ne oblatiois que fit domino: est / quod  
fiat de primis fructibus quan-  
tum est possibile. Hoc autem  
innuitur per hoc nomen: primi-  
tias. Et hinc est / quod aliquid existit  
tes in matrimonio / deuocent  
primum fructum matrimonij  
ecclesie: et signanter si fuerit  
maiusculus. Quod si fuerit femella  
deuocet eam religioni. Nihil  
ominus ad hoc neuret reuertit  
nisi sua sponte / tempore oppor-  
tuno consenserint. Tertia con-  
ditio est / quod huiusmodi oblatio  
fiat de meliori. Et hoc argitur  
cum dicitur: Aurum / supple offe-  
rat / et argentum etc. Sicut enim re-  
ges et principes volunt census  
suos solui de bona et integra  
moneta: ita et deus: cum sit rex re-  
rum / et dominus dominantium / iustus  
est / ut meliora sibi offerantur.  
Propterea Malach. i. dicitur:  
Maledictus dolosus qui ha-  
bet in grege suo masculum / et  
votum

votum faciens immolat debi-  
le dno. Quia rex magnus ego /  
dicit dno exercituum. Unde in  
figura huius legit Levit. xij.  
quod nullo modo licebat offerre  
immundum dno. Dicit etiam Se-  
ne. iij. quod Cain qui obrulit do-  
mino / fuit reprobatus a domino.  
Quarta conditio est / quod talis  
oblatio fiat de proprio: et non de  
alieno. Hoc autem innuit / cum di-  
citur in textu: quod mulieres do-  
cte que venerat / obdederunt supple  
ad opus et ornamentum taberna-  
culi: in super omnes viri et mu-  
lieres mere deuota obrulerunt  
donaria etc. Hinc Prover. iij.  
dicit: honora dnum de tua sub-  
stantia. i. de rebus bene acqui-  
sitis / non de alienis: quia obla-  
tio de alieno non placet deo.  
Quinto: ut dicit Eccl. xxiiij.  
Qui offert sacrificium de subita-  
tis pauperis / quasi qui victimat  
filium in conspectu patris. Et  
Esa. lvij. Frange esurienti pa-  
nem tuum: non autem dicit / pa-  
nem alienum. Contra quod faciunt  
multi / qui (ut vulgo dicitur) sa-  
ciunt de alieno corio / largam  
conam. Da exemplum de as-  
persione vvarij / et raptoribus  
aliene substantie / facientibus in-  
terdum grossas fundationes in  
ecclesijs: et huiusmodi.

Moraliter et quarto: Exem-  
plo Hebreorum / qui tam spon-  
tanee et copiose obrulerunt sua  
ad constructionem tabernacu-  
li: ut diceret illis Moyses /  
Sufficit: instruuntur catholici  
spontanea offerre partem bono-  
rum suorum pro erectione ma-  
nitentione aut reparatione sa-  
crozum locorum: et maxime quas

do reddat / sibi assignari ab an-  
tiquo ad hoc non suppetunt.  
Idem dic pro omni causa pia:  
vt pro defensione fidei / quae  
do impugnatur ab infidelibus:  
et huiusmodi. Unde illis qui  
talibus causis tribuunt tempo-  
ralia / solent summi pontifices  
largiri spiritualia: vt indul-  
gentias / et similia. Nec enim est  
vera causa faciendi huiusmodi  
indulgentias. Laeant tamen  
tales ne faciant de non causa cau-  
sam / subtrahendo ingentem pecuniam  
a barbaris: vt dicitur /  
circa annum domini M. quinta-  
gesimo. Hinc Prover. iij. fuit cruciata pres-  
dicata / et hac de causa congre-  
gata ingens pecunia: nec tamen  
factum est id pro quo collecta  
fuerat. Propter quod graua scanda-  
la secuta sunt. Laeco de bel-  
lis que postmodum secuta sunt:  
et hoc forte in penam.  
Moraliter et quinto: et ceteros  
mitter ad de Lyra. Per ea que  
fuerunt corporaliter oblata in  
constructione tabernaculi / in-  
telliguntur ea que faciunt ad  
edificationem ecclesie spirituali-  
ter. Nam per aurum intelligitur  
fulgor sapientie / quam offerunt  
doctores. Per argerum vero  
puritas conscientie / quam offerunt  
innocentes. Per es autem / eloque-  
rie sonoritas / quam offerunt pre-  
dicatores. Per hyacinthum / qui  
est coloris celestis / intelligitur  
meditatio celestium / quam offerunt  
contemplatiui. Per pur-  
puram / recordatio dñice passio-  
nis / quam offerunt christiani  
propter copassum. Per coccum bis-  
tinum / gemine charitatis in-  
cedit: dei scilicet / et proximi: quod  
R R ij offe-

offerunt charitati. Per bys-  
sum honestas conuersationis/  
quam offerunt honestate deco-  
rari. Per pilos caprarum et qui-  
bus sunt cilicia: asperitas pen-  
nitentie / quam offerunt propria  
carnem macerantes. Per pel-  
les arietum rubricatas: deside-  
rium martyrii / quod obtulerunt  
martyres. Per pelles hyacin-  
thinas (que sunt coloris cele-  
stis) vita cōfessorum / quā offe-  
runt ipsos imitantes. Per ligna  
Setim (que sunt impuribus  
lignis) firmitas in bono / quā offe-  
runt perseverantes. Per oleum  
suauitatis pietatis / quā offerunt  
misericoordes. Per lapides on-  
ychinos / exempla edificati-  
ua / que offerunt illi qui alijs pre-  
bent bona cōempla. Per gem-  
mas generaliter supras / intelli-  
guntur quocumque bona in fide et  
moribus ecclesiam edificati-  
ua. Hec de Lyra bene.  
¶ Moraliter et sexto / confor-  
matur ad glo. interl. hec omnia  
que exterius offerebant Iudei  
pro constructione tabernacu-  
li / et eorum que ipsum concerne-  
bant: intelliguntur ea que sunt  
domino offerenda / et que intra-  
nos sunt. Nam per aurum / intelli-  
gitur fides: per argentum / con-  
fessio: per es (quod sonum reddit)  
intelligitur interpretatio de  
lingua in linguam: per hyacin-  
thum purpuram et cetera: intel-  
ligimur nosmer ipsi qui de qua-  
ctua clementis substitimus / qui  
etiam tubemur offerre nosmet-  
ipsos domino.  
¶ Moraliter et septimo / et ali-  
ter dicitur per aurum (quod est ex-  
cellētius ceteris metallis) in-  
telligitur charitas / que inter

ceteras virtutes theologicas  
(que sunt omnibus alijs virtu-  
tibus prestantiores) est excellē-  
tior: secundum illud. 1. Corin. xiiij.  
Nunc manent fides / spes / cha-  
ritas / tria hec: maior autem horum  
est charitas. Per argentum quod  
est clarum: intelligitur cordis  
claritas et munditia / que oblata  
deo multum prodest: iuxta illud  
Matt. v. Beati mundo corde /  
quoniam ipsi deum videbunt.  
Per es (quod sonorum est) in-  
telligitur cordis tubilatio / qui-  
tamen frequenter a solo deo / qui  
intuetur corda hominum / audi-  
ditur. Aliquando autem exterius  
se perdit: et tunc ab angelis et ho-  
minibus percipitur per aliqua  
sensibilia signa. Letera per-  
transco / quia legum nimis esset  
de singulis dicere.  
¶ Moraliter et octavo / iuxta  
illud verbum: Sed et mulieres  
doctre que venerat: id est filia:  
dederunt etc. Per hoc de-  
notatur quod mulieres sunt fre-  
quenter deuotiores et proprios  
res ad potrigendum manum ad-  
iutrices circa tabernaculum do-  
mini. i. circa ecclesias et perti-  
nencia ad eas: cuiusmodi sunt  
que nendo seu silando procu-  
rari possunt: ut sunt albe / ma-  
gis / seruiete / et similia: que viri qui-  
rum studium non est circa talia.  
Nec talia tribuendo p̄p̄s locis /  
iniuste agunt: quasi defraudā-  
tes viros suos: tum quia viri cō-  
muniter relinquunt dispositio-  
nem talium / tanquam rerum minime  
norum / vixibus suis: tunc quia talia  
communiter procurantur lu-  
cro et arte dictarum mulierum.  
Modo secundum doctores / ubi  
vixor est lucrosa: potest facere  
elemo-

elemosinā viro nescio et igno-  
rare. Et presertim ubi ex hoc  
res domestica non patitur no-  
tabile detrimentum.

¶ Moraliter et nono / iuxta il-  
lud verbum: Principes vero ob-  
tulerunt lapides onychinos etc.  
Per hoc denotatur quod princi-  
pes et diuites plus debent of-  
ferre p̄p̄s locis et pauperibus /  
quam simplices et pauperes: iuxta  
illud Tobie. iij. Si multum ti-  
bis fuerit / abundanter tribue: si  
exiguum tibi fuerit / etiam cri-  
gulum libenter impartiri stude.  
Ubi enim crescit donatio etiam  
gratiarum actioes crescere de-  
bent: dicente Hier. homil. ix.  
cū inquit augentur dona: etiā  
rationes crescit donorum. Ad  
etiam aperte confirmavit Chri-  
stus Luce. vij. ubi concludit quod  
non immerito Magdalena p̄p̄-  
eum dilexit / et Simon lepro-  
sus: quia plus pro ea fecerat /  
quam pro dicto Simone. Quia er-  
go ipse dominus plus multo  
ditavit p̄p̄s alios: ideo  
ip. plus tenentur offerre: tam  
in p̄p̄s locis / quam in alijs opcri-  
bus pietatis.

¶ Moraliter et decimo / quasi  
iuxta idem propositum: conclu-  
dere possumus / quod principes an-  
tiqui / et qui fuerunt tempore quo  
edificatum fuit tabernaculum do-  
mini: fuerunt deuotiores circa  
huiusmodi tabernaculum / quam  
principes catholici circa ecclesias  
Ihu enim offerebant sp̄p̄te ma-  
gna et preciosa donaria. Ubi  
principes catholici / et qui se  
defensores ecclesiarum dicunt /  
tributarium faciunt ecclesiam:  
ita ut cum gemitu possit hodie  
dicere illud Threnorum primo:

Princeps prouinciarum facta  
est sub tributo. Non est qui co-  
soletur eam ex omnibus cha-  
ritis eius. Nam qui maiores sunt  
in ecclesia facti sunt velut ca-  
nes muti / non valentes latras-  
re: vt dicitur Esa. lvj. Luit rati-  
o subditur: cum dicitur in ipso  
Esa. Nescierunt saturitatem:  
id est non habent tales p̄p̄-  
ta beneficia ad sufficientiam: sed  
aspirant continue ad amplio-  
ra. Pro quibus obtinendis p̄p̄-  
plaudunt ipsis principibus: non  
audentes illis contradicere.  
Interdum etiam illis paritur  
a tributo vt taceat: et sic paupe-  
res curant / et alij abbates / po-  
res et ceteri minores habentes de  
patrimonio crucifixi / apparen-  
tius compellantur solvere p̄p̄-  
cta tributa: et sic hac tempe-  
state redigitur ecclesie liber-  
tas quā in seruitutem: et princi-  
pe prouinciarum efficitur  
sub tributo.

¶ Allegorice et primo / primi-  
tie que iusse sunt separari dño  
per Moysen: sunt merita san-  
ctorum martyrum / qui fuerunt  
in primitiua ecclesia. Unde de  
vno quoque tali potest dici illud  
quod canit ecclesia tempore  
paschali. Filie Hierusalem: id  
est anime deuote: venite et vi-  
dere martyres: id est fidei Chri-  
stiane testem. Hoc enim sibi  
vult hoc nomen martyrum: in dia-  
demate quo coronauit eum ma-  
ter sua: id est / ecclesia trium-  
phans: ideo sequitur / in die so-  
lennitatis et letitie. De sanctis  
etiam innocentiibus legitur  
Apocalyp. xiiij. P̄empti sunt  
primitie deo et agno. Et nota-  
ter dicitur predicti sancti  
R R iij nocē

nocentes primitie / quia fuerunt  
primiti fructus ecclesie Christi  
ne / qui occisi sunt in odium  
Christi / quem Herodes rex im-  
pius iter eos querebat ad mor-  
tem. Post quos secuta est tur-  
ba aliorum sanctorum mar-  
tyrum / quos dinumerare ne-  
mo poterat: ex omnibus genti-  
bus / tribubus / populis / et linguis /  
fidentes ante thronum / siue p[ro]fide  
in presenti / siue per aperta[m] vi-  
sionem in celo . Ecce quomodo  
separate sunt primitie san-  
ctorum martyrum . Unde etiam in  
ipsa ecclesia presenti / et militan-  
te dicitur martyres speciali ho-  
nore illis debito honorantur:  
et speciali gratia in ecclesia triu-  
phantis . Propter quod canit ec-  
clesia dicens ad dominum : Te  
martyrum candidarum laudat  
exercitus . Nam inmediate or-  
dinantur post sanctos dei apo-  
stolos / et ante omnes confesso-  
res . Quod autem subditur : Om-  
nis voluntarius / et prono ani-  
mo etc . referendum est ad ipsos  
martyres / qui non coacte sed  
sponte passim sunt mortem pro-  
pter Christum / et eius legem .  
Primo de illis canit ecclesia / di-  
cens : Tradiderunt corpora sua  
propter deum ad supplicia : ut  
heredes fierent in domo do-  
mini . Merito etiam cum pate-  
rentur dicere poterant illud  
verbum psalmi . Propter te mor-  
tificamur tota die . Unde qui-  
dam eorum ad mortem et ad  
ignes currebant : alij autem ty-  
rannos tritabant / ut celerius  
et seuerius mortem infererent : alij  
vero firmiter et intrepide ipsam  
mortem expectabant . Primum  
canit ecclesia in hymno de eis

de martyribus / dicens : Hic p[ro]p-  
ter  
supple Jesu Christe / furias at-  
que ferocia calcantur hominum  
seuque verbera : cessit his lace-  
rans fortiter vngula / nec car-  
nis penetrata . Cedunt gla-  
dijs more bidentium . I. ouium q[ui]  
dicitur bidentes / q[ui] dicitur na-  
sci cum duobus dentibus . Sec-  
undum querimonia etc . Quam  
aliqui obtulerunt in opere ta-  
bernaculi aurum / alij argen-  
tum / alij cesium / alij aliud : designat  
diuersitatem hominum qui ob-  
tulerunt se morti propter Chri-  
stum . Unde aliqui fuerunt aurum  
per generis nobilitatem : sicut  
patuit de sancta / Barbarina /  
similiter de sancta / Barbara  
et huiusmodi : alij fuerunt ar-  
gentum / per eloquentiam : alij es-  
t paupertatem : alij hiacinthum  
purpura / coccinum / et huiusmo-  
di / per diuitiarum / et tempota-  
lium copiam : que omnia cotema-  
serunt / ut Christum lucriface-  
rent . Vel dicitur / q[uod] per huiusmodi  
donaria varia designat / q[uod] in-  
ter martyres fuit equalis gra-  
tia / et charitas : adeo q[uod] chari-  
tas aliquorum fuit preciosa : si-  
cut aurum inter cetera metala-  
la : aliorum minus preciosa et  
minus excellens : sicut argen-  
tum est minus preciosum / q[uam]  
aurum : et sic descendendo secundum  
varios status hominum : plus  
vel minus participantium de  
charitate . Unusquisque tamen  
secundum facultatem suam / et  
secundum gratiam sibi a domino data[m]  
contribuit in opere tabernacu-  
li . I. corporis mystici ecclesie . Et  
ex hoc colligitur thesaurus ec-  
clesie : ex quo proficiunt indu-  
gentie

gentie / que largiuntur deuo-  
tia fidelibus pro varijs causis  
principaliter tamen proficiunt  
ex thesauro meriti Christi / q[uod]  
fuit ultra condignum . Minus  
autem principaliter et meritis  
aliorum sanctorum / et sanctorum  
et signanter qui fecerunt ope-  
ra supererogationis / ad que  
nullo modo fenebantur . Non  
enim requirit deus ab vnoquoque  
sanctorum / quasi ex debito ius-  
titie / quicquid boni potest fa-  
cere : sed multa relinquit in ip-  
sorum sanctorum libertate . Sed  
de hoc satis dictum est .

¶ Allegorice et secundo / iux-  
ta illud verbum : Quisquis v[er]um  
sapienter est veniat / et faciat q[uod]  
dominus imperauit etc . Notan-  
dam / q[uod] etsi multa opera can-  
dant sub consilio / que dicuntur  
opera supererogationis : de quibus  
inmediate supra dictum  
est : sunt tamen multa alia / et va-  
ria opera / que cadunt sub pre-  
cepto . Ad que inuitans domi-  
nus homines / ait : Quisquis ve-  
rum sapienter est veniat / et fa-  
ciat quod dominus imperauit .  
Dominus enim neminem vult  
vacare ocio : sed vnumquemque  
vult occupari in opere taber-  
naculi : pollicens pro huiusmo-  
di opere se daturum premium  
eternum . In cuius figuram do-  
minus vinee dixit stantibus ocio-  
se in foro : Ite in vineam mea[m]  
et quod iustum fuerit dabo vo-  
bis . Matthei . xx . Non tamen  
cessat monere homines de res-  
medijs bonis / et opportunis ad  
salutem . Unde vnum vocat  
ad clericatum / alium ad reli-  
gionem / alium ad conjugium  
et huiusmodi : prout ipse opti-

me nouit saluti eorum conue-  
nire . Non enim vult dominus  
omnes homines tenere vnum  
et eandem vocationem / sicut  
nec expedit . Si enim omnes  
volarent ad celitatum / quis  
coleret agros et vineas / cito  
etiam deficeret genus huma-  
num . Si etiam omnes essent  
coniugati / quis ministraret  
ecclesiastica sacramenta ? Si-  
cut ergo expedit vt digitus ma-  
nus sint varij : et sic de singu-  
lis membris humani corpo-  
ris / ita et in proposito . Unde  
apostolus . Rom . xii . Sicut inquit  
in vno corpore multa membra  
habemus : omnia autem membra  
vtra non eundem actum ha-  
bent : ita multi vnum corpus  
sumus in Christo : singuli autem  
alter alterius membra : habem-  
us donationes secundum gratiam  
que data est nobis / differetes .  
Sive prophetia / sive ratione  
fidei : siue ministeria / in mini-  
strando : siue qui docet / i doctrina  
etc . Ecce ergo quomodo vnusquisque  
sapienter debet venire ad taber-  
naculum domini : et facere quod  
dominus iusserit . Bene etiam ad propo-  
situm loquitur idem apostolus . Corin-  
thij . dicens : Diuisiones gratiarum  
sunt : id est aut spiritus . Et diu-  
siones ministracionum sunt / id est  
autem domini . Et diuisiones opera-  
tionum sunt : idem autem deus  
qui operatur omnia in omni-  
bus etc . Item Esaye . iij . Ante  
oculos nostrum data est gratia  
secundum mensuram donationis  
Christi . Deinde valde ad pro-  
positum subditur : Et ipse quidem  
dedit quomodo apostolos / quos  
ro euangelistas etc .

**A**llegorice et tertio iuxta illud verbum: Dixitq; Moy- ses filiis Israel: Ecce vocavit dominus ex nomine Beseleel &c. Per Beseleel & Ooliab q; principales architectores tabernaculi testimonij legit Moy- ses de precepto domini: intel- liguntur euangeliste & aposto- li: qui scripserunt. Vos enim e- legit dominus Jesus: qui per Moysem designatur: vt sepe numero dictum est. Quia autem conuenienter per hos duos de- signentur omnes quatuor euā- geliste vna cum illis apostolis qui scripserunt epistolas: qua- les fuerunt Paulus: Jacobus Petrus: Judas: patet quia bi- narius numerus in sacra scri- ptura frequenter designat cha- ritate[m] que vnit animos plu- rium in vnum. Et quia predi- cti euangeliste & apostoli fue- runt vniti in domino: et inter se per charitatem: ideo recte prefigurantur per duos predi- ctos tabernaculi architecto- res. Per tabernaculum autem nouum testamentū intelligere possumus. Cuius & si principa- lis architector fuerit Christus: quia teste Aposto. i. Corin. iii. Fundamētum aliud nemo pos- test ponere preter id quod pos- trum est: quod est Christus: Je- sus. nihilominus sub tali prin- cipali architectore: omnes pre- dicti fuerunt quodāmodo ar- chitectores: et signanter qua- tuor euangeliste: in hoc scilicet: q; nobis scripto relique- runt gesta & dicta ipsius Chri- sti. Nam sicut magne & excellē- tes persone non solent in pro- pria facta sua literis comen-

dare: sed habēt notarios suos qui talia diligenter exequunt. Sic non inuenitur: q; Christus (qui fuit rex regum) & dominus dominantium) doctrinā suam scripserit: et facta sua scripto redegerit: sed habuit eminentes notarios: scilicet quatuor euangelistas: qui talia comen- darūt sacris codicibus: ad per- petuam rei memoriam. Quoru[m] medio facta & dicta Christi ad nos vsq; deuenerunt. Unde de tanto beneficio habemus illos referre ingētes gratias. De eo autem quod scripserunt pieno minatur apostoli: non omisit il- lis apostolis: qui vna cum eu- angelis pariter et epistolas scripserunt: quales fuerunt Jo- annes & Lucas: omnium horū generaliter scripture summe necessarie erant ad condendū tabernaculum ecclesie militā- tis. Ecce igitur quomodo: & qua- liter: & a quibus principaliter post Christū conditum est ta- bernaculū ecclesie militantis: omni certe decore plenum: post illud tabernaculum cele- ste: de quo immediate sequit. ¶ Anagogice et primo iuxta illud verbum: Separare apud vos primitias dño. Notandū q; primitie. i. primi fructus ec- clesie triumphantis fuerunt an- geli boni. p. 29 em fuerūt crea- ti angeli: qui remanserunt in bono in quo conditi fuerant a deo: prius in gratia cōfirmati: et in gloria sublimati: q; fieret homo. Tūc ergo separauit do- minus primitias sibi: q; ipsos bonos angelos traxit ad partē suā: & angelos malos derisit in abyssi: dicens vnicuiq; eo- rum

rum illis Esa. xliii. Ad inferna- detraheris in profundū lacu. Nec dicuntur dicti angeli bo- ni respectu malorum primitie: temporis prioritate: cū officē simul creati sunt: sed dignita- te & honore: in quo permānēt et vsq; in secula seculorū per- mansuri sunt: quicquid de hoc dixerit Origenes.

¶ Anagogice & secundo: p ta- bernaculum: de quo in presen- ti claufula sequit: recte illud celeste tabernaculū intelligit: de quo in figura legit. xxxiiij. q; ad construendū huiusmodi ca. huius: q; ingresso Moyse in presentem offerunt aurū: alij colūna nubis: q; ingresso spir- ritu humano tabernaculū ce- leste statim descendit sup eum: mirabilis splendor. i. illapsus diuine essentie: de quo Psal. Signatum est sup nos lumen vultus tui dñe. Quia aut per ta- lem illapsum significet huius- modi splendor diuine essentie: patet per id qd sequit: Dedisti letitiā in corde meo. Hoc em referendū est ad illud gaudiū qd sequit ex hōi illapsu. Est aut notandū: q; huiusmodi ta- bernaculum celeste: aliquādo bi singulariter: vt ibi in Psal. Dñe quis habitabit in taber- naculo tuo: aut quis relescet in mōte sancto tuo: Et hoc p- pter vnitatē summi dei: ibi glo- riose regnantis. Aliquādo au- tem dicitur pluraliter: vt ibi in eodē Psal. Quā dilecta taber- nacula tua dñe strūtū. Et hoc propter varias māssiones que ibi sunt: secundū varietatem meritorum: secundū illud Jo- an. xliij. In domo patris mei

mansiones multe sunt. Quod autem dominus iussit sibi fieri tabernaculum manu factū: et mirabiliter preparatum atq; decoratum: aperte insinuat illam indicibilem dispositionē que habetur in illo celesti ta- bernaculo: de qua legit Esa. lxxiiij. Trem. Apost. i. Corin. ij. Oculus nō vidit: nec auris au- diuit: et in cor hominis nō ascendit: que preparauit deus his qui diligūt eum. Est tamē aduerredum: vt iam dictū est: q; ad construendū huiusmodi tabernaculum celeste: quidam in presentem offerunt aurū: alij argentum: & sic consequenter. Per quod denotatur: q; diuer- so calle ad illud peruenit. Est tamen vni: quicquid beatus: in quocūq; loco ibi ponatur: sua sorte contentus. Nec vnus ibi cōtra alium murmurat: dices: q; plus sit acceprurus. Alias pater familias dominus deus statim illi diceret illud Mat. xx. Accipe quod tuū est: & va- de: sed vt vnusq; impossibile est: quia ibi omnia consona & trās- quilla sunt.

¶ Anagogice et tertio iuxta illud quod habetur versus fi- nem presentis claufulę: de pre- dictis architectoribus Beseleel scilicet et Ooliab: q; eos dominus dotauit mirabiliter in arte mechanica: ponendo in cordibus eorum quicquid fabre adinueniri potest: pro- secto per hoc denotatur sa- pientia: intellectualia: scilicet tam speculatiua: q; practica: ars mechanica: & oia similia: que oia & singula eminentissimē

me ponet dñs in intellectu  
bus ipsorum deorum et hoc  
totum per infusionem dicentem  
solo doctore intrinsecos qui  
docet de omnibus. Et quan-  
vis opera mechanica non ha-  
beant locum in celo / quo ad  
vsum / nihilominus quicquid  
perfectiōis est in illa arte / nō  
denegabitur ipsis deatis.

¶ Exodi tricesimosexto.  
¶ Unica clausula.



**L**ecit ergo  
Beseleel et  
Ooliab et  
omnis vir  
sapiens / qui  
dedit  
dominus sa-  
pientiam et  
intellectū  
ut scirent fabricare operari que in  
vfu sanctuarij necessaria sunt /  
et que precepit dominus. Cum  
vocasset eos Moyses / et omnē  
eruditum virum / cui dederat  
dominus sapientiam / et quod spon-  
te sua obtulerunt se ad facien-  
dum opus / tradidit eis omnia  
donaria filiorum Israel. Qui  
cum instarent operi quotidie /  
mane vota populus offerebat.  
Unde arrantes venire compul-  
si dixerunt Moysi: Plus offer-  
ret populus / quā necessarium  
est. Iussit ergo Moyses pre-  
comis voce cātari: Nec viri nec  
mulier quicquam offerat ultra  
in opere sanctuarij. Sicque ces-  
satum est a muneribus offe-  
rendis: eo quod oblata sufficerēt /  
et superabundarent. Fecerunt  
que omnes corde sapientes  
ad exemplum opus tabernacu-  
li /

culi / cortinas decem de bysso  
retorta / et hiacintho / et pur-  
pura / coccodrō bis tincto / opere  
vario et arte polymita. Quas  
vna habebat in longitudi-  
dine viginti octo cubitos / in  
latitudine quatuor. Una men-  
sura erat omnium cortinarum.  
Loniungitque cortinas quinq-  
alteram alteri / et alias quin-  
que sibi inuicem copulavit.  
Fecit et ansas hiacinthinas in  
ora cortine vnus ex vtroque la-  
terale in ora cortine alterius  
similiter: vt contra se ventrent  
ansae / et mutuo iungerentur.  
Unde et quinquaginta fudit  
circulos aureos / qui moide-  
rent cortinarū ansas / et fieret  
vnum tabernaculum. Fecit et  
saga vndecim de pilis captas  
rum ad operiendum rectum ta-  
bernaculi. Vnum sagum in lē-  
gitudine habebat cubitos tri-  
ginta / et in latitudine cubitos  
quatuor. Vnius mēsure erant  
omnis saga. Quorum quinque  
sumit et costum / et sex alia sepa-  
ratim. Fecitque ansas quin-  
quaginta in ora sagi vnus / et  
quinquaginta in ora sagi alte-  
rius: vt sibi inuicem iungeren-  
tur: et sibi vna cinas quinquas-  
ginta / in quibus neceretur tes-  
tum: vt vnum pallium ex om-  
nibus sagis fieret. Fecit et or-  
pentoium tabernaculi de pel-  
libus arterum rubicatis / et  
ludque desup velamen de pel-  
libus hiacinthinis. Fecitque  
et tabulas tabernaculi de li-  
gnis sethim stātes. Decem cu-  
bitoium erat longitudo ta-  
bule vnus / et vnum ac se-  
mis cubitum latitudo rectine-  
bat,

bat. Bine incastrature erant  
per singulas tabulas: vt alte-  
ra alteri iungeretur. Sic fe-  
cit in omnibus tabernaculi  
tabulis. Et quibus viginti ad  
plagam meridianam erant cō-  
tra austrum cum quadraginta  
basibus argenteis. Due bases  
sub vna tabula ponebantur  
et vtraque parte angulorum  
vbi incastrature laterum in an-  
gulis terminantur. Ad pla-  
gam quoque tabernaculi que  
respicit ad Aquilonem / fecit  
viginti tabulas cum quadra-  
ginta basibus argēteis: duas  
bases per singulas tabulas.  
Contra occidentem vero: id  
est ad eam partem tabernacu-  
li que mare respicit / fecit sex  
tabulas: et duas alias per sin-  
gulos angulos tabernaculi re-  
tro: que iuncte erant a deor-  
sum vsque sursum / et in vnā  
cōpaginem pariter ferebantur.  
Ita fecit ex vtraque parte per sin-  
gulos angulos: vt octo essent  
simul tabule: et haberēt bases  
argenteas sexdecim binas / scz  
bases sub singulis tabulis. Fe-  
cit et vectes de lignis sethim  
quinq- ad continendas tabu-  
las vnus lateris tabernacu-  
li / et quinque alios ad alte-  
rius lateris coaptandas tabu-  
las: et extra hos quinque a-  
lios vectes ad occidentalem  
plagam tabernaculi contra  
mare. Fecit quoque vectem  
alium / qui per medias tabulas  
ab angulo vsque ad angulum  
perueniret. Ipsa autem tabu-  
lata deaurauit fuis basibus  
earum argenteis. Et circulos  
aurum fecit aureos / per quos

vectes induci possent / quos  
et ipsos laminis aureis ope-  
ruit. Fecit et velum de hiacin-  
tho et purpura / vermiculo ac  
bysso retorta / opere polymi-  
to / varium atque distinctum /  
et quatuor columnas de li-  
gnis sethim / quas cum capitulis  
deauratis / fuis basibus  
earum argenteis. Fecit et ten-  
torium in introitu tabernacu-  
li ex hiacintho / purpura vermi-  
culo / bissoque retorta opere plu-  
mario: et columnas quinq- cum  
capitulis / fuis / quas operuit au-  
ro / basesque earū fudit eneas /  
quas et operuit auro.

¶ Distorsit postquam  
precedenti capitulo honoran-  
dus legifer noster et magister  
Moyses exegit donaria varia  
tam monetaria / quā non moneta-  
ria a populo Israelitico pro os-  
tendere tabernaculi cōstruendo /  
cui libenter populus obtrem-  
perauit: hic consequenter as-  
git de actuali executione di-  
cti operis / pro quo etiam po-  
pulus plus offert / quā sit necesse  
se: ita vt prohibeatur ab eo-  
dem Moysse / ne plus offerat.  
Modus etiam dicti operis de-  
scribitur per singula in literas  
sibi / feceruntque omnes cora-  
de et. Poterāt autem hic fieri  
due speciales clausule. Nihil  
omnino propter coniunctio-  
nem et coadunationem mate-  
riarum / ipsum totum capitu-  
lum sub vnica clausula per-  
strinximus. Priusquam ergo  
ipse Moyses profequatur fa-  
ctionem ipsius tabernaculi et  
singularum partium eius / tam  
interiorum quā exteriorū / hoc

in sequentibus capitulis. Pri- mo facit mentionem qualiter vocauerit in primis predictos architectos; scilicet Beseleel et Ooliab / pariter et alios coadiutores / qui erant minus principales / quibus omnibus simul congregatis tradidit omnia donaria filiorum Israel / que tanta fuerunt: vt dixerint ad Moysen: Plus offert populus / q̄ necessarium est. In hoc ergo ostenditur populi offerentis ultra necessitatem de uorto. Notate autem dicitur in principio huius capituli / q̄ dominus dicitis architecto- bus: et ceteris qui cum eis erant in constructione tabernaculi / dedit eis sapientiam et intel- lectum: vt scient fabre operari que in usu sanctorum necessa- ria erant / et que preceperat do- minus. Nam alios nesciuissent talia facere: cum circa huius- modi non fuissent assueti: sed magis operibus duris iuri et la- teris. Sed quid sibi vult quod subditur: Qui cum instaret ope- ri quotidie / mane vota populi offerebat. Unde artifices ven- tre compulsi / dixerunt Moysi: Plus est. Ad hoc dicitur statim in solutione ad primum dubium: Iussit ergo Moyses preconiis voce canari. i. hilariter et alre preconizari / dicens: Nec viri nec mulieri quicquam offerat etc. Et vt dicit dominus per de palu. est hic argumentum contra parci- tatem nunc ad fabricas ecclesia- rum conferentium: et similiter contra cupiditatem sacerdotum: quibus vir sufficere videtur to- tus mundus si offerretur.

Sequitur nunc de construc- tione actuali ipsius taberna- culi cui dicitur: Fecerunt oēs corde etc. In hac ergo secunda parte huius capituli agitur de partibus ipsius tabernaculi. Primo quidem de recriis ip- sius / et primo quidem quantum ad cortinam / de quatuor colo- ribus factam arte polymita. i. variatam: secundo quantum ad saga: terrio / quantum ad pelles rubicaras arietum: quarto qua- tum ad pelles hircinasi quas hebrei dicunt fuisse de tazo: vt dicit de palu. Et hoc forte vt non dicuntur arietini sine de rubricatis. Vel quia vt volunt quidam magis sunt apte ad inte- periem aeris sustinendam / q̄ pelles arietine. Experimentum au- tem pellium hircinasiuū of- bus alijs superponebatur. Oia autem ista patet supra. xxvj. c. Secundo agitur de tabulis ipsius tabernaculi / cui dicitur: Fecit / supple Beseleel / et tabu- las tabernaculi de lignis Sethim stantes. Primo ergo agi- tur de tabulis integrantibus ipsum tabernaculum. Secundo de vectibus ipsum copaginan- tibus. Hec autem omnia patet supra. xxvj. c. nisi q̄ ibi non fuit facta mentio de quodam vecte qui pertransibat in fronte taber- naculi / a capite p̄metabule A- quilonaris / vsq̄ ad caput p̄me- Australis: de quo hic dicitur. De hoc vecte vide de Lyra: et de pal. in presentis passu. Tertio agitur de introeum- tibus in ipsum tabernaculum / cum dicitur: Fecit / supple Be- seleel et velum etc. primo autem agitur

agit de introitu in sancta sancto- rum / per velum quod p̄debat in qua- tuor columnis de lignis Sethim deauratis cum capitibus. i. cum capitellis. Secundo agitur de introitu in sancta per tetrosum / quod p̄debat in fronte Duce- tali tabernaculi: de quo habes supra. xxvj. c. Rebre ibi si vis. Circa autem presens totum capitulum / mouentur aliqua dubia. Primum igitur dubium: quare ex hoc q̄ populus mane of- ferebat / fuerunt artifices com- pulsi venire ad Moysen / et dice- re et: Plus offert populus / q̄ necessarium est? Dicendum / q̄ in hoc q̄ mane populus offerre- bat / intelligitur nimia voluntas offerendi / et frequentia offeren- tium / qui ad hoc faciendum sur- gebant mane: ac si alie partes dicit ad hoc non sufficeret illis. Secundum dubium: quare hebrei hic prohibiti sunt a su- perabundanti oblatione / et non edificaretur templum quod postea factum est? Unde dicitur in Paralipo. xxvj. remanserunt plurima eo q̄ dominus benedixisset populo suo. Dicendum / q̄ non est simile. Nam cum edificaret templum fuerunt plurimi mini- stri / sicut necesse erat propter illius magnitudinem: et ideo ni- hil superfluum esse poterat: q̄ si illud superfluum non erat neces- sarium ad fabricam templi / erat tamen necessarium ministris il- lius / qui plurimi erant. Tercio opus erat manutene- re ipsum templum. Tempore autem constructionis tabernaculi / non erat ministri ad hoc de facto deputati / nisi forte Leuite / qui habebat yn-

de aliunde sustentarentur / scilicet cet. et decimis. Tertium dubium: queritur ad quid necesse erat tot operimen- ta in opere tabernaculi. Cum enim in operibus a deo instrua- tis nihil superfluum sit / etiam minus q̄ in operibus nature: queritur ad quid omnia talia necessaria erant? Videtur esse q̄ vnum operimentum / aut sal- tem duo / sufficerent. Ad quod dicendum / q̄ tot operimenta- rum ratio literalis fuit in gene- rali ornatus scilicet: et p̄creio ip- sius tabernaculi a caumate / et a plu- uia: et vt sic in maiori honore ac reuerentia haberetur. Insuper vt omnia que ad ipsum pertine- bant mundius et turtius seruare- tur. Forte alie rationes postea tangetur / q̄ in alios sensus. Insuper dominus qui dedit talē indu- striam Beseleel / et alijs artifice- bus / voluit ostendere summam sapientiam suam. Quartum dubium: vtrum dicitur artifices qui ipse sua obtulerunt se ad faciendum opus ipsum / ma- le fecerit? Videtur q̄ sic: quia cum opus ipsum esset supra hu- manas vires / quod nec poterant facere absq̄ speciali directione dei et dono. Nullus autem scit cer- titudinaliter talia dona: presertim que interius per infusi- onem habentur / se habere. Sed- cus autem de donis exterioribus infusis: sicut de dono lingue / prophete / miracula ope- ranti / et huiusmodi. Dicendum / q̄ huius- modi artifices / qui se obtulerunt Moysi / non fuerunt presumptuosi / quibus opus supra vires suas esse- ret. Hoc esse / vt verisimilit̄ cre- ditur / fecerunt tanq̄ ad hoc a deo



deo inspirati. Nam sicut ipse voluit habere primo speciale tabernaculum in terris: et consequenter templum magnificentius et ex parte Salomonis: sic etiam specialiter providere de artificibus predicti tabernaculi voluit: ponendo in mentibus eorum modum et formam illius: una cum efficaci voluntate operandi illud. Insuper ex speciali dei gratia fecit eos dominus firmiter adherere huic veritati: quod movebatur ad hoc a spiritulamento.

¶ Quintum dubium: quid in speciali denotabatur per varia opera similia ipsi tabernaculi? Dicitur in quodam (ut refert dominus de Pal.) quod per continuas varias denotabatur celum siderum. Per saga cilicina: celum aqueum vel crystallinum. Per pelles rubricatas: celum empyreum. Per pelles autem hiacinthinas: celum trinitatis. Tegebatur ergo in modum quo celis teguntur omnia. Et hoc in signum quod erat dedicatum domino universorum.

¶ Sextum dubium: versus quod si fuerit superfluum in loquendo de forma: modo ipsius tabernaculi? Videtur quod sic. Nam supra xxv. ca. loquutus est de multis: que iterum hic reperit: et signanter de quatuor operamentis illius. Item de partibus eiusdem: et de velis: de basibus: et columnis. Ergo superfluum de talibus iterum hic loquitur. Dicendum: quod in precedentibus ipse Moyses accepit formam fidei a domino: et ideo ibi hoc explicare debuit: et iterum similiter in presenti ubi agit de executione fiendorum. Hoc autem parum fecit ad ma-

gnificandum sepius repetit: siue magis mysteria in illis inclusa. Partim etiam hoc fecit: ut respectu verbi abbreviati et consummati nove legis ostenderet legem veterem multiloquam: et sic eo ipso commenderet etiam prophetiam factam aliam legem perfectiorem fuisse venturam. Partim etiam hoc factum est: ut per hoc ostenderet mysterium quod divina iussa sic deberent comminari explicita in effectu et opere: sicut fuerant intellectui explicita demonstrata.

¶ Moraliter et primo: iuxta illud verbum: Quotidie mane vota populus offerebat etc. Per hoc instruitur populus Christianus: et multo fortius prelati principes: et clerici atque quotquot sunt qui rebus manualibus non occupantur: ut singulis diebus intendant domino cultui. Negociatores etiam hoc agant: quantum possunt: antequam opera sua vadant: et manus mittant: et tunc se et sua devote deo commendent: etiam aliquid ad fabricam ecclesie tribuere si possunt. Tunc etiam dicere deberet qui sciunt illam collectam: que aliquando in primis in ecclesia legitur sub hac forma: Dominus deus omnipotens: quod nos ad principium huius diei petre nitre fecisti: tu nos salva virtute: ut in hac die ad nullum decedamus peccatum: sed semper ad tuam faciendam iustitiam nostram procedant eloquia: dirigantur cogitationes: et opera. Unde valde laudabilis pietudo inolevit in nonnullis ecclesiis: ut valde mane celebretur missa: ad quam multi confluunt: etiam si

ne detrimentum suorum operum terrenorum. Sic enim consulit Christus esse faciendum. Matt. vj. dicens: Querite primum regnum dei: et iustitiam eius: et hec omnia etc. pro quo notandum quod est triplex bonum: scilicet eternum spirituale: et eternale. Primum maximum: secundum minus: tertium minimum. Primum bonum est primum querendum: id est principaliter: et tota cordis attentione dicentes: Adveniat regnum tuum: ut habetur ubi supra. Secundum est querendum tanquam via: ducens ad illud principale. Nam virtus (sicut Chrysostomus) est via qua pervenitur ad regnum eternum. Ideo dicit Christus secundo in loco: et iustitiam eius: supplere querite. Hic autem sumitur iustitia legaliter: et est omnis virtus. Nam ubi feceritis: hec omnia (inquit Christus) adiciuntur vobis: quantum supplere expedit salutem vestram. Patet ergo quomodo debemus quotidie vota mane domino offerre.

¶ Moraliter et secundo. Per istum Bezelech: et ceteros artifices tabernaculi: quibus dedit dominus sapientiam et intellectum: ut scirent fabricare opera: ista omnia que erant necessaria in usu tabernaculi: quod et sponte fecerunt: sicut dicitur in textu. Per tales artifices: designantur nonnulli homines: quibus dedit dominus aliquas speciales gratias: ut operetur talibus ad communem utilitatem: licet dicente Apostolo. Cor. xij. Divesiones gratiarum sunt: et similes diversiones ministracionum: atque diversiones operacionum.

Deinde subdit: Unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem: supple ecclesie et aliorum: hoc autem probat multiplex exemplum. Sed multi sunt etiam in omni statu hominum: qui in vacuulis gratias et dona recipiunt a domino. Licet tamen dicat Apostolus. I. Cor. vi. Postquam vos in vacuum gratiam dei recipiatis. Ubi notandum quod aliquid sunt qui abundant talibus gratiis: aut forte una: quam habent etiam perfecti: siue in summo: quam intra se abscondunt. Et tales sunt valde ingrati: et magna pena apud deum indigni. Ut enim beatus Hieronymus. Sapiencia abscondita: et reposita in iustis: qui utilitas et virtus est. Unde et servus qui abscondit pecuniam domini sui in sudario: durissime ab eo reprehensus: eo quod non dedisset pecuniam ipsam ad mensam. Propter quod iustis muneribus: siue pecuniam ab eo auferri. Luc. xij. Per quod denotatur quod tales merentur privari omnino gratiis: sibi a domino collatis. Alii sunt qui communicant gratias suas: vel tamen si multis communicaverint: tandem vilescant. Quia omnium rarum preciosum: et per oppositum omne commune vile. Unde fertur de quodam chirurgo: intra Gallias morante: qui dicitur: scilicet pic. gallice: qui habet mirabilem gratiam: medendi et sanandi homines corpora: et lesos: nec tale gratiam privis: moritur alicui manifestat: et sic suum primogenitum revelat: et sic consequenter ille alteri. Alii sunt qui veniunt gratiis suis: circa divites: et non circa pauperes: ut sunt multi periti medici: et chirurgici

surgit qui libenter currunt ad diuites et permittunt pauperes perire. In hoc manifeste se ostendentes personarum acceptores. Hoc autem valde vitiosum est et a deo reprobatum in antiquo testamento: vt patet Leuiti. xix. vbi ait: Non consideres personam pauperis: quia supple pauper est et ideo non vis ei subuenire. Item Deutero. xv. Non accipies personam nec munera. Unde sicut diuites in extrema necessitate tenentur sub pena peccati mortalis subuenire pauperi: ita et medicus aut chirurgicus in extrema necessitate corporis tenentur subuenire etiam propolis impensis (si potest) egrotis. Alii sunt qui libenter ponunt ad barcham talentum domini sui. Et tales beatus dicitur a domino et dicitur vnicuique tali a domino illud Luc. xix. Euge serue bonum et fidelis: ita in gaudium domini tui.

si sanctificentur et purificentur: dictum tamen verbum minime intelligi debet de sanctificatione aut purificatione a mortali: nisi forsitan dispositi uel sed a veniali tantum. Nec etiam necesse est ut per eam remittantur omnia venialia: sed eo qui habet plura: sed plura aut pauca: secundum quod concingit eam plus aut minus deuote suscipere. Specialiter autem non remittit illa venialia / quibus eam suscipiens actualiter afficitur. Non ergo cum risu et cachinnis suscipienda est ipsa aqua benedicta ab his / que ea aspergantur more rustico: rum et induotorum: sed cum magna reuerentia et deuotione sincera. Nec etiam est commendanda / more Lutherano: rum hereticorum / dicentium et interrogantium ubi de illius institutione in tota sacra scriptura legitur. Multa enim sunt in ecclesia / que solum habet atque eis vitur / versus in hodiernum diem / et familiari traditione spiritus sancti: cuiusmodi est dicta aqua: similiter et panis benedictus: qui sumitur in ecclesia omni die dominico.

**A**llegorice et tertio: et concors formiter ad dominum / Nicos laum de Lyza / per speculam mulierum significatur diuina precepta: in quibus anime deuote specularis et meditantur: vident quid a se amouere debent: scilicet / maculas vitiorum: et quid sibi apponere: scilicet / ornamenta virtutum. Nec enim duo diuina precepta manifeste ostendunt / que docent due partes iustitie: scilicet



isterelium etiā qz circa ipsum paruos uidef mihi profectus: presertim circa p̄sentē textum. ¶ Circa tamen ipsam literam possunt moueri aliqua dubia. ¶ Prīmū igitur dubiū: Antrum ipsum atriū: de quo hic agi fuerit quadrangulatis figure? Dicendū qz nō. Erat em̄ in duplo largius: q̄ longius. Qd sic parer. Nā secundū p̄sentē textum: et idē habet supra. xxvij. ad partē ei⁹ australē: erat tentoria de bysso cubitorū centū: et columne enee. xx. cum basib⁹ suis. Similiter et tancundē ad partē septentrionalē: vt subditur in eodē textu. Et tamen vt postea dicit ad partē que respicit ad Occidentē: tentoria nō fuerūt nisi quinquaginta: et columne enee decē cum basibus suis. Quantū uero ad partem que respicit ad Orientē: erant tentoria quinquaginta cubitorum tantū. Ex quo patet: qd dicitur atriū non fuit quadrangulatis figure: qz in duplo erat largius: q̄ longius. ¶ Secundū dubiū: vtrū ipsum atriū esset contiguū ad ipsum tabernaculū? Dicendū pbabiliter qz sic: ita vt vtrumq; esset sub vna coopertura: q̄ de pellibus caprinis erat. hoc etiā patet per id qd dicit in fine libri huius. Ererit scz Beseleel: et atriū per circuitū tabernaculi: et altaris. Nā vtrūq; uidef hodie designari p̄ nauē ecclie: et chorū: qz sicut nauis dī esse ecclesie laicorū: chor⁹ autē ecclesie flicorū: ita et tunc tēporis laici habitabāt in atrio: tbi em̄ fiebāt sacrificia animalū. Sacerdotes p̄o soli intrabant primā

partem tabernaculi: q̄ dicebāt scz. Summ⁹ autē sacerdos intrabat solus i scz scz: et hoc tantū semel in anno: et signandū aspersiōe sanguinis aialū: vt dicit Apo. Hebreo. ix. ¶ Tertū dubiū: Antrum in ipso atrio essent plures ingressus? Dicendū qz nō: sed tantū vn⁹: et hoc pbaf per sequentē literā p̄sentis clausule: vbi Moy ses loquēs de Beseleel ait: Et in introitu eius: scz atriū: opere plumario fecit tentoriū zē. Et nota: qd dicit in introitu ei⁹: et non in introitibus eius: quāsi pluraliter loquens: sed singulariter. Tersimile est autē qd talis introitus erat valde magnus: propter illuc ingrediensium: tam hominū: q̄ animalium immolandorū multitudinem: et copiositatem. Si em̄ introitus tabernaculi describif fuisse. xx. cubitorū (vt statū dī) vbi tñ soli sacerdotes: pariter et leuite intrabāt: vt patet Num. viij. q̄to magis iste introitus creded⁹ est fuisse magn⁹: Cur autē in litera nō exprimit: sicut introitus tabernaculi: forte ideol qz nō tā dignus sicut ille fuit. ¶ Quartū dubiū: vbi erat talis ingress⁹ atriū: et q̄ vn⁹ erat rñ: sicut et ipsius tabernaculi? Et quis de hoc nihil dicat textus: in babilonin⁹ dicit dñs de P al. expresse: qd erat in parte orientali. Et qui p̄ talē ingressum intrauerāt ipsum atriū: poterāt cōsequēter circuire ipm tabernaculū ab extra: qz vt dicitū est in fine solutiōis ad scz dubiū p̄cedēs: ipm atriū p̄ circuitum tabernaculi erat: sicut sepe ap̄d catholicos cimitertā ponuntur

ponunt per circuitū ecclesiar. ¶ Quintū dubiū mouetur propter illud verbū: in ceremonijs leuitarū. Queritur ergo quid intelligif per ceremonias leuitarum? Dicendū qz intelliguntur obsequia eorū que exhibebant circa tabernaculū: et ad ipsum pertinēta. Nā ad ipsos leuitas pertinebat portare tabernaculi: et bases et operimēta: et plura alia. Similiter deponere tabernaculum: quoties castra mouenda erāt: et erigere ipsum in loco positio nis dictorū castrorū: et hmoi. Non erāt ergo ex toto octo. ¶ Sextum dubiū incidentaliter motū est: ad quā plagā scōuertebāt Iudci quoties uolebāt adorare dñm: siue in tabernaculo: iquo ad sacerdotes et leuitas: q̄ illuc etiā licite poterant intrare ministraturi et auxiliū p̄staturi sacerdotibus? Dicendū qz cōuertebant se ad plagā occidentalē: tam illi: q̄ Iudci adorātes in tēplo: post q̄ constructū fuit. Et hui⁹ optionis est Gulielmus Lugdu. in suo rationali. Tēplū (inqt) Salomonis: et tabernaculum Moysi: legunt ab Oriente ostia habuisse. Et de tabernaculo hic habet expressus text⁹. Sic etiā et nos oram⁹: et hoc multiplici ratione. Prīma qdem in memorā: qd ille q̄ ē splēdor lucis eterne: scz Chriſtus illuminauit sedentes in tenebris: qñ deicēdit in terris: oriens erat lo. De q̄ legit Zacha. vi. Ecce virtotiens nomen eius. Cui⁹ argumēto in lib. Sapīē. xvi. c. dicitur: ad ortū lucis adorare. Nō qdē sic: qz diuina ma-

lestas localiter in Oriente cōsistat: que potēcialiter et cōsensualiter est vbic⁹: iuxta illud: Zelum: et terrā ego impleo. Et propheta: Si ascēdero in celū: tu illic es: et si descēdero ad infernū ades. Sed qz deū rinentibus oritur sol iustitie: q̄ illuminat omnē hominē ueniētē in hunc mundū. Secūda ratio est: vt antm⁹ noster se ad potiora cōuertere admoneat. Tertia: qz qui deum laudare uolunt: nō debent ad eum terga uertere. Ioannes autē Damascen⁹ ponit quatuor rationes sequētes: quas etiā recitat idē Gulielmus. Prīma igit (scdm eūdē) est: vt patriā nostrā inquirere ostendam⁹. Secūda est: vt Chriſtū crucifixū (q̄ est uerus oriens: et ad quē oram⁹) directe respiciam⁹. Tertia: vt ueniētē iudicē nos expectare monstrēm⁹. Ait em̄ Damascen⁹: Deus paradīsum secundū orientē plātauit. Cū hominē trāsgressum exulē fecit: et ante paradīsum ex Occidēte fecit habitare. Antiquā igitur patriā requirētes: et ad ipsam aspiciētes: deū ad Orientē adoram⁹. Quarta ratio est: qz dñs crucifixus ad Orientē respiciebat: Ideo et nos oram⁹ ad eū respiciētes. At uero idē Chriſtus in celū assumptus: ad Orientē sursum ferebat: et ita ipm apostoli adorauerūt: et ita uenice quēdam modū uiderūt cū euntē in celū. Ipsum igit expectantes: ad Orientē adoram⁹. Et si dicat: qz Daniel in captiuitate Babilonica: et similiter ceteri Iudci: uersus templum orabant. Babilonia autē respicit Iudcam

Judei / r̄ septimum tanq̄ ad me-  
ritū. Non ergo adorabāt tūc  
Judei ad Orientē. Dicēdū q̄  
Judei exierunt in Judea / ad o-  
rabant versus septim ex qua-  
cunq̄ parte ipsum respicerēt:  
r̄ hoc propter ipsius reueren-  
tiam. Et propter eandē causam  
existētes in Babylonia capti-  
uitate / versus ipsum adorabāt.  
Dicit tamen idē Sulcius? Au-  
gustinū dixisse nullam scriptu-  
ram nos expresse docere / q̄ sit  
adorandū versus Orientē. Hoc  
enī instruit Julian? papa. Nichil  
ominus / ut dicit sepe dicit? Su-  
lcius in suo rationali / in ec-  
clesijs ostia ab Oriente haben-  
tibus / (ut Rome) nulla est in sa-  
lutatione necessaria cōuer-  
sio / q̄ d̄ d̄ d̄ vobiscū / q̄ sacer-  
dos in tā illis celebrans / ad po-  
pulum semper stat conuersus.

¶ Septimū dubiū / quomodo  
potest stare / q̄ leuite Sciron r̄  
siliū Merari portarent totū ta-  
bernaculū r̄ arriū. Itē q̄ erāt  
sub manu Ithamar / q̄ fuit filiū  
Aaron summi sacerdotis / cum  
tamen legat Nume. iij. q̄ le-  
uite siliū Eleazar / siliū Aarō  
portabant cōtentā in taberna-  
culo? Quomodo ḡ potest stare  
q̄ vtriusq̄ portaret tabernaculū  
r̄. Dicēdū / q̄ totū hic arri-  
huif leuitis / q̄ erant sub manu  
Ithamar causa breuitatis / ut  
dicit dñs patriarcha de Pal.  
vel q̄ maiorē partē dicit taber-  
naculū / arriū portabāt.  
Modo / ut dicitur / q̄ denomi-  
natio solet fieri a maiori vel di-  
gniori parte.

¶ Octauū dubiū / q̄re taberna-  
culū r̄ arriū distinguebant / ḡ-  
uis vnū coniungeret alteri / vt

dicēdū est in precedentib? Dicē-  
dū / q̄ hoc ideo / vt cōtēta in ta-  
bernaculo haberent in maiori  
reuerentia r̄ honore a cōmuni  
populo / sicut er. p̄pter eandē  
causam hodie chorū r̄ nauis  
distingunt / r̄ ab inuicē sepa-  
rant. Itē vt p̄ hoc populus sen-  
tiret r̄ cognosceret se esse infe-  
riorē sacerdotib? / q̄ soli ingre-  
diebant tabernaculū / r̄ magis  
distantes a deo.

¶ Nonū dubiū mouet propter  
illud s̄bū: Omne aurū q̄ erāt  
pensum est in opere sanctuarij  
q̄ oblatū est in donarijs. xxi.  
talentozū r̄c. Sup̄ q̄ dicit ma-  
gister Nico. de Lya / q̄ in He-  
brico habet centenariū. Que-  
rit ḡ quantū cōtinet centena-  
riū? Ad q̄ responder. Ra. Sa-  
scdm eundē de Lya. q̄ cōtinet  
lx. mmas. Vna autē sanctuarij  
(indr) duplex erat respectu cō-  
munitatis / sic centenarij cōtine-  
bat. cxx. mmas. Vna autē cōtine-  
nebat. xxv. siclos / sic ergo cen-  
tenarij sanctuarij cōtinebat  
tr̄. a millia siclos.

¶ Decimū dubiū: Quis est d̄  
in textu / q̄ omne aurū oblatū  
in opere sanctuarij fuit. xxi. ta-  
lentozū / r̄ septingentozū vgin-  
ti siclozū ad mensurā. I. ad pon-  
dus sanctuarij / r̄ cōsequenter  
subdit / Oblatū est autē ab his  
q̄ trāsierunt ad numerū. Que-  
rit ergo q̄d intelligit per illos  
qui trāsierunt ad numerū? Di-  
cēdū / q̄ intelligunt illi q̄ erāt  
xx. annoz / que q̄ tā trāsierunt  
xx. annū / r̄ q̄ scdm legē numera-  
bant ad plū / tanq̄ ad hoc ido-  
neū. Ideo notant d̄ in litera /  
a. xx. annis r̄ supra de sexcentis  
tribus millibus / r̄ quingentis  
quinquaginta armatozū / q̄ scz  
summa

summa / r̄ quozū numeratio ha-  
bet Nume. ij. c. Nec est intelli-  
gendū / q̄ tā numerati essent /  
q̄ dederūt dictā pecuniā / siue  
summa auri / sed q̄ postea nu-  
merati sunt / cū scz in mēse pri-  
mo anni fecerūt egressiōnis de  
Egypto / collocatū fuit taber-  
naculū / r̄ erectū cū oibus per-  
tinentibus ad ipsum / vt d̄ i. si-  
ne hui? libri. Predicēdū autē pie  
ceptū de numeratione populi  
ad plū apti fuit datū postea / scz  
prima die mēsis sc̄bi / et idē an-  
ti / vt habetur in principio libri  
Numeroz. Et q̄ patet / q̄ vnū  
p̄fēcit reliquū p̄ mensem. Un-  
de in signum huius notanter di-  
cum est prius / qui trāsierunt:  
r̄ non / qui iam trāsierant.  
¶ Undecimū dubiū: Quare d̄  
interius ad mensurā sanctuarij  
Responso ad in sinu adū / q̄ ap̄  
Judeos tunc r̄ p̄s tā erāt du-  
plex mensura / siue duplex pōd?  
scz cōtis / p̄ laicis / r̄ factuarij / p̄  
leuitis / r̄ ceteris deservētib?  
in tabernaculo dñi Res ḡ pure  
seculares mēsurabant et pon-  
derabant ad mēsurā suā / r̄ res  
p̄cernetes tabernaculū ad mē-  
surā suā. Quā q̄rat: cur tā va-  
rietate / q̄ in pōderib? r̄ mē-  
suris cōibus deputabant tribu-  
ta: nō aut in rebus sanctuario  
deputatis / aut r̄c. in ministris  
illius / sicut neq̄ hodie clerici  
subdunt tribus principū. Et  
ideo in ciuitatib? / in q̄b? cleri-  
ci habēt iter se vinū venale / q̄  
vocat vinū capituli / h̄mōi vinū  
vedit cū maiori mēsurā / ḡ reli-  
quū q̄ vedit i cōi taberna. No-  
tāt ḡ d̄ ad mēsurā factuarij.  
¶ Duodecimū dubiū: Quare  
fuit plus oblatū ad constructio-  
nem tabernaculi / q̄ ad constructio-  
nem vestes cū esset imediatū  
opus

z ere / ḡ de auro? Responso: q̄  
metallū auri est rarū / r̄ similē  
mineralia illi? rarū atq̄ diffi-  
cilius q̄runt r̄ inueniunt / (vt do-  
cet rerū experientia) ḡ cetera  
mineralia. Et q̄ omne rarū ca-  
rum est / r̄ p̄ hoc p̄ciosum ha-  
bet: ideo min? obrulerunt filij  
Israēl in constructioe ipsi? ta-  
bernaculi de auro / ḡ de argē-  
to / aut ere. Sc̄da ratio: q̄  
de? voluit r̄ ordinauit sic p̄ be-  
neplacito suo. Est r̄ tertia ra-  
tio moralis / de q̄ latim dicit.  
¶ Decimū tertium dubiū: cur  
Moyse nō eque bene recollig-  
git pōdera expēsar? i purpurā  
r̄ h̄acintho / cōco bis sicro / et  
byssio rectora / r̄ similis i lapidē  
bus / sicut facit i metallis? Ad  
q̄ d̄ dicēdū / q̄ ideo ratio: q̄ scz  
talia nō erāt tāi valoris. La-  
pidū aut numer? patet ex lite-  
ra: q̄ tr̄. xij. lapides p̄ciosi fue-  
rūt in rationali vel. xij. scdm  
quosdā. In superhumerali au-  
tem tantum duo erant.

¶ Moraliter r̄ primo / p̄ artri  
q̄d fecit Beſeleel / et q̄d potest  
dici / scdm quosdā / a tribus: q̄  
erat longū / latū / alrū / potest in-  
telligi hō quē fecit de? primo  
qdē Adā / deinde vnum quē  
alij cū intellectu / volūtatē / et  
memoria: r̄ hoc quo ad animā.  
Per tentoria aut ḡ dicunt de  
tentores / intelligūt vestes hu-  
mani corporis / q̄ renēt r̄ cōser-  
uant ipm i suo calore naturali.  
Un̄ Gene. ij. legit / q̄ post la-  
psū fecit dñs Adē r̄ vtrū ei?  
tunicas pelliceas / r̄ iduit eos.  
Ecce tentoria artri de bysso re-  
torta: quia sicut huiusmodi re-  
torta erant exquisito modo fa-  
cta / ita etiam vcrisimile est / q̄  
tales vestes cū esset imediatū  
opus

opus dei (dei aut perfecta sunt opera) etiam erigito modo fuerunt formate. Sed tamen conditionem illius status. Et quibus predicta tentoria atrij haberent ceterum cubitos non propterea sequitur tunicas primorum parentum habuisse tantam longitudinem: sed ibi ponitur numerus determinatus pro indeterminato. i. habuerunt decem longitudinem. Nec est necesse figuram et veritatem in omnibus et singulis conuenire. Per columnas autem enee: que erant in atrio numero. xx. et que firmiter tenebant atrium ne dissolueretur: designatur ossa humana corporis: que ipsum sustentant ne labatur. Et propterea dicitur columna enee. Et sicut in atrio secundum quadruplicem plagam erant tentoria et columnae enee: ita et in humano corpore: predicta ossa cum ceteris necessariis ad motum localem subserviunt: ut dirigat homo: siue ad Austrum: siue ad Aquilonem: siue alibi.

¶ Moraliter et secundo: possumus predictum textum trahere specialius ad mores in hac modum. Atrium igitur est homo: tentoria: atrij: significant custodiam angelorum. Milites enim in expeditione: ut se conseruent ab hostibus inimicorum suorum: ita et deus ab oru naturarum nostre posuit nos sub tentorijs. i. sub custodia angelorum: ut sic preseruemur ab aduersarijs nostris spiritualibus: iuxta illud psalmi. Angelis suis mandauit de te:

ut custodiant te in omnibus vijs tuis. Ita igitur sunt bona et tutissima tentoria: quod volumus sub eorum custodia habitare. Quod si inde recedere uoluerimus: non si tunc capimur ab hostibus nostris. Colunt autem enee: que sunt sub eorum custodia habitare: facit nos sursum tendere per desiderium eternorum. Spes enim non est aliud: quam certa expectatio future beatitudinis: et meritis et gratia proueniens. Hanc autem columnam sancte spiritus in nobis sursum erigebat: Apostolus. Coloss. iij. cum dicebat: Que sursum sunt: querite: ubi Christus est in dextera dei sedens: sursum sunt: sapite: non que super terram. Et in psalmi. Sperate in eo: scilicet domino: omnis congregatio populorum: effundite coram illo corda vestra: deus adiutor noster in eternum: qui supplet: supplebit imperfectum nostrum. Bases autem: siue fundamenta: dictarum columnarum atrij: recte significant fidei Christi: quia ut dicit Apostolus. i. Cor. iij. Fundamentum aliud nemo potest ponere: preter id quod positum est: quod est Christus Iesu. Vel dicitur quod bases: que sunt humilitas: que est fundamentum ceterarum virtutum in edificio spirituali anime. Unde de Augustini. de verbis domini. serm. x. dicit sic: Magnus esse visus a minimo: incipe. Logitas magnam fabricam construere: celsitudinis: de fundamento prius cogita humilitatis. Deinde dat tale exemplum: Quantum (inquit) quisque vult et disponit superius: ponere molem edificij: ita autem

facit fundamentum. Et fabrica quidem cum constructur: in superna confurgit. Qui autem fodit fundamentum: deprimat. Ergo et fabrica ante celsitudinem humiliatur: et fastigium post humilitatem erigitur. Nec leuibus supra. Ecce igitur quod per bases atrij designatur. Quod autem capita columnarum cum ceteris celaturis. i. sculpturis: fecit argenteas: designat celestem premium: quod erit quasi argentum: propter suam splendorem: et quod etiam reddetur in pretio: sed supra. i. in celo. Quod etiam premium conuenienter dicitur celaturis: patet sic: Celaturis enim dicitur a celo: las. Et de illo celesti premio dicit Esaias. et idem repetit Paulus: quod oculis non vidit: nec auris audiuit: et in cor hominis non ascendit: que etc. Insuper per hoc quod columnae atrij erant vestite argenteis: significatur quod spes: que per columnas insinuat: (ut dictum est) debet vestiri argento. i. gratia spiritus sancti: alias non est vera et perfecta spes: sicut nec fides vera: virtus censetur sine charitate: que est forma virtutum omnium. De tentorio autem quod fecit Beseleel: opere plurimum: in introitu atrij: iam sufficienter dictum est in principio presentis sensus. Et similiter de columnis una cum basibus suis: et capitibus suis argenteis: que omnia fecit in dicto introitu: etiam sufficienter dictum est. Restat dicere de parillis quos fecit eneos: et quos posuit per gradus atrij: atque tabernaculi. Per parillum igitur quod secundum presertim est diminutivum huius

nominis palus: li. i. illius instrummenti lignei quo sepes sustentantur: et horri clauduntur: ne a bestijs deuasentur: intelligitur timor domini: de quo dicitur Proverbi. xv. Per timorem domini desinat omnis a malo. Ecce quod timor domini claudit horrum conscientie: ne in ipsum intrent vitia et peccata. Unde Ecclesi. xxvij. Si non instanter tenueris re in timore domini: cito subuertetur domus tua. Faciamus ergo et nos parillos diuini timoris: in quodam seruilis sed filialis in circuitu atrij: siue tabernaculi: non etiam ne subintrent vitia et peccata. Nec sunt igitur instrummenta atrij: atque tabernaculi: testimonij que enumerata sunt: et moraliter vtrumque exposita.

¶ Moraliter et tertio: iuxta illud: Omne aurum etc. Notandum quod per hoc instruitur Christianus fideles: libenter et largiter potest rigere manus: adiutrices non solum pauperibus: in rebus Christi: verum etiam per alios pijs locis desolatis et necessitate partentibus. Et hoc tanto libentius et copiosius: quanto ecclesie deo dedicate digniores et veneratiores sunt: atrio et tabernaculo: que olim iussit fieri et erigi dominus. Est et aliud propter quod populus catholicus debet merito prouocari: atque allicui ad subueniendum predictis locis deo sacratis: scilicet multitudo indulgentiarum: que communiter hodie largiuntur: etiam per centena et milia auctoritate apostolica: omnibus Christianis: delictibus de bonis suis: etiam interdu ad voluntate largientibus: predictis locis. Hoc autem tunc temporis



temporis minime currebat: quod necdum passus fuerat a quo fluunt predicte indulgentie et thesaurus ecclesie.

**¶** Allegorice et primo: per atrium quod dicitur a tribus dicitur (ut iam dictum est) Christus intelligitur. In ipso nepere tres substantie fuerunt etiam preclarissime. Prima quidem eterna scilicet diuinitas. Secunda antiqua scilicet caro: et bene antiqua quod fuit in antiquis patribus. Per compulsetam substantiam: quibus non solum seminale ratione. Tertia autem noua scilicet alicui de nouo creata fuit: quando quidem idem Christus conceptus et incarnatus fuit. Merito ergo dicitur atrium Christus. Sed quod est quod in dicto atrio erat tota et tanta tentoria et hoc ex omni prelo scilicet Australi Septentrionali Orientali et Occidentali: nisi quod ad Christum respiciebat omnis creatura: etiam dum adhuc mortalis esset: ita ut de eo dicere possimus quod dicit deus: Ber. ser. li. in die Pentecostes: in genere semineo: de dignissima eius matre: ad illam sicut ad medium ad causam rerum: sicut ad negotium seculorum respiciunt: et quod in celo habitant: ut reseruantur: et quod in inferno: ut eripiuntur: et qui nos pecceserunt: ut prophete fideles inueniantur: et quod nos sequuntur: ut glorificentur: et nos quod sumus: ut saluemur. Et post pauca: In re angelis letitiam: iusti gratiam: peccatores veniam inueniunt in eternum. Merito ergo in te respiciunt oculi omnis creature. Hoc ille. Ecce igitur quod significant tota tentoria in circuitu atrii.

**¶** Vel dicitur quod atrium est eccle-

sia: colane autem enee que erat ex numero: et quod iussit abbas atrium designant sanctum collegium apostolorum qui iussitauerunt et portauerunt primitiam ecclesiam post Christum. De quibus per. in persona dicitur: Ego confirmavi columnas eius. Hoc autem fuit in die sancto Pentecostes: quando quidem dicitur Apoli confirmati sunt virtute ex alto. Et bene dicitur dicte colane enee: quia sicut es est fortis: ita post dictam confirmationem spiritus sancti: dicitur apoli fuerunt mirabiliter fortes in bello quod habuerunt: et postea fidei etiam viliabiliter: quibus inuisibiles: iuxta illud quod scribitur Actu. iiii. Virtute magna reddebatur apoli testimonium resurrectionis Iesu Christi. Bases autem dictarum columnarum fuerunt sancti patriarche et prophete: quod in figura precesserunt dictos apostolos: iuxta illud per. Pro patribus nati sunt tibi: scilicet Christi vel ecclesie filii. Predicte igitur bases fuerunt valde stabililes et firmes: et ideo dicte colane bene fundate fuerunt. Lapide autem columnarum argenteas conuersatio ecclesie fuit Apostolorum. Unde pro omnibus loquens Paulus Philippo. iij. ait: Nostra conuersatio in celis est. Et bene dicitur argentea propter sui puritatem: Ole autem alia conuersatio ceteris quod iam in puritate: siue reditu habet. Vel dicitur celature. i. sculpture: quod erant in summitate dictarum columnarum: significat illam mirabilem sculpturam que apparuit in celo ab electis: et qui fuerunt tanquam colonne in domino domini id est in presentia. Paxilli vero qui erant parui

passistentantes atrii latera fuerunt boni prelati et predicatorum: siue doctores qui sequuntur Apostolos et primos fundatores ecclesie: utque in hodiernum diem: qui tanquam pacilli in sepel sua doctrina et exemplo sancto (quantum in se fuit) conati sunt sustentare atrium ecclesie Christi.

**¶** Vel aliter: et conformiter ad glossam ordinariam: allegantem Serabonem: doctorem Siccum: Paxilli: qui secundum litteram erant in summitate columnarum: sed quibus funes religabantur: quod continas atrii a terra subleuant: firmati superioribus quibusdam anulis: infertur vero religati ad predictos pacillos continas extendebant: ne rugam contraherent: mystice huiusmodi funes significant sacram scripturam: de qua Salomon: Eccles. iij. ait: Funiculus triplex difficile rumpitur: quia scriptura historia moralitate et allegoria constant: multis hereticorum dogmatibus potest dirumpi. Paxilli in modum linguarum facti: linguas doctorum significant: qui scripturam populis exponunt. Continas etiam a terra subleuant et extendunt: quia subiectos docent sequi et imitari celestia: nullamque malitiam vel fraudis rugam contrahere. Nec in dicta glo.

**¶** Allegorice et. iij. supra illud: Omne aurum quod oblatum est: et expesum in opere sanctuarum: et notandum quod per opus sanctuarum intelligitur thesaurus ecclesie. Et quantum huiusmodi thesaurus primo et principaliter red-

ditur illud Esa. xij. Perurris aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: que quidem aque sunt aque gratiarum et virtutum: atque omnium bonorum spirituum: quod hauriuntur de plagis Christi patientis. Item Esa. lii. Si aris venundati estis: et sine argento redimemini. Et. i. Per. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione patrum: ne traditionis: sed celo sanguine: quasi agni immaculati Christi. Nihilominus ratio thesaurus quasi minus principaliter eduxit ex merito Christi: fere Mariæ et illorum sanctorum qui supererogauerunt ultra debitum: et hoc ex plenitudine diuine liberalitatis: que non semper requirit ab homine ex rigore iustitie: quicquid posset: sed pro magno beneficiis homini prestitis: est modicis contenta: quasi in recompensam: ordinans et sequentia eiusdem hominis hereticis operis conseruentur in thesauro ecclesie. Cuius dispensatio sub Christo in terris: est summus pontifex: qui (et pie creditur) et a sacris doctoribus traditur: pro causa rationabili et iusta huiusmodi distribuere potest: quicquid heretici Lutheriani dicant. Lauendum tamen sumus: moperere est: ut non fiat in tale distributione de non causa causa: ne potius videatur superflua: siue spargi: quam pie et salubriter distribui. Sed ut ad allegoriam nostram redcamus: non vacat a presenti mysterio: quod additur in terra predicto: ubi dicitur: Oblatum est autem

ab

ab his qui transferunt ad numerum a. xx. annis et supra: quod super affcripti sunt ad militiam. Nam per tales milites prefiguratur Christus martyres qui affcripti sunt in libro diuine prescientie ad militiam fidei in qua qui vincitur corporaliter vincit spiritualiter. Et nota quod in dicta figura ponitur numerus finit pro infinito: quia numerus sanctorum martyrum sicut militum Christi est tantus quod soli deo est notus: sicut et presinatorum numerus.

**¶ Allegozice et quarto:** per tria genera metallorum que oblatra sunt in opere sanctorum: que fuerunt aurum et argentum et es: intelliguntur tria genera sanctorum: qui sunt: Apostoli martyres confessores. Apostoli ne congrue per aurum designantur: quia sicut reges et principes in thesauris suis preferunt aurum: sic in thesauris ecclesie tam militantis quam triumphantis creditur Christus rex regum pretulisse sanctos Apostolos. Nichilominus sicut inuenit aurichalcum quod habet speciem aurum cum sit tamen aurum sophisticum: ita et Judas inuentus est inter veros apostolos: cum tamen non fuerit verus sed falsus apostolus: utpote iniquus magistri sui proditor. Martyres vero per argentum igne examinatum significantur. Nam sicut argentum in fornace ignis examinatur: et ibi a rubigine (si quam habet) purgatur: ita ut inde fiat vas aptum ad presertandum coram rege: ita et per ignem dolorose passionis purgati sunt sancti dei martyres

ab omni culpa et pena: ita ut beati essent presentari coram domino in celis. Quia sicut baptismus aperit regnum celestium: sic mortis: ita et ipsum martyrium. Supplet enim vicem baptismi: ut patet de consec. distinc. liij. baptisimi. Item. c. catechumeni. Item de hoc. xv. q. j. merito. §. firmissime. Confessores autem per es designantur. Nam sicut es est sonorosum: ita et sancti confessores: et precipue qui fuerunt predicatorum et doctorum: dederunt mirabilem sonum in terris in edificandis populis verbo sane doctrine et exemplo sancte vite: et hoc consonanter ad illud Christi verbum dicitur. Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona: et glorificent patrem vestrum qui in celis est. Et notandum quod sicut es est metallum minus preciosum quam aurum: aut argentum: ita in ecclesiastica hierarchia preponuntur apostoli: deinde sequuntur martyres: postremo subduntur confessores. Unde in hymno edito a beato Ambrosio et Augustino in eius baptisimo: qui intitulatur: Te deum laudamus: sic canitur: Te gloriosus Apostolorum chorus: Te prophetarum laudabilis numerus: Te martyrum candidatus laudat exercitus: Te per orbem terrarum sancta consistitur ecclesia.

**¶ Allegozice et v.** per prescripta tria genera metallorum possumus intelligere tria genera hominum qui fuerunt sub lege nature: rescripture: et gratie. Primum nepe recte significati sunt per es: quia sicut es est grossum et vile

metallum: ita et illi homines qui fuerunt sub lege nature: rescripture: et gratie. Primum nepe recte significati sunt per es: quia sicut es est grossum et vile metallum. Secundi autem qui fuerunt sub lege scripture: significati sunt per argentum. Nam sicut argentum postquam est politum est splendidum: sicut lucidum: ita et sub lege scripta fuit magna multitudo prophetarum: qui propheterando ostenderunt apertam splendorem suum. In cuius rei figuram facies Moysi: qui fuit eminentius prophetarum: apparuit lucida: cum descenderet de monte Sinai: ut dictum est supra xxxliij. Tertii vero homines: qui fuerunt sub lege gratie: recte significantur per aurum. Nam sicut aurum est maxime relucens et splendidum: ita et christi sub dicta lege multi fuerunt di-

uinitus illustrati: sicut patet de tribus apostolis: Petrus: Johannes: et Jacobus: quando viderunt Christum transfiguratum in monte Thabor. Mar. xviij. Item quando cecidit spiritus sanctus super omnes apostolos Actuum. ij. Similiter in eadem lege multi sancti doctores fuerunt diuinitus illustrati: ut Augustinus: Ambrosius: Hieronymus: Gregorius: Chrysostomus: Thomas Aquinas: et similes: qui eructauerunt multa que prius erant abscondita a constitutione mundi. Postsumus ergo merito dicere de habitantibus sub hac lege gratie illud psalm. Non fecit dominus taliter omni nationi: iudicia sua non manifestauit illis: qualiter supple predictis.

**¶ Allegozice et sexto:** per prescripta tria genera metallorum possumus intelligere tria genera hominum: qui sunt incipientes: perfectes et perfecti. Primum per es intelliguntur: secundi per argentum: tertii per aurum. Nam sicut es super altat in numero argenti et aurum: quibus opposito modo sit in valore et nobilitate: ita in opposito plures sunt incipientes: quam perfectes aut perfecti. Nos etiam tres statim tangit Aristoteles in Ethicis: cum dicit quod contingit homines habere virtutem in triplici gradu: videlicet in gradu continentie: temperantie: et heroico siue perfecto. Quis autem sit homo heroicus: siue perfectus: dicitur beatus Ambrosius de vita beata lib. ij. dicit sic: Perfectus est non facile mundanis non moueri metu non turbari suspitione



agit de factione pertinentium ad indumenta ministrorum. Et primo agit de vestibus propriis pontificis. Deinde de alijs vestibus que erant communes alijs inferioribus sacerdotibus. Ibi: fecerit et tunicas etc. Postmodum de ornamento capitis summi pontificis: ibi: fecerunt et laminam etc. Et iterum prima pars subdividitur: Nam primo ponit facturam vestium pontificum in generali. Secundo in speciali: ibi: fecit igitur superhumerale etc.

Quantum igitur ad primum in quo ipse Moyses agit de vestibus et ornamentis summi sacerdotis in generali dicit sic: De hincintho vero et purpura i vermiculo ac bysso i fecit supple Moyses vestes quibus indueretur Aaron: quando ministrabat in sanctis: sicut precepit dominus Moysi: ut patet supra. xxviii. cap. Patet ergo de qua materia fuerunt huiusmodi vestes summi pontificis: quod de his quatuor videlicet de hincintho purpura vermiculo bysso. Que autem hic dicitur de executione vestium summi sacerdotis: facile patent ex his que dicta sunt in dicto. xxviii. capitulo: ideo transeo ad dubia.

Primum igitur dubium: Utrum ipse Moyses in propria fecerit vestes fratri suo Aaron: et similiter alijs sacerdotibus minoribus? Dicendum quod non: sed mediante Bezeleel et Ooliab suo fratre. Illud patet: per id quod dicitur in precedenti capitulo. xxviii. vbi quomodo legatur dominus dixisse Moysi: Facies

vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam et decorem: quod tunc istud non intellexerit quod deberet eam facere in propria et immediate per se: patet per id quod subdit ibi dominus. Loqueris cum cunctis sapientibus corde: quos replevi spiritu prudentie: ut faciant vestes fratri tuo Aaron in gloriam et decorem: inquit? sanctificat ministrat mihi. Modo qui per alterum facit: est perinde ac si faciat per seipsum: ut dicit regula iuris libro sexto. Nec mirum si ipse Moyses in propria non fecerit vestes et ornamenta pontificalia fratri suo Aaron: erat enim in alijs impeditus. scilicet in regimine populi. Insuper et dicitur duo viri Bezeleel et Ooliab: ad iudicium sibi subministrantibus: fecerint huiusmodi vestes pontificales Aaron: patet per id quod dicitur in textu presentis. fecerunt in rationali etc. Item postea: fecerunt tunicam superhumeralis etc. Patet ergo quod huiusmodi verba non diriguntur ad Moysen solum: quod sunt pluralis numeri: sed ad predictos viros Bezeleel etc.

Secundum dubium: Quare est quod in presenti littera Moyses loquitur de baltheo summi sacerdotis: cum opere superhumeralis: supra aut videlicet. xxviii. cap. agit de eodem baltheo post omnes vestes eiusdem pontificis? Ad hoc dubium respondet Richard. de sancto Victoris quod ratio huius varietatis est talis. Dicitur enim vestimentum quod baltheus dicebatur: ut perponebatur omnibus alijs vestibus. Hinc de eo agitur vltimo

imo vbi supra. Quia vero iungebant superhumeralis parte anteriorem posteriori: que erat sub rationali. Hinc pedes ideo de eo hic agitur: cum opere superhumeralis. Ecce quare alio et alio ordine de baltheo agitur hic et ibi.

Tertium dubium: Quomodo possunt hec duo simul stare? quod Moyses fecerit vestes Aaron quibus induebatur: quod ministrabat in sanctis de his quatuor: videlicet de hincintho purpura vermiculo ac bysso: et tamen fecit ei rationale: baltheam superhumeralis simul incidens bracteas aureas. Dicendum quod sub predictis vestibus non comprehendebantur hec que, secundo hic ponuntur: scilicet rationale baltheam quod est cingulum militare. Nam preter vestes pontificales ornabatur rationali superhumerali baltheo bracteis aureis: huiusmodi.

Quartum dubium: Quid intelligitur per bracteas aureas? Ad hoc dicit Isidorus Ethimologus li. decimo sexto. Et similiter Papias post eum quod bractea est tenuissima lamina aurea: vel alterius metalli. Et potest esse bractea generis neutri pluralis numeri. Dicit autem a bracten Græce: quod est lamina aurea Latine. Vel dicitur a brachio quod est breue.

Quintum dubium: Numquid nimius ornatus: aut pompa erat: ponere lapides preciosos in humerali: aut rationali summi sacerdotis? Dicendum quod non: et presertim ex quo dominus: hic precipiebat et volebat: et

hoc ut ipse summus sacerdos haberetur a populo in maiori veneratione honoris: et timore. Unde propter eandem causam moderni pontifices curiose et solemniter vestuntur: quod do crecent pontificali. Secus autem esset si ista fierent ad iactantiam et fastum mundanum. Unde et dicitur ille epulo vituperatur in euangelio eo quod hac de causa induebatur purpura et bysso. Lucæ decimo sexto.

Sextum dubium mouetur propter illud verbum: quos iungebat vitta hincinthina. Queritur ergo: quid intelligitur per vittam: quando scribitur per duplex: etc? Dicendum quod significat ligamentum capitis. In capite itaque Aaron summi sacerdotis erat quoddam ligamentum factum ex hincintho: quod dicebatur vitta: et hoc ne laxa de capite suo fluere: et a se inuicem mouerentur. Ista planius declarantur supra videlicet. xxviii. cap.

Septimum dubium mouetur propter illud verbum: Posuit eos: scilicet lapides duos onychinos (de quibus paulo ante dictum est in lateribus superhumeralis) in monumentum filiorum Israel. Queritur ergo: in quod monumentum? Respondet dominus Hugo Cardinalis: quod in duplex monumentum. primum: ut scilicet filij nimius ornatus: aut pompa erat: imitarentur bonos patres: et essent memores eorum. Secundum: aut rationali summi sacerdotis? Dicendum quod non: et presertim ex quo dominus: hic precipiebat et volebat: et orando.

Moraliter et primo et con-  
formiter ad magistrum Nico-  
laum de Lyra: per rationale  
iudicij: de quo in presenti agi-  
tur: et in quo ostendebatur qd  
agi deberet aut dimitti: potest  
intelligi bonus princeps: aut  
prelatus secularis: vel religio-  
sus: per cuius iudicium debet  
agi vel dimitti opera subdito-  
rum. In hoc autem rationa-  
li fuerunt quatuor ordines lapi-  
dum pectoris: et in quolibet  
ordine tres lapides pecto-  
ri. Per quatuor igitur ordines  
lapidum intelliguntur quatuor  
virtutes cardinales: cum ad-  
iunctis sibi virtutibus que de-  
bent esse in bonis iudicibus: se-  
cularibus: siue religiosis. Pri-  
mus ordo pertinet ad prudentiam: que est auriga virtutum. Et  
secundum Iulianum ipseus pru-  
dentie sunt tres partes: scilicet  
memoria: respectu precedentium: intelligentia: respectu pres-  
entium: et providentia: respec-  
tu futurorum. Secundus or-  
do pertinet ad iustitiam: cuius  
secundum philosophum. v. Ethic-  
orum: sunt tres partes: scilicet  
iustitia distributiva: penarum  
et bonorum: secundum demerita  
malorum: et merita bonorum:  
et commutativa: que est proprie-  
tate iudicium: dirigens eos  
in casu particulari ad regula-  
toris intellectum. Tertius ordo  
pertinet ad fortitudinem: que res-  
pondet periculis bellorum: per publi-  
ca sustinenda: et ad ea requirit  
animositas in aggressu: constan-  
tia in progressu: et sequitur victo-  
ria in egressu. Quartus ordo  
pertinet ad temperantiam: cuius sunt

tres partes. Temperantia per  
cularis: que est repressiva ve-  
reorum: extra legem matrimonij: i  
conjugatis: et simpliciter in a-  
liis: et abstinencia que est repressiva  
ciborum: et sobrietas: potius  
secundum tamen modum: et regu-  
la recte rationis. Hec de Lyra  
valet bene.  
¶ Moraliter et secundo per has  
vestes significantur virtutes  
necessarie ministris divinis.  
Pro quo notandum quod sunt qua-  
tuor virtutes necessarie omnibus  
ministris: et a maioribus que mi-  
noribus. Primo quidem casti-  
tas: per feminalia designata.  
Secundo virginitas: per lineam  
tunicam significata. Tertio mo-  
deratio discretionis: que per cin-  
gulum designatur. Quarto reser-  
vatio intentionis: que per bibe-  
ram caput protegentem figuratur.  
Inter autem predictos ministros  
prelatus et maiores debent his  
virtutibus pre aliis ornari: ve-  
scilicet pre omnibus sint casti  
puri mente. s. et corpore: mode-  
sti sine discreti: et que semper pie  
et recte intendunt. Vel dicitur  
pontifices pre aliis debent ha-  
bere quatuor. Primo quidem  
iugem dei memoriam: et spi-  
ritualium: quam significabat la-  
mina aurea cum nomine domini  
pedens in fronte. Secundo sup-  
portationem infirmitatis: et pre-  
cipue spiritualium populi: quam  
significabat suphumerale quod  
gererebat super humeros: pro-  
pter quod dicitur superhume-  
rale: habens sex nomina filio-  
rum Israel: hinc scilicet: et hinc inde.  
Talis prelatus erat pauper: qui  
adeo erat sollicitus de salute po-  
puli

pulli: quod dicebat. ij. Corinth. xi.  
Quis infirmatur: et ego non in-  
firmor: Quis scandalizatur: et  
ego non vroz? Tertio: debet ha-  
bere sollicitudinem: per quam ha-  
beat populum in visceribus chari-  
tatis. Hoc autem significatur  
per rationale: quod pontifex ge-  
rebat in pectore: scilicet. xvi. lapidum  
hinc scilicet. xvi. nobis filiorum  
Israel. Quarto: celestis conversatio:  
denotatur per tunicam  
hiacinthinam: que in sui extreni-  
tate habebat tintinnabula au-  
rea: que divinarum doctrina cele-  
sti conversationem debet esse  
consecta. Adhuc autem tin-  
tinnabulis mala punice: que ro-  
ta doctrina prelati boni debet  
esse de veritate fidei: et simili-  
ter de bonis moribus. Hec Ri-  
chardus de sancto Victore.  
¶ Moraliter et tertio: et quasi  
circa idem dicitur quod per femina-  
lia que facile stringuntur: signifi-  
cat castitas mentis: per hoc  
autem quod dicitur feminalia erant  
linea: denotatur castitas cor-  
poris: que non valet absque pri-  
ma. Per tunicam hiacinthinam  
celestis conversatio designatur: que  
in pontifice summe esse debet:  
dicere apostolus. Phil. iij. Nostra  
conversatio in celis est. In bal-  
theo expedita operatio intelli-  
gitur. In suphumerali laborum  
tolerantia. In rationali discre-  
tio et sapientia. In mitra sen-  
sus custodia: in lamina aurea  
audax confessio. Unum nomen dicitur  
tetragrammaton in sacra scri-  
ptura quatuor litteris expressum:  
scilicet: denotabat quatuor bra-  
chia domine crucis. Hec igitur  
debent esse specialia ornamenta

pontificis. Unde Sap. xviii. In  
veste poderis quam habebat  
Baron: totus erat descriptus  
orbis terrarum: et parentum ma-  
gnalia. Predicta enim sunt ma-  
gnalia virtutum parentum nostrorum  
spiritualium. Qui autem aliter  
est indutus: caveat illud Soph. i.  
Uisitabo: inquit: deus super oculos  
qui induti sunt veste peregrina-  
na. Et bene dicuntur multi pon-  
tifices induti veste peregrina:  
quia sicut homo qui interdum  
peregrinatur: non solet nisi ra-  
ro (quando scilicet peregre  
suscipitur) indui veste peregrina:  
na: sic multi pontifices non solet  
nisi raro indui veste  
pontificali: nisi raris veniunt  
ad civitates suas in precipuis  
solemnitatibus: et forte semel sur-  
bis in anno. Reliqui tempus  
occupantes in curijs regum et  
principum: venationi aut vo-  
larum operam dant. Taceo de  
multis aliis: que non licet ho-  
mini loqui: ne videatur in celum  
ponere os meum.  
¶ Moraliter et quarto: Notandum  
quod tempore Moyse et legis fuerunt  
octo genera vestium sacerdotum:  
quorum quatuor fuerunt omnes  
hinc scilicet: maiores: et tres hinc  
minores. Alie autem quatuor fuerunt pro-  
prie et speciales pontificum sum-  
mo: quod unicus erat. Hec autem erant  
rationales: quod erat in pecto-  
re. Quod quidem rationale in  
Sacco dicebatur logion. Secun-  
dum dicitur suphumerale quod po-  
nebat super scapulas: et fiebat in  
modum cuculle monachalis: es-  
punctio circumscripto. Tertium  
erat tunica hiacinthina. Quartum  
erat linea stricta ad  
modum roqueti episcopalis.  
pp iij Quatuor





Ad quod faciendum scriptura eos admonet dicens illud. **J. Macha. iij.** Memenote! q̄o olim salui facti sunt patres nostri: nunc clamemus in celū: & miserere nostri deus noster. Nā tunc nomina sunt in rationali quando scz eos s̄zillatim (quantū potest) dicitur: quibz discuss debet posse eos imitari: & tū nomina sunt in superhumerali. Similiter per hoc q̄ sacerdos debebat ferre predica nomina ipectore/ designatur q̄ prelati debet habere memoria dñi dei: & mandatorū eius. Item per idē significatur q̄ idē prelati debet rēpore & loco (sop̄ fuerit) ferre relictionū Christi s̄m q̄ precepit primis prelati. i. suis ap̄t̄s/ dices Actu. **i.** Eritis mihi testes in Hierusalem: & omni Iudea: & Samaria: & vsq̄ ad vltimum terre.

**M**oraliter **z. xj.** Per. **xij. lapides** preciosos quos deferebat summus sacerdos in suo rationali intelliguntur. **xij. virtutes** s̄m q̄ pulchre deducit sepe dicitur Richar. de sancto Victore. Primo etenim per sardium q̄ erat in primo versu. i. in primo ordine: & q̄ est similis terre rubee/ intelligitur charitas. Rubor enim refertur ad feruorem charitatis: terra autem ad modestiam humilitatis. Ille ergo qui habet modestiā humilitatis cum feruore charitatis: talis sardium in corde gerit. Secundo ille topazion in corde gerit: qui scit omnibus compati. Topazion enim dicitur esse omnium colorum. Hic ergo ferit topazion: qui sciunt se omnibz

compati: siue omnibus se conformare. Et talis erat Paulus qui dicebat. **J. Cor. ii.** factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerem. Et deinde: Omnibus omnia factus sum: vt omnes facerē saluos. Sma: ragdus: qui viridissim⁹ est: in t̄m q̄ vitore suo herbas transcendit: significat vitore eterne glorie. Ille ergo qui sperat vitore eterne glorie/ que pacet oculos mētales electorū: sicut viros corporales pascit oculos corporales mortalium: talis gerit smaragdū in corde. Uel dicitur smaragd⁹ viriditas significat exemplum bone operatiōis in presenti. Illi ergo gerunt scissimaragdū qui proximis pbent bonum exemplum: de quo Mat. **v.** Sic luceat lux vestra cotam hoibus: vt videāt opera r̄. In secundo versu primus lapis preciosus existens: dicebatur carbunculus: qui illustrat que sunt iuxta se. Predicatores ergo et generaliter omnes qui studēt: & intendūt correctioni fratres: nescōformiter ad illud Christi preceptū Mat. **xvij.** de correctione fraterna/ dices: Si peccauerit in te frater tuus: vade r̄. Tales (inquā) gerunt scissimaragdū in ore. Nā tales predicatores alios illustrant sua doctrina: remouēdo ab eis tenebras ignoratiōis. Et de talibus carbunculis loquitur Apoll. Philip. **ij.** dices: Lucetis sicut luminaria i corde. Secundus lapis preciosus huius scissimaragdū versus (id est ordinis) dicitur saphyrius: qui similis est celo: designat desiderium celeste. Illi ergo gerunt saphyrum

in

in corde suo: qui cupiunt celestia. Et talis erat David: q̄ dicebat: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Talis etiam erat Apollus: qui Philip. **i.** dicebat: Desideriū habes dissoluit esse cū Christo. Tertius lapis huius scissimaragdū versus dicitur saphyrius: qui viridis est: & significat fidem: que tunc viridis est: quādo informatur charitate. Et de tali lapide dicitur Esa. **liij.** Ponam iaspidem: pugnacula tua. Hoc autem bene conuenit fidei: que nos contra spirituales hostes defendit. Unde. **i.** Petri. **v.** ast idem Petrus: Aduersarius vester diaboli: tanq̄ leo r̄. Deinde subdit: Qui resistite fortis in fide. Item. **i.** Joā. **v.** dicitur: hec est victoria que vincit mundum: si des vestra. Item glof. ordi. dicitur: lapis valet cōtra phantasmaria: & fides Christi valet cōtra phantasmata. i. gloriā mundanā que non est aliud q̄ quoddā phantasma. In tertio autem versu primus lapis preciosus existens dicebatur liquoris: hic autem est hiacinthi coloris: inuenitur in renibus bouis. Per quem castitas & mūdicia carnis designatur: in renibus enim est sedes luxuria. Lapis ergo iste. i. mundi castitatis: bene designatur per liquoris: quia in coertione carnis consistit. Et notāter dicitur inueniri in renibus bouis: qui est forte animal: q̄ ad coercendū carnem oportet hominem esse quasi super hostem. Ibi enim oportet cum pugnare cōtra seipsum. De talibz cū

renibz rogabat ps̄ dñm: cum dicebat: Cre renes meos: & cor meū. Et alibi: Quia tu possedisti renes meos. Et Apoll. **i.** Corinth. **ii.** dicebat de talibus renibus loquens: Castigo corpus meum: & in seruitutem redigo. Præterea hiacinthi coloris: sicut coloris similis celo: recte vt tam celestē significat. Et similiter castitas habenda est nō p mundi gloria: sed p intuitu regni celestis. Secundus lapis huius tertij versus dicitur achates. Hic autem lapis nigri coloris est. Habet tamen candidos radios in superficie. Hic igitur lapis: fecit feruor penitentes: quos labor corporalis & exterior denigrat: & hoc propter peccata sua que lugēt: vel etiā quia talis labor desiccet & denigrat carnē. Interius tamen. i. in anima huiusmodi penitentiā candidos eos facit: & hoc per gratiā. Cū persona penitens potest dicere illud Lactantio. **j.** Nigra sum sed formosa. Tertius lapis huius tertij versus dicitur amethystus. Hic lapis purpurei/ vel violacei coloris est. Talis itaq̄ color: & lapis significat: q̄ quilibet debet esse paratus ponere animā suā p Christū: & fide ipsius: rēpore & loco: dicente ipso Christo Mat. **xvj.** Qui vult venire post me: abneget semetipsum: & tollat crucē suā: & sequatur me. Consequenter in quarto versu primus lapis preciosus existens: dicebatur crisolitus. Hic autem lapis totus aureus est: id est habens colorem aureum. Dicitur autem dicitur a crisal: q̄ est aurum. Et significat eos qui ita sunt







inter octo homines vnus re-  
probus inuentus est: aut me-  
lior sit q̄ domus Abrahe / cui  
dictum est Et ecce ancilla et fi-  
liū eius ⁊ c. Deinde subdit post  
paucā dicens: Simplicit̄ fa-  
teor charitati vestre / et q̄ deo  
seruire cepi / meliores nō inue-  
ni q̄ qui in monasterio profes-  
cerunt: ita non sum deteriores  
expertus / q̄ qui in monasterio  
defecerunt. P̄inc Apoc. xliij.  
arbitror dictū / Iustus iustifi-  
cetur adhuc: ⁊ qui in fordidis  
his descendat adhuc. Nec ibi. Ni-  
hilominus sicut inter paleā la-  
tet granū sic ⁊ inter malos et  
dissolutos religiosos cōuersan-  
tur interdū boni. Et hi quan-  
doq̄ sunt in triplici differētia:  
quidā sunt adhuc imperfecti  
sive incipientes: quidā profi-  
cientes: ⁊ quidā perfecti: q̄ ta-  
men rari inueniuntur in p̄sen-  
ti: etiam in quocūq̄ statu exi-  
stant. P̄cc enim aut̄ rara est i-  
terris. Et ita de quolibet ordi-  
ne dicendū est in particulari.  
Ecce quō in ecclesia Christi  
positi sunt gemmarū ordines  
quatuor. Et si dicatur de ali-  
quibus predictōrū ordinum /  
q̄ in illis ordinibus sunt val-  
de pauci reformati. Insuper  
q̄ etiam inter eos qui habent  
reformatōrū nomen ⁊ titulū:  
aliqui difformati inueniuntur.  
Fateor ita esse. Nullus tamen  
sane mētis negare poterit q̄  
inter tales aliqui boni ⁊ qui-  
bus displicet vita malōrū inue-  
niantur: qui habent in desi-  
derio regulariter viuēdi / si da-  
retur facultas. Alias si omnes  
essent mali: non videret quomo-  
do diu sustineret eos diuina

bonitas. Sed de hoc hacten⁹.  
¶ Allegorice et quarto / duo-  
decim lapides p̄fecti i veste  
Aaron pontificis / duodecim  
sunt articuli fidei: quos ⁊ si q̄  
libet sane mentis teneatur cre-  
dere: sic scilicet q̄ vbi super di-  
ctis articulis interrogat debi-  
to modo: tenet etiā debite et  
catholicē respondere: nihil o-  
minus superiores ⁊ qui maio-  
res sunt in populo / tenentur ma-  
gis explicite fateri ipsos arti-  
culos ⁊ fidem. Unde talib⁹ lo-  
quens beatus Petrus in p̄ma  
sua epistola. cap. iij. dicit sic:  
Parati semper ad satisfactio-  
nem omni poscenti vos ratio-  
nem de ea que i vobis spe est.  
Et similis ratio est de fide: vt  
dicunt doctores / et postillato-  
res. Predicti ergo. xij. lapi-  
des p̄fecti / iubent esse in or-  
natu pontificis. i. in mente ⁊ in  
tellectu p̄fecti: etiam explicite.  
Et tales lapides dant magnā  
claritatem et ornatum menti  
humane. Benedict⁹ ergo qui  
habet secum tales lapides.  
¶ Allegorice ⁊ quinto / predi-  
cti duodecim lapides / duode-  
cim sunt minores prophete: q̄  
sunt / Osee / Joel / Amos / Aba-  
dias / Jonas / Micheas / Naū /  
Abacuch / Sophonias / Ag-  
geus / Zacharias / Malachias.  
Isti sunt duodecim p̄phete mi-  
nores / designati p̄ duodecim  
nomina lapidū p̄fectōrū / posita  
in veste sacerdotali: q̄ rece-  
pti sunt ad ornatū vniuersalis  
ecclesie / sicut ⁊ alij maiores. p̄  
phete: qui sunt Esaias / Hiero-  
nias / Ezechiel / Daniel. Et q̄  
uis dicant minores / nō tamen  
sunt minoris auctoritatis / q̄  
alij

